



19-65

Up a y

Biblioteca Universitaria	
GRANADA	
Sala	4
Colección	9/3
Tabla	
Número	50

Ed. W. & G. Smith & Son.

Leow. B. 2910

FERDINANDI

QVIRINI

DE SALAZAR

CONCHENSIS

E SOCIETATE IESV

THEOLOGI,

ET IN COLLEGIO COMPLVTENSI

Sacrarum Literarum Interpretis.

EXPOSITIO,

IN PROVERBIA SALOMONIS.

TOMVS ALTER.

Cum triplici Indice rerum & verborum, sacra Scriptura, & pro Concionat.



PARISIIS,

Ex Officina HIERONYM. DROVART,

Apud DIONYSIVM BECHET, via Iacobæa,
sub Scuto solari.

M. DC. XXXVII.

BIBLIOTHECA
UNIVERSITARIA



FERDINANDI

Q. V. R. I. N. I.

DE SALAZAR

GONCHENSIS

THEOLOGICAE

ARTIS COLLEGIUM COMPARTIUM

THEOLOGICAE INTERPRETATIONIS

EXPOSITIO

IN PROVERBIA SALOMONIS

TOMVS ALTER

Cum typice Indice rerum & corporum, sacrae Scripturae, & pro Concordantia




PARISIIS

Apud DIONYSIVM RECHET, vii Jacobus

sub signo solari

M. DC. XXVII.



AD
ILLVSTRISSIMVM
DOMINVM, D. ANDREÆ
PACIECVM ET GIRON,
EPISCOPVM CONCHENSEM.

PHILIPPI TERTII, Indiarum, atque Hispaniarum Regis,
Consiliarium dignissimum.



EDITANTI mihi hunc Sapiētis post ho-
minum memoriā clarissimi librum, commentatio-
rum mearum monumentis haud nihil illustratum
in lucem mittere, Illustrissime Antistes, tu vnus
ex omnibus occurristi, cui hos qualescunque ingenij
mei fœtus, & labores dedicarem, vt nominis tui
lenocinio commendati posterorum omnium manibus
studiosius peruoluantur. Et verò cui potius Prin-
cipem diuino Salomonis penicillo depictum, sum-
mâque gratia, ac pulcherrimis virtutum omnium ornamentis perpo-
litum dedicarem, quam illi Principi, in quo tot Virtutes certatim elu-
cescunt, quot exiguis Hispania finibus minime potuerunt cohiberi, quo
minus eximios gloriae suae radios in exteras nationes, totumque ter-
rarum orbem longissime diffunderent? Nam superioribus quidem ca-
pitibus, quae altero lucubrationum mearum tomo comprehendere, pri-
uatorum mores, vulgisque studia, & præstantem Reipublicae for-
mam Sapiens descripserat: hic vero Principem depingit, usque vir-
tutibus instruit, quibus præditum esse oportet eum, quem fortuna
calculus rerum gubernaculis ad summum mortalis gloriae
fastigium euexerit. Quae vel sola ratio permouere me poterat ad
huiusmodi librum tibi dedicandum, vt quae virtutes in eo mortuis,
quod aiunt, litteris expressae cernuntur, ea in te spirantes, & ad perpe-
tuam gentium imitationem, atque admirationem viuentes videren-
tur. Tu enim alter nobis Salomon à Deo datus es, in quem omnes vt

EPISTOLA.

pulcherrimum virtutum, ac perfectionis orthodoxa prototypum ora, mentesque conuerterent. Quanquam & alia ratio me perpulit, quod Salomon (ut alia nomina sileam, quibus seipsum afficit, alterum quidem Idadach in Canticis, alterum vero Cobeleth in Ecclesiaste) Agbur quoque, id est, Congregantem se vocat in hoc libro cap. 30. his verbis: Verba Congregantis filij vomentis; Ec. 31. Lamuel; qua nomina aptissime tibi ob eximiam virtutum, atque eruditionis splendorem conuenire videbantur. Quidam enim Salomonem Agbur Congregantem dictum putant ex radice Hebraica, qua triticum euentilatum purumque in horrea conferre ad significat, quod nimirum maximam doctrinae farragine euentilatis errorum paleis praestanti speculationis, atque experientiae studio congregarit. Tu vero multis scientiarum opibus, cum solerti in Gymnasijs speculatione, tum diuturna rerum administratione congestis tantam praecellentis doctrinae, prudentiae, atque eruditionis opinionem consecutus es, ut certissimum in rebus dubiis uniuersae Hispaniae oraculum esse videaris. Alij vero hoc nomen Salomoni inditum putant, quod plurimos populos è finitimis ditionibus, quae se illius imperio subiecerant, excussis omnium moribus, & ad antiquae disciplinae seueritatem reuocatis congregarit, omnemque perditorum hominum turbam velut pestilentem paleam è republica eiecerit. Tuam vero in omnibus dioeceseos tuae oris latissime diffusis, populisque ad excellens pietatis, ac religionis studium conuocandis diligentiam quis non praedicat, atque admiratur, cum vicaria aliorum opera, ac studio minime contentus loca omnia Praeuidia tibi à Deo tradita summo corporis, & animi labore obieris: ut de te dioeceses perlustrante merito illa Euangelij verba praedicari possint: cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum. Quis enim maiorem unquam curam adhibuit, aut in vindicandis improborum hominum flagitijs, aut praestanti orthodoxae Ecclesiae gloriae propaganda, aut virtutum pomerijs proferendis? Tua enim vigilantia factum est in Segouienti primum, deinde Conchensi ditione, ut plures inueterata liberioris vitae ratione relicta sese ad pietatis studium magno animi ardore retulerint. Neque vero desunt, qui Salomonem ob hoc potissimum Congregantem dici putant, quod quasi publica annonae collector ingentes opum aceruos non ad explendam animi cupiditatem, atque auaritiam, sed ad ostentandam beneficentiam ac liberalitatem congegesserit, ne scilicet deesset quod in bene meritos ac necessarios perennibus beneuolentiae riuulis effunderet. Tuam vero in omnes beneficentiam nullis unquam muneribus, nulloque beneficiorum genere exhaustam, quae unquam posteritas conticescet? Tu enim horrea tua laxasti, tu summas fortunas, & maximam opum vim conuexisti, non ut Euangelicus ille ad vanissima vitae lenocinia, & voluptates consecrandas, qui cogitabat intra se dicens: quid faciam quia non habeo quod congregem fructus meos? & dixit, hoc faciam; destruam horrea mea & maiora faciam, & illuc congregabo omnia bona mea, & dicam animae meae: anima mea, habes

E P I S T O L A.

bona multa in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. *Claudit autem sermonem Lucas verbis huiusmodi: hic est, qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues. Sed contra Deo non tibi diues, ut collector annona publica, congregasti quidem multa bona in annos singulos, ut in vulgus pauperum, & cœnobiorum substructiones, aliaque eiusmodi profundas, tibi que subtrahas, ita ut in tantis copiis es alienum quotannis velut sponte succrescere videatur. Neque vero genus suum a clarissimis Iudæ regibus deductum, silere potuit Salomon, ratus non minimum sapientie, ac sanctimonie decus à nobilitatis gloria, & splendore accedere. Itaque amplissimis verbis in ipso operis sui limine filium Vomentis sese indiget at, ubi authores præcipua eruditionis laude pollentes, per Vomentem David, aut Bersabee intelligi arbitrantur. Neque ullus propemodum locus exstat, in quo nomen suum efferat sine parentum iactantia, & ostentatione, quorum gloriam ac decus sibi ad perpetuam posteritatis memoriam illustrissimum esse credebat: nam in Ecclesiaste quidem dicit: Verba Ecclesiastæ filij David, & hie idem obscurioribus verbis repetit, neque alibi huius rei suis, sibi que, ut putabat, gloriosissima, obliuionem ullam calamo patitur obrepere. Omnino digna eiusmodi filio tot nature, ac gratie ornamentis exculto, tantis sapientie opibus affluentia iactantia. Quis vero te melius, aut decentius gloriari potest maioribus suis, qui Paciecos, qui Gironas, aliosque Heroas summa nobilitatis gloria præstantes commemorare potes, quorum memoriam per omnes Hispania, sed & mundi totius latissimas oras longè lateque diffusam nulla unquam annorum vetustas abolebit. Neque vero nomina eorum duntaxat, verum etiam res gestæ in omnium ore summa cum laude ac dignitate versantur, quæ quidem tanta est, ut eorum monumentis, ac insignibus nulla unquam finem allatura sit ætas. Quamuis enim nihil sit in rebus mortalibus tam stabile ac firmum, quod non aliquando vetustate, & temporum iniuria consumatur, tamen præclara animi ornamenta & virtutes ipsa temporis diuturnitate annisque magis solet efflorescere, ut quantum sæcula superbis Regum substructionibus, & mansoleis detrahunt, tantum virtuti, rebus que domi ac militia præclare gestis adiuciant. At alij filium Vomentis Hebraismum esse existimant, idque nihil esse aliud quam filium Vomentem, quo nomine se ipsum indiget at Salomon, quod post diuturnam rerum mortalium experientiam omnia fortune ludibria, & dignitates quasi satur iam fastidiret, ac nausearet. Enimvero homo sapiens, ad regnum, & summum mortalis gloriæ culmen enectus, ab insita animo prudentia clarissime cernebat sceptrum & diadema nihil præter speciosas miseras esse, quæ si omnibus essent compertæ, plures essent dignitatum contemptores quam candidati. Si enim illa honorum insignia aureas compedes esse scirent, quibus ambitiosi ad certissimum sabutis suæ exitum ac pestem irretiti tenentur, nunquam sane de eadem dignitate duo contenderent: solium situ obsolesceret, diadema fastidiretur, pluræ que forsitan regna essent, quàm Reges. Atque utinam mihi in altum laudum visarum pelagus ple-*

EPISTOLA.

nis orationis velis inuehili ciceret, dicerem oblatam Archiepiscopatus Hispanensis infulam clarissimo honore omnium oculos perstringentem, eximia animi altitudine fuisse repudiatam. Dicerem te amplissimos orthodoxæ Ecclesiæ honores contempsisse, quia merebaris, & meruisse, quia contemnebas. Dicerem summam dignitatem esse, non fungi honoribus, sed iis dignum iudicari. Dicerem denique fasces, & gloriæ insignia, inanes dumtaxat esse oculorum præstigias, quod in illis nihil sit magnificum, nihil admirandum præter hoc, quod hominum vulgus, atque imperita multitudo ea miretur. Mihi verò eximiam mentis tuæ magnitudinem intuenti, minus mirum videtur, quod ea, quæ ceteri mortales tam incenso studio sectantur, reieceris. Scis enim honores, & titulos, & reliqua dignitatum ornamenta nostro pretio cara esse, suo, vilissima: scis ubi vera sit dignitas ac gloria, quæ citra ambitionis labem eximijs virtutibus comparatur, quæ nullis inuidiæ, aut vetustatis telis perstringitur. Nihil enim est ex ijs, quæ homines ambitionis æstus inflammati venantur, quod non aliquando obscuret, aut consumat obliuio, solus animus ambitionis, & dignitatum contemptor ipsa temporis vetustate splendet, ipsamque posteritatem tacita virtutis admiratione defixam conciliat. Quod quod idem Salomon hoc loco Lamuelem sese nuncupat (id autem cum ipso Deus, vel illius Deus significat) quo nomine eum mater ad blandiendum ornasse creditur, nequid unquam sine diuini numinis afflatu conciperet. Intelligebat enim Heroïna præstanti ingenio, maximisque naturæ ornamentis prædita, nihil in rebus humanis non modo fieri, sed nec concipi quidem posse sine diuina ope ac subsidio, in quo omnes mortalium spes, ac successus sunt repositi. Itaque nihil existimabat in terris præstanti religione erga Deum, & in eundem fiducia, cogitari posse salubrius aut securius. Neque enim eximia pulchritudinis specie dumtaxat præcellens est & illustris hæc virtus, verum etiam diuinis opibus instructa, & contra omnem rerum humanarum varietatem atque inconstantiam fortis semper & inuicta. Te sanè, Illustris. Antistes, verum Lamuelem hoc sæculo datum esse, Deumque in omnibus semper negotiis tecum fuisse dubitare potest nemo, qui præcellens orationis studium, mentemque Deo semper intentam, qui denique Episcopatum tot annis in tanta rerum varietate singulari virtute, ac prudentia administratum nouerit. Quo in munere quanto cum religionis studio, quam insigni pietatis laude versatus fueris, ut ego taceam, uberrimus ipsius pietatis fructus vocem pro me mittit. Mores enim pestilenti vitæ licentia diffluentes ad Christianæ disciplinæ integritatem sunt reuocati, scelerum libertas compressa, & virtutis studium præstanti Præsulis exemplo in hominum animis excitatum ad omne genus laudis efflorescit. Meritò igitur hoc nomine gloriari potes: neque enim restantas, quantas vniuersa Hispania suspicit ac veneratur, sine insigni diuini numinis subsidio atque afflatu perficere potuisti. Hoc verò maxime est notandum quod Salomon sub hoc nomine diuina Mulieris fortis præconia amplissimis verbis celebrat inde: Mulierem fortem quis inueniet, &c. At quis nescit

EPISTOLA.

per hanc Mulierem significari Deiparam, omnibus virtutum, & donorum celestium ornamentis affluentem? fortem quidem, quia teterrimi serpentis caput, ut ait Beda, inuicta virtute contriuit, ac superauit. Hæc enim est singularis illius laus, hoc diuina innocentie encomium piorum laudibus, ac publica gratulatione celebratum, quod nulla unquam peccati originalis labe aspersa extiit. Hoc tu Augustissime Virginis decus, ut intactum ab omnibus aduersæ sententiæ telis tuearis, summo studio semper enixus es. Hoc incredibile cura, ac sollicitudine apud summum orthodoxæ Ecclesiæ Antistitem, hoc apud Regem Catholicum, omnibus pietatis, veræque virtutis ornamentis clarissimum urges, ut aliquando debitus honor Beatissimæ Virginis Conceptioni ab omni non modo macula, verum etiam maculæ suspicionem remotissima. Tuo enim studio ac singulari pietate factum est, ut res per fractis grauissimarum difficultatum repagulis, decreto, quod iam pridem summis votis p̄ expetebant, proxima esse videatur. Hæc autem sollicitudo hereditaria quadam pietatis successione non ab atavis tantum, qui Mariana innocentie apprime studiosi fuerunt, menti tuæ impressa est, sed tum maxime ab Illustrissimo Cardinali Pacioco clarissimo Hispaniæ nostræ sydere (cui ad supremum triplicis coronæ decus, Pontificatum inquam, nihil præter unius suffragij calculum defuisse dicitur.) Hic enim in Concilio Tridentino graui sententiarum pondere, atque authoritate, effecit, ut benignior sententiæ, applaudente grauisimo orbis terrarum confesso, de hæc controuersia tantis contentionibus agitata diceretur. Tu vide, ut quod illi gloriosissimum fuit auspiciari, tua opera ac studio sopitis aliquando tot annorum disceptationibus optato exitu terminetur; ut uberrimum illum gratiarum omnium, ac puritatis fontem ardentiori obsequio, ac pietate veneremur, illamque Deiparæ integritatem, qua nulla maior in rebus humanis cogitari potest, puris animis, ac inflammato studio consectemur.

V A L E.

FERDINAND. QVIRINVS
DE SALAZAR.

FACULTAS PATRIS Prouincialis.

RODERICVS Nippo Prouincialis Societatis Iesu in Prouincia Toletana, potestate ad id mihi facta à Reuerendissimo admodum Patre N. Mutio Vitelleschi Generali Præposito, facultatem concedo, vt secundus tomus Commentariorum in librum Prouerbiorum à Patre Ferdinando de Salazar societatis nostræ Presbytero compositus, & eiusdem Societatis patrum, Francisci de Aquado, Petri Gonzalez de Mendoza, & Didaci de Alarcon iudicio examinatus & approbatus Typis mandetur. In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas & nostri officij sigillo munitas dedimus, Compluti 26. Die mensis Februarij Anni 1619.
Rod. Niño.

CENSURA OPERIS.

SECVNDVS hic in Prouerbia Salomonis tomus, à Patre Ferdinando de Salazar Societatis Iesu, cuius examen mihi à supremo Senatu regio demandatum est, primo, aliisque eiusdem authoris lucubrationibus consonat: Nam stylus elegans, figuris variis, plenus sententiis, cum magna rerum varietate, quæ pariter iuuat & delectat, crebri item ex politioribus literis inter scribendum flores, quos inter sacratoris Philosophiæ sententiæ (quibus opus abundat) elucescunt magis & splendent. Nil itaque in eo est, cui casta fides non fidat, quod probi mores non adprobent, quod non doceat sanior doctrina. Deiparæ verò Virginis sic laudes vbique interferit, vt meritò dixeris Mariæ Panegyricum. His igitur aliisque Titulis dignissimum censeo vt luce donetur. Matriti 24. Iunij 1619.

F. Franciscus à Iesu de Xodar.

FACULTAS R. P. PROVINCIALIS Societatis Iesu in Prouincia Franciæ.



Literam hanc partem commentariorum in Prouerbia Salomonis à R. P. Ferdinando Quirino de Salazar, Ordinis nostri Theologo elaboratam, & à Præposito Prouinciali Toletanæ Prouinciæ approbatam, qui trium Theologorum eam iudicio examinari curauit, Ego quoque Stephanus Charletus Præpositus Prouincialis in Prouincia Franciæ, iuxta priuilegium Societati nostræ à Regibus Christianissimis Henrico III. 10. Maij 1583. Henrico IV. 20. Decembris 1606. & Ludouico XIII. nunc regnante 14. Februarij 1611. concessum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur ne libros ab eiusdem Societatis nostræ hominibus conscriptos absque Præpositorum ipsius concessu in lucem edicerent, permitto vt ad sex proximos annos imprimere ac liberè diuendere possit Michaël Sonius Bibliopola Parisiensis, cui testimonium hoc chirographo meo subscriptum tradidi Lutetiæ Parisiorum XXIX. Augusti. CIO. IO. CXX.
Stephanus Carletus.



I N D E X

LOCORVM SANCTÆ SCRIPTVRÆ
IN HOC OPERE CITATORVM, ET EXPLICATORVM.

Ex Genesi.

Cap. 1. **I**N principio Deus creauit cœlum & terram. Cap. num. 1. 31. num. 143.
 Cap. 2. Non est bonum hominem esse solū, faciamus ei adi- num. 18. torium simile sibi. Cap. 2. n. 89. & Ca. 31. nu. 67.
 Cap. 4. Nonne si bene egeris recipies, sin autem male, statim, num. 7. & c. Cap. 19. num. 109.
 Cap. 4. Ecce eiciis me hodie à facie tua, & à facie tua abscon- num. dar, & ero vagus & profugus in terra: omnis igitur, qui inuenerit me occidet me. C. 28. n. 5. & n. 91.
 Ca. 12. n. 3. Maledicam maledicentibus, lib. 1. Cap. 27. num. 71.
 c. 14. n. 10. Puteos multos bituminis. Cap. 23. num. 119.
 Ca. 16. nu. 4. & 5. At illa concepisse se vidēs despexit domina suam, di- xitque Sarai ad Abraham, inique agis coram me. Ego dedi ancillā meam in sinum tuum, quæ videns quod conceperit despectui me habet. Ca. 30. n. 214.
 Cap. 27. Sume arma tua, pharetrā & arcū, & egredere foras, nu. 2. & 3. cūque venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentū sicut me velle nosti, & asser ut comedam, & benedicat tibi anima mea. Cap. 23. n. 112.
 Cap. 33. Emitque partem agri, & c. centum agnis. Cap. 27. num. 19. 139.
 Cap. 35. Abiicite deos alienos, qui in medio vestri sunt, & mū- num. 2. damini, & c. Cap. 25. num. 57.
 Cap. 35. Et in aures, quæ erant in auribus eorum. Cap. 25. nu. num. 4. 52.
 Cap. 37. Vidi quasi Solem & Lunam, & stellas undecim ado- num. 9. rare me. Cap. 20. num. 77.
 C. 37. n. 19. Ecce somniator venit. Cap. 17. num. 38.
 Cap. 4. Videbam quod tria canistra farina haberem super num. 16. caput meum, & in vno canistro, quod erat excelsum, portare me omnes cibos qui sunt arte pistoria, auesque comedere ex eo. Cap. 30. num. 165.
 C. 41. n. 31. Oblivisci me fecit Deus laboris mei. Cap. 31. num. 32.
 Cap. 41. Ad tui oris imperiū cunctus populus obediet. Ca. 24. num. 40. 115.
 Cap. 43. Et mirabatur nimis sumptis partibus, quas ab eo ac- num. 33. ceperant, & maior pars venit Benjamin, ita ut quinque partibus excederet. Cap. 23. num. 98. & Cap. 25. num. 142.
 Cap. 44. Scyphus quem furati estis, ipse est in quo bibit Domi- num. 5. nus meus, & in quo augurari solet. Ca. 25. nu. 61.
 C. 49. n. 11. Ligans ad vineam pullum suum. Cap. 22. num. 87.
 Cap. 49. Filius accrescens Ioseph, filius accrescens, & decorus num. 22. aspectu. Cap. 31. num. 56.

Ex Exodo.

Cap. 12. num. 8. Et azymos panes cum lactucis agrestibus. Cap. 17. num. 97.

Tom. 2.

Comedamus panem in saturitate. Cap. 20. numer. 44.
 Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Ca. 28. num. 121.
 Si pignus a proximo tuo acceperis vestimentum, ante solis occasum reddes ei. Ipsum enim est solum, qui operitur in dumentum carnis eius; nec aliud in quo dormiat. Si clamauerit ad me, exaudia eum, quia misericors sum. Cap. 20. nu. 56. & Cap. 22. n. 134.
 Non bonam rem facis, stulto labore consumeris, & tu & populus iste, qui tecum est: ultra vires tuas est negotium. Cap. 27. num. 35.
 Non suscipies vocem mendacij. Cap. 30. num. 55.
 Pauperis etiam in iudicio non misereberis. Ca. 23. n. 3.
 Quarite iudiciū, subuenite oppresso, indicat e pupillo, defendite viduam, & venite, & arguite me. Cap. 28. num. 103.
 Et tegeas eam auro mundo. Cap. 21. num. 163.
 Tollite in aures aurcas de vxorū filiorumque ac filiarum vestrarum auribus, & asserite ad me. Fecitque populus quod insserat, deferens in aures ad Aaron: quas cū ille accepisset formauit opere fusorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem. Ca. 25. nu. 52. & 58.
 Sed mulieres doctæ quæ venerant, dederunt Hiacinthum, purpuram & vermiculum ac byssum: Et pilos caprarum sponte propria cuncta tribuētes. Ca. 31. num. 108.
 Ipsa autem tabulata deaurauit, fusis basibus earum argentels. Cap. 31. num. 163.

Ex Leuitico.

Assumptoque thuribulo quod de prunis altaris im- pleuerat, & c. Cap. 25. 131.
 Quādo ingressi fueritis terram, plantaueritis & in ea ligna pomifera, auferetis praputia eorum, poma, quæ germinant, immūda erunt vobis, neque edetis ex eis. Quarto autem anno comedetis fructus congregantes poma, quæ proferunt. Ego Dominus Deus vester. Cap. 27. num. 107.
 Super mortuo non incidetis carnem vestram, neque figuras aliquas, aut stigmata facietis vobis. Cap. 26. num. 26.
 Sex annis seres agrum tuum, & sex annis putabis vineam tuam, colligesque fructus eius. Septimo autē anno Sabbathum erit terra requietionis Domini. Agrū non seres, & vineam non putabis, quæ sponte gignet humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges quasi vindemiam: annus enim requietionis terra est; sed erunt vobis in cibū tibi,

INDEX LOCORVM

- ed apparuerit aurora, arbitratu umbrae mortis. Psalm. 18. *Desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum multum.* Cap. 17. num. 37.
- Cap. 27. *Viuu Dominus, & c. quia donec superest halitus in me, & spiritus Dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitate, nec lingua mea meditabitur mendacium.* Cap. 19. nu. 22. & Cap. 23. num. 19.
- Cap. 28. *Qui ligat aquas in nubibus suis, ut non erumpant pariter deorsum.* Cap. 30. num. 37.
- Cap. 31. *Si osculatus sum manum meam ore meo, quod est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum.* Cap. 30. num. 68.
- Cap. 33. *Reuocet animas eorum a corruptione, & illuminet luce uiuentium.* Cap. 29. num. 58.
- Cap. 34. *Bibit subsannationem quasi aquam.* Cap. 26. nu. 30.
- Cap. 38. n. 8. *Quando erumpebat, quasi de vulua prodians.* Cap. 30. num. 43.
- C. 38. n. 15. *Auferetur ab impiis lux sua.* Cap. 29. num. 58.
- C. 38. n. 36. *Quis dedit gallo intelligentiam?* Cap. 31. num. 73.
- Cap. 39. num. 13. *Nunquid alligabis Rhinocerotem ad arandum lore tuo?* Cap. 22. num. 87.
- Cap. 39. num. 16. *Penna struthionis similis est penis herody, atque accipitris, quando derelinquit oua sua in terra, oblitiscitur quod pes conculcet ea, aut bestia agri conteret: duratur ad filios suos quasi non sint sui, Frustra laborauit, nullo timore cogente; priuauit enim Deus sapientia, & c.* Cap. 27. num. 48.
- C. 39. n. 53. *Et ubicunq; cadauer fuerit, statim adest.* C. 30. n. 163.
- Cap. 40. *Diuident illum inter peccatores.* Cap. 31. num. 14. 4.
- Cap. vlt. num. 11. *Et dederunt ei unusquisque ouem unam, & in aurem auream unam.* Cap. 27. num. 139.
- Ex Psalmis.**
- Psalm. 1. *Quod plantatum est secus decursus aquarum, & c.* Ca. 25. num. 149.
- Psalm. 2. *Apprehendite disciplinam quando irascatur Dominus, & c.* Cap. 24. num. 115.
- Psalm. 4. *A fructu frumenti, vini & olei sui multiplicati sunt,* Cap. 29. num. 69.
- Psalm. 5. *Quia non est in ore eorum veritas, cor eorum vanum est. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant.* Ca. 30. num. 17.
- Psalm. 5. num. 11. *Decidant a cogitationibus suis secundum multitudinem impietatum eorum expelle illos, & c.* Ca. 21. num. 22.
- Psalm. 7. *Arcti suum tetedit, & parauit illi, & in ipso parauit uasa mortis, sagittas ardentibus effecit.* C. 30. n. 47.
- Psalm. 7. *Conceptit dolorem & peperit iniquitatem.* C. 21. n. 71.
- Psalm. 7. *Incidit in foueam quam fecit.* Cap. 26. num. 140.
- Psalm. 7. *Conuerteretur dolor eius in caput ei.* Cap. 26. nu. 27.
- Psalm. 10. *Quoniam laudatur peccator in desideris anima sua, & iniquus benedicitur.* Cap. 27. num. 71.
- Psalm. 11. *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terra, purgatum septuplum.* Cap. 30. num. 50.
- Psalm. 13. *Ut videat si est intelligens, aut requirens Deum.* Cap. 17. num. 38.
- Psalm. 13. num. 4. *Qui denorant plebem meam, ut cibum panis.* Cap. 30. num. 107.
- Psalm. 14. *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram.* C. 27. n. 59.
- Psalm. 16. num. 3. *Probasti cor meum, & uiscasti nocte, igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas.* Cap. 17. num. 13. & Cap. 21. num. 13.
- Pf. 17. n. 5. *Torrentes iniquitatis tenuerunt me.* Cap. 19. num. 101.
- Psalm. 17. num. 15. *Misit sagittas suas & dissipauit eos, fulgura multiplicauit, & conturbauit eos.* Cap. 24. num. 98.
- Psalm. 17. num. 33. *Deus, qui precinxit me uirtute ad bellum.* Cap. 30. num. 238.
- Pf. 17. n. 37. *Non sunt infirmata uestigia mea.* Cap. 25. num. 91.
- Psalm. 20. *Protegat te nomen Dei Iacob.* Cap. 30. num. 42.
- Psalm. 20. num. 4. *Viram petiit a te, & tribuisti ei longitudinem dierum in saeculum saeculi.* Cap. 27. num. 142.
- Psalm. 21. *Sicut leo rapiens & rugiens, & c.* Cap. 19. num. 35. & Cap. 28. num. 43.
- Pf. 21. n. 17. *Foderunt manus meas & pedes meos.* Cap. 26. nu. 96.
- Psalm. 22. *Omnes uidentes me subsannauerunt me.* Ca. 30. n. 154.
- Psalm. 23. *Quaerenti ius faciem Dei Iacob.* Cap. 29. num. 114.
- Psalm. 23. *Attollite portas principes uestras, & eleuamini porta aeternales, & c.* Cap. 23. num. 60.
- Psalm. 25. *Proba me Domine, & tenta me, ure renes meos, & cor meum.* Cap. 22. num. 69. & Cap. 30. num. 48.
- Psalm. 25. nu. 5. & 6. *Odiui Ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedebo: lauabo inter innocetes manus meas, & circumdabo altare tuum Domine.* Cap. 28. num. 96.
- Psalm. 25. *Faciem tuam Domine requiram.* Cap. 29. num. 114.
- Pf. 26. n. 8. *Ne tradas me in animas tribulantium me.* C. 23. n. 37.
- Pf. 26. n. 12. *Insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua: insidiatur ut rapiat pauperem.* Cap. 30. num. 107.
- Psalm. 29. num. 26. *Congregans sicut in utre aquas maris.* Cap. 30. nu. 36.
- Psalm. 7. *Consilium Domini in aeternum manet, cogitationes autem eius in generatione & generationem.* Cap. 19. num. 78.
- Psalm. 33. num. 10. *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eu, & eripiet eos. Gustate & videte quam suauis est Dominus.*
- Psalm. 23. n. 8. & 9. *Timete Dominum omnes sancti eius, quia nihil deest timentibus eum.* Cap. 23. num. 18.
- Pf. 34. n. 13. *Oratio mea in sinu meo conuertetur.* Cap. 30. num. 37.
- Pf. 34. n. 25. *Ne dicant, deuorabimus eum.* Cap. 20. num. 92.
- Psalm. 34. num. 16. *Subsannauerunt me subsannatione, frenduerunt super me denibus suis.* Cap. 30. num. 154.
- Psalm. 35. *Non confundetur cum loquetur inimicis suis.* Cap. 24. num. 23.
- Psalm. 36. nu. 1. & 2. *Noli emulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem: quoniam tanquam fenum uelociter arefcunt, & quemadmodum olera herbarum cito decidunt.* Cap. 23. num. 91. & 95.
- Psalm. 36. num. 16. *Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas.* Cap. 28. num. 36.
- Psalm. 36. num. 18. *Novit Dominus dies immaculatum.* Cap. 27. num. 136.
- Psalm. 36. num. 26. *Tota die miseretur & commodat, & semen illius in benedictione erit.* Cap. 24. num. 38.
- Pf. 36. n. 31. *Non supplantabuntur gressus mei.* Cap. 25. num. 91.
- Psalm. 36. num. 34. *Vidi impium exaltatum sicut cedros Libani, transiit, & ecce non erat, & non est inuentus locus eius.* Ca. 18. num. 42.
- Pf. 36. n. 37. *Simul reliquiae impiorum interibunt.* Cap. 24. nu. 83.
- Pf. 37. n. 3. *A fortitudine manus tuae ego defeci.* Cap. 28. num. 29.
- Pf. 38. n. 11. *Quoniam sagittae tuae infixae sunt mihi.* Cap. 30. n. 47.
- Psalm. 39. num. 7. *Sacrificium & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi.* Cap. 25. num. 57. & 58.
- Psalm. 40. *Beatus vir, qui intelligit super egenum & pauperem.* Cap. 17. num. 38.
- Psalm. 43. *Ipse enim nouit abscondita cordis.* Cap. 27. num. 29.
- Pf. 44. n. 2. *Eruit cor meum uerbum bonum.* Cap. 30. nu. 15.
- Psalm. 44. num. 5. *Intende prospere, & procede & regna.* Psal. 44. nu. 4.
- Pf. 44. n. 9. *Propter ueritatem & mansuetudinem, & iustitiam.* Cap. 30. num. 240.
- Psalm. 44. num. 14. *Astitit Regina a dextris tuis, & c.* Cap. 27. num. 92.
- Psalm. 48. *Omnis gloria filio Regis abintus, in fimbriis aureis, & c.* Cap. 27. num. 29. Cap. 31. 52. 60. num. 124. & 154.
- Psalm. 48. *Eteruet animam meam de manu inferi.* C. 18. n. 81.

SACRÆ SCRIPTURÆ.

- Pfalm. 50. Spiritum rectum innoua in uisceribus meis. cap. 20. num. 10.
- Pfalm. 50. Spiritu principali confirma me.
- Pfalm. 50. Propterea Deus destruet te, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo, & radicem tuam de terra uidentium. Videbunt iusti & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent; Ecce homo, & qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum. cap. 17. num. 26.
- Pfalm. 51. Deum non inuocauerunt, ibi trepidauerunt timore, ubi non erat timor. cap. 29. num. 111.
- Pfalm. 52. Sermones tui super oleum. cap. 27. n. 89.
- P. 54. n. 22. Facta super Dominum curam tuam, & ipse, te enutriet, cap. 26. n. 142. & cap. 28. num. 132.
- Pfalm. 54. & c. cap. 26. n. 142. & cap. 28. num. 132.
- num. 23. Flij hominum dentes eorum arma, & sagitta, & lingua eorum gladius acutus. Cap. 31. num. 107.
- Pfalm. 56. Si vere utique iustitiam loquimini, & c. C. 31. num. 36.
- Pf. 54. n. 1. Latabitur iustus cum uiderit uindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Cap. 28. num. 96.
- Pfalm. 57. Ostendisti populo tuo dura, potasti nos uino compun-
Pfam. 59. Etionis. Cap. 31. num. 30.
- Pfalm. 60. Dies super dies Regis adicies, annos eius usque in die generationis & generationis. Cap. 27. num. 142.
- Pfalm. 61. Ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant. Cap. 27. num. 71.
- Pfalm. 62. Tradentur in manus gladij. Cap. 18. num. 81.
- Pfalm. 62. Et obstruet uros loquentium iniqua. Cap. 26. num. 72.
- Pf. 62. n. 12. Qui intendunt uelut arcum linguam suam, ut sagittent in occultis immaculatum. Cap. 26. num. 5.
- Pfalm. 63. Sicut in te anima mea. Cap. 23. num. 37.
- Pfalm. 63. Qui educit uinctos. Cap. 31. num. 106.
- Pf. 67. n. 7. Penna columba deargentata, & posteriora dorsi eius in pallore auri. Cap. 25. num. 50.
- Pfalm. 67. Dum discernit cælestis Reges super eam, niue dealbabitur in Selmon. Cap. 25. nu. 43 & Ca. 26. n. 1.
- num. 14. Mons coagulatus, mons pinguis, ut quid suspicamini montes coagulatos. Cap. 27. num. 28.
- Pfalm. 67. Deus tu scis insipientiam meam, sed quod fatuum est Dei, sapientius est hominibus. Cap. 30. num. 29.
- num. 6. Et factus sum illis in parabolam. Cap. 26. num. 71.
- Pf. 68. n. 12. Neque absorbeat me profundum, neque urgeat super me puteus os suum. Cap. 23. num. 120.
- Pfalm. 68. Confundantur & reuertantur qui quarunt animam meam. Cap. 29. num. 40.
- Pfalm. 69. Populus insipiens incitauit nomen tuum. Cap. 30. num. 42.
- Pfalm. 71. Lateretur cor meum, ut timeat nomen tuum.
- Pfalm. 71. Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei. Cap. 23. num. 92.
- Pfalm. 72. Et calix in manu Domini uini meri plenus mixto: inclinauit ex hoc in hoc, uerumtamen fax eius non est exinanima, bibent omnes peccatores terra. cap. 31. num. 30.
- Pfalm. 74. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarum in manibus suis. ca. 24. nu. 83.
- Pfalm. 75. Etenim sagitta tua transeunt, uox tonitru tui in rotas. cap. 24. num. 98.
- num. 18. De post scætas accepit eum, pascere iacob seruum suum, & Israel hereditatem suam. cap. 27. num. 142.
- Pfalm. 77. Accendetur uelut ignis zelus tuus. cap. 27. num. 21.
- Pfalm. 78. Et potum dabis nobis in lacrimis in mensura. cap. 22. num. 104.
- Pfalm. 79. num. 6. Ut quid destruxisti maceriam eius, & uindemiant eam omnes, qui pratergrediuntur uiam. Cap. 24. num. 132.
- num. 13. Deus meus pone illos ut rotam, & sicut stipulam ante faciem uenti. cap. 20. num. 94. & 46.
- Pfalm. 82. Tom. 2.
- Pfal. 83. Et enim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum sibi. Cap. 26. num. 5.
- Pfal. 84. Misericordia & ueritas obtulerunt sibi. Cap. 22. n. 8.
- Pfal. 85. Synagoga potentium qua sperunt animam meam. Cap. 29. num. 40.
- Pfal. 87. Et ego ad te domine clamavi, & mane oratio mea praeueniet te. Et quid Domine repellis orationem meam, auertis faciem tuam a me? Pauper sum ego, & in laboribus a iuuentute mea, & c. Cap. 27. num. 76.
- Pf. 89. n. 6. Manu sua erit & transeat, & c. Cap. 31. num. 37.
- Pfalm. 91. Iustus ut palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur. cap. 29. num. 69.
- Pfal. 93. Qui plantauit aurem non audiet. Cap. 24. num. 136.
- Pfal. 100. Declinantem a me malignum: & cognoscebam, detrahentem secreto proximo, hunc persequabar. Superbo oculo, & in satiabili corde eum hoc non edebam. Oculi mei ad fideles terra, ut sedeant mecum; ambulans in uia immaculata, hic mihi ministrabit, & c. Cap. 21. num. 59. & Cap. 29. nu. 30.
- Pf. 100. In matutino interficiebam omnes peccatores terra, ut disperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem. Cap. 21. num. 59.
- Pf. 103. n. 18. Petra refugium herinacis. Cap. 30. num. 215.
- Pfal. 103. n. 21. Caruli leonum rugientes ut rapiant, & quarant a Deo escam sibi. Cap. 19. num. 35. & Cap. 28. num. 35.
- Pfal. 103. n. 29. Auferes spiritum eorum, & deficient, & c. Cap. 29. num. 44.
- P. 104. n. 4. Quarite faciem eius semper. cap. 29. num. 114.
- Pfal. 104. n. 20. Eloquium Domini inflammauit eum. Cap. 30. num. 48.
- Pfal. 106. Dixit & stetit spiritus procella, & exaltati sunt flus-
tus eius; ascendunt ad caelos, & descendunt usque abyssos; anima eorum in malis tabescebat. Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est. cap. 26. num. 83. & 86.
- Pfal. 108. Cum indicatur exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum. Cap. 28. num. 44.
- Pfal. 110. Dedit escam timentibus se. Cap. 31. num. 80.
- Pfalm. 111. n. 1. 2. & 3. Beatus uir qui timet Dominum, in mandatis eius uolet nimis. Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur, gloria & diuitia in domo eius, & c. Cap. 20. num. 28.
- Pfalm. 111. n. 5. Iucundus homo qui meseretur & commodat. Cap. 22. num. 48.
- P. 118. n. 10. Ne repellas me a mandatis tuis. Cap. 30. num. 165.
- P. 118. n. 72. Bonum mihi lex oris tui. Cap. 20. num. 89.
- P. 118. n. 90. Fundasti terram & permanet. cap. 22. num. 98.
- Pfal. 118. Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi. Declinate a me maligni, & c. Cap. 28. num. 30.
- Pfal. 118. n. 113. Præuaricantes deputaui omnes peccatores terra. cap. 25. num. 18.
- Pfal. 118. n. 119. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. cap. 21. num. 8.
- Pfal. 118. n. 140. Ignitum eloquium tuum uehementer. cap. 30. num. 45.
- Pfal. 119. n. 140. Sagitta potentis acuta cum carbonibus desolatoris. cap. 30. num. 47.
- Pfal. 119. n. 140. Leuaui oculos meos in montes, unde ueniet auxilium mihi. cap. 23. num. 53.
- Pfal. 120. n. 1. Sicut oculi ancilla in manibus domine suæ, ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri. Cap. 23. num. 53.
- Pfal. 122. n. 2. Misere nostri Domine, misere nostri, quia multum repleta est anima nostra, opprobrium abundantibus, & despectio superbis. Cap. 25. num. 164.
- Pfal. 122. n. 3. Viduam eius benedicens benedicam, pauperes eius saturabo panibus. cap. 27. num. 80.
- Pf. 131. Quia tenebra non obscurabuntur a te. cap. 27. n. 28.
- Pf. 138.

INDEX LOCORVM

P. 139. n. 10 *Et labor laborum ipsorum operiet eos. Ca. 31. nu. 32.*
 Psal. 140. *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum,*
num. 5. &c. Cap. 18. nu. 30. & cap. 27. num. 89. & 55.
 P. 141. n. 4 *In deficiendo ex me spiritum meum. Cap. 29. nu. 44.*
 Psal. 141. n. 5 *Non est qui requirat animam meam, &c. C. 29. n. 40*
 Psal. 142. *Non auertis faciem tuam à me, & similis ero descen-*
dentibus in lacum. Cap. 31. num. 17.
 Psal. 144. *Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das escam,*
num. 15. &c. Cap. 23. num. 53.
 Psal. 146. *Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis cornuorum*
innocantibus eum. cap. 30. num. 167. & 173.
 Psal. 147. *Ipsa reges nos in sacula Goalmoth. cap. 30. num. 177.*

Ex Ecclesiaste.

Cap. 2. *Coaceruant mihi argentum & aurum, & substantias*
num. 8. Regum & Prouinciarum. Cap. 30. num. 17.
 Cap. 2. *Et omnia qua desiderauerunt oculi mei non negaui*
num. 10. eis, nec prohibui cor meum, qui in omni volu-
ptate frueretur. Cap. 30. num. 17.
 Cap. 3. *Omnia tempus habent. Cap. 31. num. 69.*
 Cap. 4. *Veni me ad alia, & vidi calumnias, qua sub sole*
num. 1. geruntur, & lacrymas innocentium, & nullum
consolatore[m] posse resistere eorum violentia, cum-
torum auxilio destitutos. Cap. 28. num. 98.
 Cap. 4. *Vae soli, quia cum ceciderit non habet subleuantem*
num. 10. se. Cap. 20. num. 89
 C. 7. n. 10. *Ira in sinu stulti requefecit. cap. 30. num. 37.*
 Cap. 5. *Dulcis est somnus operanti, siue parum, siue multum*
num. 12. comedat. Cap. 28. num. 98.
 Cap. 7. *Non est homo iustus super terram qui faciat bonum &*
num. 21. non peccet. Cap. 20. nu. 32.
 Ca. 26. *Vtrum de mille unum reperi, mulierem ex omnibus*
num. 29. non inueni. Cap. 18. num. 85.
 Cap. 10. *Qui fodit foueam incidet in eam, & qui dissipat sepe*
num. 8. mordebit eum coluber. cap. 26. num. 140.
 Cap. 10. *Vide seruos in equis, & Principes ambulantes super*
num. 7. terram quasi seruos. Cap. 17. num. 8.
 Cap. 10. *Va tibi terra, cuius Rex puer est, cuius Principes ma-*
num. 16. ne comedunt. Cap. 23. num. 160.
 C. 10. n. 16. *Cuius principes mane comedunt. cap. 27. num. 71.*
 C. 12. n. 5. *Et florebit amygdalus. cap. 20. num. 118.*
 Cap. 12. *Verbum sapientum sicut stimuli, & quasi clauis in al-*
num. 11. tum defixi. cap. 26. num. 72.

Ex Canticiis Canticorum.

Cap. 1. *Muranulas aureas faciemus tibi, vernicularas argē-*
10. Cap. 25. num. 43.
 Cap. 1. *Trabes nostra cypressina & ligna domorum nostrarū*
cedri. cap. 25. num. 122.
 Cap. 2. *Sicut malus inter ligna silyuarum. cap. 25. num. 49.*
 Cap. 4. *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore*
languo.
 Collum tuum sicut turris Dauid qua edificata est cū
propugnaculis: mille clipei pendent ex ea, omnis
armatura fortium. Cap. 31. num. 51.
 Cap. 5. *Comedi fauam cum melle meo. Bibi vinum cum la-*
Cap. 5. cte meo. Cap. 31. num. 2.
 num. 7. *Inuenerunt me custodes, qui circumeunt ciuitatem.*
 Cap. 5. *num. 7. Tulerunt pallium meum mihi cu-*
 Ca. 5. n. 15. *stodes murorum. Cap. 31. num. 100.*
 Ca. 7. n. 1. *Crura eius columna[m] marmorea. Cap. 25. num. 43.*
 Cap. 7. *Iunctura femorum tuorum sicut monilia. C. 25. n. 52.*
 num. 2. *Umbilicus tuus crater tornatilis non indigens pocu-*
 Ca. 7. n. 2. *lis. Cap. 2. num. 61.*
 Cap. 7. *Venter tuus sicut aceruus tritici, &c. Cap. 31. nu. 98.*
 num. 4. *Oculus tui sicut columba, qua lacte sunt loca. Cap. 15.*
num. 43.

Cap. 8. *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum*
super brachium tuum, quia fortis est, ut mors di-
lectio, dura sicut infernis emulatio. Ca. 31. nu. 54.

Ex Sapientia.

Cap. 1. *In maleuolam animam non introibit sapientia, nec*
 num. 4. *habitabit in corpore subdito peccatis. C. 24. n. 21.*
 Cap. 1. *Custodite ergo vos a murmuracione, qua nihil pro-*
 num. 11. *dest. Cap. 17. num. 72.*
 Cap. 2. *Nemo nostrum exors sit luxuria nostra; usque re-*
 num. 9. *linquamus signa leuitia, quia hac est pars nostra,*
 Cap. 2. *& hac est fors, &c. Cap. 28. num. 30.*
 num. 12. *Circumueniamus ergo iustum, quoniam inutilis est*
 13. & 14. *nobis, & contrarius est operibus nostris, & impro-*
 perat nobis peccata legis, & diffamat in nos pec-
 cata disciplina nostra. Factus est nobis in tradu-
 ctionem cogitationum nostrarum, gravis est nobis
 ad videndum quoniam dissimilis est alii vita illius,
 & immutata sunt via eius. Cap. 28. num. 30.
 Contumelia & tormento interrogemus eum, ut scia-
 mus reuerentiam eius, & probemus patientiam
 illius. Morte turpissima condemnemus eum, &c.
 Cap. 29. num. 41.
 Tanquam aurum in fornace probauit illos. Cap. 17.
 num. 10.
 Sparsa vitulamina non dabant radices altas, &c.
 Cap. 30. num. 131.
 Ex iniquis enim somniis filij qui nascuntur, testes
 sunt nequitiæ aduersus parentes suos in interro-
 gatione sua. Cap. 30. num. 98
 Qui nobis profuit superbia. C. 17. n. 72.
 Transierunt omnia illa, &c. tanquam nauis qua per-
 transit fluctuam aquam, cum praterierit non est
 vestigium inuenire, neque semitam carina illius in
 fluctibus. Aut tanquam auis, qua transuolat in aë-
 re, cuius nullum inuenitur argumentum itineris, sed
 tantum sonitus alarum verberas leuem vctum, &
 scindens per vim itineris aërem, comotis aliis tras-
 uolauit, & post hoc nullum signum inuenitur itineris
 illius, &c. c. 23. n. 55. & c. 30. n. 187.
 C. 5. n. 18. *Accipiet armaturam zelus eius. c. 27. n. 21.*
 Cap. 6. *Si ergo delectamini sedibus & scoptris, o reges populi*
 num. 22. *disigate sapientiam, ut perpetuum regnetis. C. 30*
 num. 212.
 Cap. 10. *Rex sapiens stabilimentum populi est. C. 29. n. 17. &*
 C. 30. n. 210.
 Cap. 17. *Ab hac ut recessit iniustas, per viam homicidii frater-*
 nitas deperit. c. 22. num. 132.
 Cum sit timida nequitiæ, dat testimonium condemna-
 tionis, semper enim praesumit scire a perturbata con-
 scientia. C. 28. num. 1.

Ex Ecclesiastico.

Cap. 1. *Arenam maris, pluuie guttas, & dies saeculi quis di-*
 num. 2. *numerauit? altitudinē caeli, latitudinem terra, &*
 profundum abyssi quis dimensus est? sapientiam
 Dei praecedentem omnia quis inuestigauit? radix
 sapientia cui reuelata est, & astutias eius quis co-
 gnouit? C. 30. num. 33.
 In igne probatur aurum & argentum, homines vero re-
 ceptibiles in camino humilationis. c. 17. n. 10. & 12
 C. 2. n. 14. *Vae duplici corde. & labijs sceleratis. c. 21. n. 14.*
 Cap. 3. *Qui amat periculum peribit in illo. C. 28. n. 134.*
 Ca. 6. *Oculos sublimes, linguam mendacem, &c. C. 21. n. 19.*
 Cap. 6. *Amicus fidelis protectio fortis. C. 29. n. 36.*
 C. 7. n. 23. *Seruus sensatus sit tibi dilectus, quasi anima tua, ne de-*
 frandas

SACRÆ SCRIPTURÆ.

- fraudes eum in libertate, neque inopem relinquit illum. Cap. 17. num. 8
- Cap. 8. Non litiges cum homine linguato, & non seruas in ignem illius ligna. Cap. 26. num. 117
- C. 10. n. 11. Omnis potentatus vita brevis. Cap. 23. num. 55
- Cap. 10. Mitte panem tuum super transientes aquas. C. 25. n. 149
- Cap. 12. Ne credas inimico tuo in aeternum. Cap. 12. Et si humiliatus vadat curvus ad iugum animum tuum, & custodite ab illo: non statuas illum penes te, ne scedeat ad dexteram tuam, ne forte conuersus in locum tuum inquirat cathedram tuam, & in nouissimo agnoscat verba mea. & c. Cap. 26. num. 135
- Cap. 12. num. 13. Quis miserebitur incantatori a serpente percussos, & his qui appropinquant bestiis. Ca. 26. num. 61
- Cap. 13. num. 12. Advocatus a potentiore discede, ex hoc enim magis te aduocabit. Cap. 25. num. 85
- Cap. 13. num. 29. Dives locutus est, omnes tacuerunt, & verbum illius usque ad nubes perducunt, & c. Cap. 28. num. 52
- C. 13. n. 29. Puper autem prudens scrutabitur eum.
- C. 14. n. 10. Oculus malus ad mala, & non satiabitur pane, sed indigens, & in tristitia erit super mensam suam. Cap. 23. num. 64
- C. 14. n. 14. Particula boni doni non te pretereat. Cap. 21. n. 108
- Cap. 15. Obuiabis illi quasi mater honorificata, & c. cibabit illum pane vite & intellectus, & aqua sapientia salutaris potabit illum. Cap. 25. num. 142
- Cap. 19. A facie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis. Cap. 22. num. 99
- Cap. 20. num. 2. Concupiscentia spadonis denigravit iuuentulam, sic quasi facit per vim iudicium iniquum. C. 28. num. 108
- C. 20. n. 26. Opprobrium nequam in homine mē dactū. C. 17. n. 30
- C. 20. n. 27. Potior est fur, quam assiduus vir mendacis.
- cap. 21. Qui aedificat domum suam impendiis alienis, quasi qui colligit lapides suos in hyeme. Cap. 17. num. 73
- C. 22. n. 6. Musica in luctu importuna narratio. C. 25. num. 110
- cap. 22. num. 18. Arenam & salem, & massam ferri facilius est ferre, quam hominē imprudentē, & fatuum. C. 27. nu. 15
- cap. 22. nu. 26. 27. Ad amicum & si produxeris gladium ne desperes, & c. si aperuerit os triste non timeas, est enim concordatio, excepto conuicio, & improprio, & superbia, & Mysterij reuelatione, & plaga dolosa. In his omnibus effugiet amicus. Cap. 24. n. 126. & c. 25 num. 34. & Cap. 26. num. 129. & Cap. 27. num. 22
- ca 23. n. 5. Extollentiam oculorum ne dederis mihi. Cap. 21. n. 19
- cap. 24. Penetrabo omnes inferiores partes terre, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino, & c. Cap. 29. num. 59
- cap. 24. num. 31. Ego quasi irames aqua immensa de fluuio, ego quasi fluuius vorax, sicut aqua ductus exiui de paradiso. Cap. 31. num. 135
- cap. 26. num. 19. Gratia super gratiam mulier sancta, & pudorata. Cap. 18. num. 87. & Cap. 31. num. 56
- cap. 26. num. 3. Pars bona mulier bona, in parte bona timentium Deum dabitur vire pro factis suis. Cap. 18. num. 86
- cap. 27. num. 29. Et qui foueam fodit incidet in eam, & qui statuit lapidem proximo suo offendet in eo, & qui laqueum alius ponit, peribit in illo. Cap. 26. num. 140 (82)
- C. 28. nu. 1. Qui vindicari vult à Deo inueniet vindictā. C. 20. n.
- cap. 28. num. 12. Secundum ligna sylua, sic ignis exardescit, & secundum virtutem hominis, sic iracundia illius erit, & secundum substantiam suam exalabit iram suam. Cap. 19. num. 33
- cap. 30. num. 2. Mortuus est, & quasi non est mortuus, reliquit enim similem sibi post se. Cap. 23. num. 88
- cap. 30. num. 8. Equus indomitus euadit durus, & filius remissus euadit praeceps. Cap. 29. num. 65
- cap. 30. num. 19. Quid proderis libatio idolo, neque enim manducabit, neque odorabit. Cap. 26. num. 60
- cap. 31. Si coactus fueris in edendo multum, surge è medio, enume, & refrigerabis te, & non adduces corpori tuo infirmitatem. cap. 23. num. 70
- cap. 32. Rectorem te posuerunt, & c. Omnis tua cura explicita recumbe ut lateris propter illos, & ornamentum gratis accipiat coronam, & dignitatem consequatur corrogationis. cap. 23. nu. 99. & cap. 25. nu. 122
- cap. 32. nu. 4. 5. 6. Loquere maior natu, decet enim te primum verbum diligenti scientiam, & non impediās musicam. Gemmula carbunculi in ornamento auri. cap. 24. num. 62. & cap. 25. num. 44
- cap. 32. nu. 7. & 8. Gemmula carbunculi in ornamento auri, & comparatio musicorum in consuetudine vini. Sicut in fabricatione auri signum est smaragdus, sic numerus musicorum in iucundo & moderato vino. cap. 25. n. 44
- cap. 33. num. 15. Contra malum bonum est, & contra mortem vita. Sic è contra virum iustum peccator, sic incuere omnia opera Altissimi duo & duo, & unum contra vnum. cap. 30. num. 133
- cap. 33. num. 25. Cibaria & disciplina, & onus asino panis & disciplina, & labor seruo. cap. 29. num. 84
- cap. 34. num. 16. Qui timet Dominum nihil trepidabit & non pauebit, quoniam ipse est spes eius. cap. 19. num. 87
- cap. 34. nu. 23. 26. & 30. Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum, nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Qui auferit in sudore panem, & c. ca. 20. n. 24. & ca. 21. num. 115
- cap. 34. num. 25. Panis egenissimum vita pauperum est: qui defraudat illum homo sanguinis est: qui auferit in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum: qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenariis, fratres sunt. cap. 20. num. 24. cap. 21. num. 115
- cap. 36. num. 25. Si est lingua curationis, est & mitigationis, & misericordiae: non est vir illius secundum filios hominum. cap. 31. num. 161
- cap. 36. num. 28. Qui credit ei, qui non habet malum, & despectus ubique obserauerit, quasi succinctus lastro exiliens de ciuitate in ciuitatem. ca. 27. num. 49
- cap. 41. Ab offuscatione dati & accepti, & à salutariibus de silentio. cap. 27. num. 78
- cap. 47. Terram retexit anima tua, & replesti in comparationibus anigmatum, in cantilenis, & proverbiis & comparationibus, & interpretationibus mirata suat terra. cap. 24. num. 115
- cap. 49. Firmamentum gentis, rector fratrum, & stabilimentum populi. cap. 29. num. 17
- ca. nu. 16. Ex Esaiā.
- cap. 1. Lauamini & mundi estote. cap. 24. num. 141
- num. 21. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis plena iudicij iusticia habitauit in ea; nunc autem homicida. c. 28. num. 126
- cap. 1. num. 22. Argentum tuum versum est in scoriā. cap. 25. num. 18
- cap. 3. n. 1. Quid nam quoque tibi est, quia ostendisti, & in omni intellectu clamoris plena. cap. 21. num. 45
- C. 3. n. 14. Omne rebur panis, & omne rebur aquae. ca. 25. nu. 142
- ca 4. nu. 1. Et pro fascis pectorali cilicium. cap. 31. num. 147
- cap. 4. num. 1. Apprehendunt septem mulieres virum unum dicentes panem nostrum comedimus. cap. 28. num. 107
- ca. 5. nu. 6. Panem nostrum comedimus, & aquam nostram peccunia bibimus. cap. 25. num. 142
- ca. 5. n. 11. Et ecce ascenderit super ipsam sylua. cap. 24. nu. 131
- cap. 5. num. 14. Va qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum usque ad vesperam, ut vino estuetis. cap. 23. num. 161. & cap. 27. num. 71
- ca. 5. n. 23. Dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vilo termino. cap. 22. num. 128
- ca. 5. n. 23. Va qui iustificatus impiū pro muneribus, & iustitia

INDEX LOCORVM

- insti aufertis ab eo. C. 24. nu. 105.*
 Cap. 6. *Lac gentium suges, & mamillas Regum lactaberis. c. 30. nu. 257.*
 Cap. 7. *Pete tibi signum à Domino in profundum, aut in altum. Respondit ille: Non petam, & non tentabo. Cap. 30. num. 51.*
 Cap. 9. *Virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, & c. Cap. 22. num. 41.*
 Cap. 22. *Ecce Dominus asportarite facies, sicut asportatur Gallus gallinaceus. Cap. 30. num. 2.*
 C. 22. n. 23. *Figam illum paxillum in loco fideli. C. 25. nu. 94.*
 Cap. 22. *Et auferatur paxillus qui fixus fuerat in loco fideli. Cap. 22. num. 24.*
 C. 23. n. 8. *Mercatores eius incliti terra. C. 31. nu. 144.*
 C. 25. n. 15. *Erit Tyro quasi canticum meretricis. C. 21. n. 49.*
 Cap. 26. *Anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritu meo in precordiis meis de mane uigilabo ad te.*
 Cap. 26. *Sicut qui coepit cum appropinquauerit ad partum dolens clamat in doloribus suis: sic facti sumus à facie tua Domine, concepimus, & c. c. 21. n. 101.*
 Cap. 26. *Concepimus & quasi parturimus, & peperimus spiritum salutis, & c. cap. 22. num. 20. & cap. 21. num. 101.*
 Cap. 28. *Non enim in sericis triturrabitur gith, nec rota plaustri super Cuminum circuibit. c. 20. n. 94.*
 Cap. 28. *Verum non in perpetuum triturrabit illud, neque vexabit eum rota plaustri.*
 C. 29. n. 16. *Lutum contra figulum. c. 17. n. 84.*
 Cap. 30. *Et comminetur sicut conteritur lagenafiguli contritione preualida, & non inuenietur de fragmentis eius, testa, in qua portetur iunculus de incendio, aut hauriatur parum aqua de fouea. c. 25. n. 131. & c. 26. n. 37.*
 Cap. 32. *Sicut riuus aquarum in siti, & umbra petra prominentis in terra deserta. c. 25. n. 149.*
 Cap. 35. *In stituculosa terra erit fons aqua: illuc erit latitia animi. c. 29. n. 27.*
 Cap. 38. *Qui appendit tribus digitis molem terra. c. 22. n. 104.*
 C. 40. n. 12. *Qui dat secretorum seruitores. c. 31. n. 17.*
 C. 40. n. 23. *Cum transieris per aquas tecum ero, & flumina non operient te. c. 25. n. 149.*
 Cap. 43. *Dic tu iniquitates tuas prius ut iustificeris. c. 25. n. 153.*
 C. 43. n. 46. *Aperiat terra, & germinet Saluatorem. c. 27. num. 142.*
 Cap. 45. *Tolle molam, & mole farinam, denuda turpitudinem tuam, & c. c. 27. n. 129.*
 Cap. 47. *Vt non transeat per illam omnis incircumcisus, & im-mundus. c. 21. num. 41.*
 Cap. 52. *Quia ut mulierem, & meretricem spiritus uocabit te Dominus. c. 27. n. 89.*
 Cap. 54. *Impy autem quasi mare fernens, quod quiescere non potest, & redundant fludus eius in conculcationem & lutum, non est pax impiis, dicit Dominus. c. 26. n. 83.*
 Cap. 58. *Ecce in die ieiunij uestri inuenitur uoluntas uestra. c. 30. n. 116.*
 Cap. 60. *Et aperientur portae. c. 23. n. 60.*
- ### Ex Hieremia.
- Si laueris te nitro. c. 25. n. 102.
 Cap. 2. *Ascendit leo de cubili suo. c. 30. n. 231.*
 Cap. 4. *Probatorem dedi te in populo meo robustum & scies, & probabis uiam eorum, & c. C. 17. n. 10.*
 Cap. 6. *Defecit sufflatorium. & c.*
 C. 6. n. 29. *Omnes isti principes declinates, ambubates fraudulenter, & ferrum, uniuersi corrupti sunt; defecit sufflatorium, in igne consumptum est plumbum, frustra confluunt conflator, malitia eorum non sunt consumpta; argentum reprobum uocate eos, quia Dominus*
 Cap. 7. *proiecit illos. c. 17. n. 10. C. 25. n. 19. & c. 27. n. 102.*
 Cap. 15. *Misi ad uos omnes seruos meos Prophetas per diem surgens diluendo. c. 27. n. 81.*
 Cap. 16. *Omnes male dicunt mihi. C. 27. n. 71.*
 Cap. 16. *Et morientur grandes & parui in terra ista, non sepe-lientur, neq; plangentur, & non se incidem, neque caluitium fiet pro eis. C. 26. n. 26.*
 Cap. 16. *Et non dabunt eis poculum calicis ad consolandum super patre suo, & matre sua. C. 31. n. 33.*
 Cap. 16. *Post haec mittam eis multos uenatores, & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cauernis petrarum. C. 24. n. 108.*
 Cap. 16. *Verè medacium possederunt patres nostri uanitatem que eis non profuit. C. 17. n. 72.*
 Cap. 24. *Et dabo eos in vexationem afflictionemq; omnibus regnis terra, in opprobrium & in parabolam, & c. c. 26. n. 71.*
 Cap. 24. *Et sicut ficus pessima, qua comedi non possunt, eo quod sint mala, sic dabo Sedeciam Regem Iuda, & Principe eius, & reliquos de Hierusalem, & c. ca. 27. n. 126.*
 Cap. 25. *Locutus sum ad uos de nocte consurgens, & loquens & non audistis. c. 27. n. 71. & 81.*
 Cap. 29. *Ecce mittam in eos gladium, & pestem, & famem, & ponam eos quasi ficus malas, qua comedi non possunt eo quod pessima sint & persequar eos in gladio, & in fame & in pestilentia, & dabo eos in vexationem uniuersis regnis terra, & in maledictionem, & in stuporem, & in sibilum. & c. c. 27. n. 126.*
 C. 34. n. 5. *Va Domine plangent te. c. 23. n. 125.*
 Cap. 44. *Misi ad uos omnes seruos meos prophetas de nocte consurgens. C. 27. n. 71. & 81.*
 Cap. 46. *Succiderunt saltum eius, ait Dominus, qui supputari non potest, multiplicati sunt super locustas, & non est eis numerus. C. 30. n. 221.*
- ### Ex Threnis.
- Cap. 1. *O uos omnes qui transitis per uiam. C. 31. n. 38.*
 C. 4. n. 1. *Mutatus est color optimus. C. 25. n. 32.*
 Cap. 4. *Ebur antiquum. C. 31. n. 40.*
- ### Ex Ezechiele.
- Cap. 2. *Scripta erant in eo lamentationes, carmen & uia. Ca. 23. n. 125. & Cap. 25. n. 103.*
 Cap. 13. *Violabat me apud populum meum propter pugillum hordei, & fragmen panis. C. 28. n. 104.*
 Cap. 16. *Ornata es auro & argento, & uersita es bysso & polymito, & multis coloribus, similam & mel, & oleum comedisti, & decora facta es uehementer nimis. c. 30. n. 192.*
 Cap. 16. *Tergens os suum. Cap. 6.*
 Cap. 16. *Hac fuit iniquitas Sodoma, & c. Superbia, saturitas, panis & abundantia. Cap. 20. n. 44.*
 C. 16. n. 38. *In sanguine furoris ac zeli. C. 27. n. 21.*
 Cap. 21. *Accinctus balteis renes. C. 31. n. 147.*
 Cap. 22. *Fili hominis uersa est mihi domus Israel in scoria, omnes isti es & stannum & ferrum, & plumbum in medio fornacis scoria argenti facti sunt. C. 25. n. 19.*
 Cap. 22. *Populi terra calumniabantur calumniam, & rapiabant uolenter egenum & pauperem affligebant, & aduenam opprimebant calumnia absque iudicio. C. 28. n. 98.*
 Cap. 22. *Sicut leo rugiens rapiensque pradam. C. 19. n. 35. C. 28. n. 73. & C. 31. nu. 80.*
 Cap. 23. *Iuuenes forma egregia, duces, & magistratus. c. 22. n. 104.*
 Cap. 25. *Idcirco ego tradam te filiis Orientis, & ponent in te tentationem suam: ipsi comedent fruges tuas, & ipsi bibent lac tuum. cap. 30. n. 257.*

SACRÆ SCRIPTURÆ.

- Cap. 27. *Persæ & Lydii & Lybies galeam, & clypeum suspendunt in te pro ornatu tuo c. 31. n. 51.*
 num. 10.
 num. 32. *Assument super te carmen lugubre. c. 25. n. 103.*
 Cap. 31. *Et stupefcere super te faciam populos multos, & Reges eorum horrore nimio formidabunt. c. 25. n. 132.*
 Cap. 32. *Fili hominis cana carmen lugubre. c. 25. n. 103.*
 Cap. 34. *Va pastoribus Israël qui pascebat semet ipsos; nōne greges à pastoribus pascentur? lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis; gregem autem meum non pascebatis. c. 30. n. 257.*

Ex Daniele.

- Cap. 1. *Quod interpretatione fallacem, & deceptione plenam composueritis. c. 17. n. 31.*

Ex Osee.

- Cap. 2. *Ego dedi eis frumentum, vinum & oleum & argentum multiplicavi eis, & aurum & ipsi fecerunt Baal. c. 30. n. 82.*
 num. 8.
 Cap. 2. *Et visitabo super eum dies Baalim quibus accendebat incensum, & ornabatur in aure, u. a. & monili suo. Cap. 25. num. 52. & 57.*
 num. 8.
 Cap. 6. *Misericordiam volui & non sacrificium, & scientiam Dei plusquam holocausta. c. 21. n. 15.*
 Cap. 8. *Hostias offerent, immolabunt carnes. c. 30. n. 112.*
 num. 13.
 Cap. 12. *Veruntamen diues effectus sum, inveni idolum mihi, omnes labores mei non inveniēt mihi iniquitatem quam peccavi. c. 30. n. 82.*
 Cap. 13. *Occurrā ei, quasi vrsu raptis catulis. c. 17. n. 47.*

Ex Ioele.

- Cap. 2. *Et erit in novissimis diebus (dicit Dominus) effundā de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri, & filia vestra. c. 29. n. 78.*
 C. 3. nu. 3. *Et puellam vendiderunt pro vino. c. 21. n. 49.*
 Cap. 3. *Lingua imprudentis subversio ipsius est. c. 18. n. 82.*

Ex Amos.

- Cap. 2. *Super tribus sceleribus Moab, & super quatuor non convertam illum. c. 30. n. 120.*
 num. 4.
 Cap. 2. *Et vinum damnatorum bibebant in domo Dei sui ca. 31. nu. 30.*
 num. 8.

Ex Michæa.

- Cap. 5. *Et tu Bethlehem Ephrata paruulus es in millibus Iudæ. c. 20. nu. 89.*
 Cap. 6. *Nunquid iustificabo stateram, & sacculi pondera dolosa. cap. 26. num. 48.*

Ex Habacuc.

- Cap. 1. *Quare respicis super iniqua agētes, & taces deuorante impio instiorem se? Cap. 20. nu. 92.*
 num. 3.
 Cap. 1. *Equites eius de longè venient, volabunt quasi aquila festinans ad comedendum. Cap. 30. nu. 190.*
 num. 8.
 Cap. 2. *Va qui ædificat ciuitatem in sanguinibus, & præparat urbem in iniquitate. c. 22. n. 98.*
 Cap. 3. *Exultatio eorum, sicut eius, qui deuorat pauperem in abscondito. C. 19. n. 102. c. 20. n. 102. 92. & c. 30. n. 107.*
 num. 14.
 Cap. 3. *Vt ascendam ad populum accinctum nostrum. C. 30. num. 238.*
 num. 16.

Ex Zacharia.

- Cap. 11. *O pastor & idolum, & c. c. 26. n. 49.*
 Cap. 14. *Non erit mercator in domo Domini. c. 31. n. 144.*

Ex Malachia.

- Cap. 3. *S affliget homo Deum? quia vos configitis me, & dixistis in quo configimus te? In decimis & primitiis. c. 22. nu. 120.*
In penuria vos maledicti estis, & me configitis gens tota. cap. 3.

Ex Libro I. Machabæorum.

- Cap. 6. *Et factum est, vt audiuisset sermones istos exauis, & commotus est valde, & decedit in lectum, & incidit in languorem præ tristitia, quia non factum est ei, sicut cogitabat, & arbitratus est se mori. c. 19. n. 39.*
 num. 8.

Ex Libro II. Machabæorum.

- Cap. 1. *Fili mi miserere mei, quia te in utero nonem mensibus portauis, & lac triennio dedi & alui, & in aetatem istam perduxi. cap. 31. num. 8.*
 Cap. 9. *Venturum se Hierosolimam, & congeriem sepulchris Iudaorum eam facturum. c. 27. num. 17.*

Ex Matthæo.

- Cap. 4. *Tunc assumpsit eum diabolus, & statuit eum supra pinnaculum templi. c. 21. n. 45.*
 num. 3.
 C. 4. n. 7. *Non tentabis Dominum Deum tuum. C. 30. n. 52.*
 Cap. 4. *Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. C. 30. num. 75.*
 num. 9.
 Cap. 5. *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Ca. 30. num. 240.*
 num. 4.
 Cap. 5. *Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum & proiice abs te, & si dextera manus tua scandalizat te, & c. C. 25. n. 92.*
 nu. 29.
 Cap. 5. *Non egredietur donec reddat nouissimum quadrantem. C. 17. n. 23.*
 num. 26.
 Cap. 5. *Et qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, da ei & pallium. Cap. 17. num. 65.*
 num. 40.
 Cap. 5. *Solem suum super bonos ac malos oriri facit. Ca. 29. num. 58.*
 num. 45.
 Cap. 6. *Te faciente elemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera. C. 31. n. 110.*
 num. 2.
 C. 6. n. 24 *Nemo potest seruire Deo & mammonæ. C. 30. n. 71.*
 C. 6. n. 33 *Querite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiciuntur vobis. C. 17. n. 26.*
 Cap. 7. *In mensura qua mensi fueritis remetietur vobis. Cap. 24. num. 38.*
 num. 2.
 Cap. 7. *Omnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit; fundata enim erat supra petram. C. 28. n. 33.*
 n. 24. 25.
 Cap. 9. *Misericordiam volo & non sacrificium. C. 21. n. 15.*
 C. 10. n. 16 *Estote prudentes sicut serpentes. C. 27. n. 66.*
 c. 10. n. 24 *Non est discipulus super magistrum, nec seruus supra Dominum, nec filius super patrem suum, sufficit discipulo, vt sit sicut magister eius, & seruo sicut Dominus eius, & filio sicut pater eius. C. 22. n. 142.*
 C. 10. n. 17 *Quod in aure auditis, predicato super tecta. c. 21. n. 45.*
 Cap. 10. *Ne ergo timueritis eos. Ca. 10. nu. 28. Et nolite timere eos. C. 29. n. 111.*
 num. 28.
 Cap. 12. *Quomodo poteritis bona loqui, cum sitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur. C. 28. n. 128.*
 Cap. 15. *Deus dixit, qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur; vos autē dicitis, minus quodcumque est ex me tibi proderit, & non honorificauerit patrem suum, ac matrem suam; & irritum fecisti mandatum Dei propter traditionem vestram. cap. 28. nu. 121.*
 Cap. 19. *Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Amē dico vobis, quod vos qui sequuntur estis me in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, & c. Cap. 28. nu. 59.*



INDEX LOCORVM

- Cap. 20. *An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Cap. 23. num. 55.*
- Cap. 22. *Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebat venire, & iterum misit alios seruos dicens, & c. Cap. 22. num. 17.*
- Cap. 22. num. 12. *Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? Cap. 24. num. 21.*
- Cap. 24. n. 24. 12. *Refrigesceat charitas multorum. Cap. 25. num. 98.*
- Cap. 24. num. 28. *Vbi fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquila. Ca. 30. num. 163.*
- Cap. 24. num. 46. *Fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram. Cap. 17. num. 27.*
- Cap. 25. n. 8. & 9. *Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostra extinguuntur, & c. Ne forte non sufficiat nobis & vobis, ut potius ad vendentes, & emite vobis. Cap. 20. num. 17. & Cap. 31. num. 102.*
- Cap. 25. num. 34. & 35. *Venite benedicti patris mei, & c. Esurini enim & dedistis mihi manducare, & c. Cap. 21. num. 67.*
- Cap. 25. num. 41. & 42. *Ite maledicti in ignem eternum. Esurini enim & non dedistis mihi manducare. Cap. 21. num. 67.*
- Cap. 26. *Et confestim accedens ad Iesum dixit, Aue Rabbi, & osculatus est eum. Cap. 14. num. 112.*
- Cap. 27. *Accepta aqua lauit manus suas coram populo dicens, innocens ego sum a sanguine iusti huius. Cap. 28. num. 96.*
- Ex Marco.**
- Cap. 9. *Et si post tuus te scandalizat, amputa eum, & c. Cap. 25. num. 92.*
- Cap. 15. *Et dabant ei myrratum vinum. Ca. 31. num. 30.*
- Ex Luca.**
- Cap. 1. num. 35. *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Cap. 31. num. 56.*
- Cap. 1. num. 53. *Diuites dimisit inanes. cap. 1. nu. 53. Deposuit potentes de sede. Cap. 18. nu. 42.*
- Cap. 1. n. 23. *Qui non colligit mecum, disperget. C. 30. n. 19.*
- Cap. 11. nu. 26. *Et assumit septē alios spiritus nequiores se. c. 26. n. 134*
- Cap. 12. num. 4. *Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & c. C. 29. num. 111.*
- Cap. 12. num. 42. *Quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram. c. 30. n. 9.*
- Cap. 13. *Ad se reuersus dixit. Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus. Cap. 31. num. 15.*
- Cap. 14. num. 8. *Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discubas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo & veniens is, qui te & illū inuitauit, dicat tibi: da huic locum, & tunc incipias cum rubore nouissimū locum tenere. Sed cum vocatus fueris, vade & recūbe in nouissimo loco, ut cum venerit quite inuitauit, dicat tibi: Amice ascēde superius, & erit tibi gloria coram simul discumbentibus, & c. C. 25. n. 25.*
- Cap. 14. num. 30. *Hic homo cepit edificare, & non potuit consummare. Cap. 24. num. 8.*
- Cap. 15. n. 13. & 14. *Peregrē profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam viuēdo luxuriose. Et postquam omnia consummasset, & c. cepit egere, & abiit & adhasit vni ciuium regionis illius, & misit illum in villam suam, ut pasceret porcos. Cap. 29. nu. 9. & 100.*
- Cap. 15. num. 17. *In se autē reuersus dixit: Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereco, & c. Cap. 19. num. 9. & 100.*
- Cap. 15. num. 22. *Cito proferte stolam primam, & induite illum, & date annullum in manū eius, & calceamenta in pedes eius. Cap. 23. nu. 101.*
- Cap. 17. nu. 37. *Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquila. C. 30. nu. 163.*
- Cap. 18. *Descendit hic iustificatus ab illo. C. 26. nu. 99.*
- Cap. 21. *Vere dico vobis, quia vidua hac pauper plus quā omnes misit, nam omnes hi ex abundanti sibi miserunt in munera Dei, hac autē ex eo, quod deest illi, omnem victum suum, quem habuit, misit. c. 22. n. 45.*
- Ex Ioanne.**
- Cap. 3. *Spiritus ubi vult spirat, & vocē eius audis, sed nescis unde venit, aut quo vadit. c. 27. n. 20.*
- Ioan. VIII.
- Cap. 8. num. 13. *Tu de te ipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. C. 27. num. 10.*
- Ioan. VIII.
- Cap. 8. num. 34. *Omnis qui facit peccatū seruus est peccati. c. 30. n. 87.*
- Ioan. X.
- Cap. 10. *Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas. c. 27. nu. 136.*
- Cap. 19. *Et ligauerunt eum linteo, cum aromatib. c. 31. n. 145.*
- Ex Actis Apostolorum.**
- Act. I. *Et videntibus illis eleuatus est. cap. 1. num. 203.*
- Act. X. *Ascendit Petrus in superiora, ut oraret circa horam sextam. c. 21. num. 44.*
- Cap. 10. *Surgens autem paulus, & manu silentiam indicens. cap. 30. nu. 245.*
- Act. XXIII. *Quadragesima viri deuenerunt se nihil māducaturos, aut bibituros, donec occiderent Paulū. c. 28. n. 87.*
- Ex Pauli Epist ad Roman.**
- Cap. 1. *Obscuratum est insipiens cor eorum. ca. 25. nu. 153.*
- Cap. 2. *Non est personarum acceptio apud Deum. c. 18. n. 24.*
- Cap. 8. *Estimati sumus sicut oues occisionis. c. 21. n. 121.*
- Cap. 9. num. 6. *Non enim omnes, qui ex Israel sunt, ii sūt Israelitae, neque qui semen sunt Abrahāe, omnes filii, id est, non qui filii carnis, hi sūt filii Dei, sed qui filii sunt promissionis estimantur in semine. c. 17. n. 9.*
- Cap. 11. *Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locū ira, scriptum est enim, mihi vindictam & ego retribuam. c. 24. n. 79.*
- Cap. 12. num. 3. *Non plus sapere, quā oportet sapere sed sapere, ad sobrietatem. c. 25. n. 162.*
- Cap. 12. n. 3. & 6. *Et unicuique sicut Deus diuisit, & c. siue prophetiam secundum rationem fidei, & c. c. 29. n. 80.*
- Cap. 12. num. 8. *Qui miseretur in hilaritate. c. 22. nu. 48.*
- Cap. 12. num. 17. *Elete cum silentibus. c. 25. n. 116.*
- Cap. 12. num. 19. *Nulli malum pro malo reddentes. c. 20. n. 80.*
- Cap. 12. num. 19. *Non vos defendentes charissimi, sed date locum ira, scriptum est enim, mihi vindicta, & ego retribuam. c. 12. nu. 19.*
- Cap. 13. num. 1. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas nisi à Deo; quae autem sunt à Deo ordinatae sunt. c. 24. nu. 93.*
- Cap. 13. n. 2. & 3. *Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. c. 24. nu. 92.*
- Cap. 13. num. 3. 4. & 5. *Vis autē timere potestatem, bonum fac & habebis laudem ex illa: Dei enim minister est tibi in bonum, si autē malum feceris, time, non enim sine causa gladius portat, Dei enim minister est vindex iram ei, qui malum agit. c. 26. nu. 47.*
- Cap. 13. num. 6. *Ideo etiam & tributa praestatis, ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum seruientes. c. 24. n. 95. c. 26. n. 47.*
- Cap. 13. num. 11. *Abiciamus ergo opera tenebrarū sicut in die honestē ambulemus, & c. c. 18. n. 10.*
- Cap. 13. num. 11. *Deus autē patientia & solatio dat vobis id ipsum sapere*

SACRÆ SCRIPTURÆ.

in alterutrum, ut unanimes uno ore honorificetis Deum, &c. Cap. 26. num. 119.

Ex Epistola I. ad Corinthios.

- Cap. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos, sapientia vero non huius seculi, neque Principum huius seculi, sed loquimur Dei sapientiam. Cap. 30. num. 28.
- Cap. 3. n. 10. & 11. Vt sapiens architectus fundamentum posuit: alius autem superadificat, unusquisque autem videat quomodo superadificet. &c. C. 22. num. 98.
- Cap. 3. n. 16. Vos estis templum Dei, & spiritus Dei habitat in vobis. Cap. 25. num. 122.
- Cap. 3. n. 18. Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, ut sit sapiens. Cap. 30. num. 28.
- Cap. 4. Mihi autem pro minimo est, ut à vobis iudicer, vel ab humano die. Cap. 18. num. 25.
- Cap. 5. n. 6. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Ca. 23. num. 52.
- Cap. 6. n. 7. & 8. Iam quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniurià non accipitis? quare non magis iniuriam non patimini? Cap. 24. num. 84.
- Cap. 6. n. 9. & 10. Neque fornicarii, neque idolis seruietes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, &c. regnum Dei possidebunt. Hi sunt quos iam lethale, & ob signat. Cap. 23. num. 118.
- Cap. 7. n. 30. & 31. Qui erunt tanquam non possidentes, & qui utuntur hoc mundo tanquam non utantur, praterit enim figura huius mundi. Cap. 18. num. 45.
- Cap. 7. n. 33. Qui cum vxor, este sollicitus est que sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Ca. 23. num. 28.
- Cap. 8. Et altissima paupertas eorum abundauit. &c. Ca. 31. num. 97.
- Cap. 9. Qui seminat in benedictionibus de benedictionibus & metet. Cap. 30. num. 149.
- Cap. 11. Omnis autem mulier orans, aut prophetans. Cap. 29. num. 78.
- Cap. 13. Si distribuero omnem substantiam in cibos pauperum. Cap. 25. num. 142.
- Cap. 14. Sectamini charitatem, emulamini spiritualia, magis autem, ut prophetetis. Cap. 29. num. 78. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad edificationem, & exhortationem, & consolationem. cap. 14.

Ex Epistola II. ad Corinthios.

- Cap. 2. Non enim sumus sicut plurimi adulterantes verbum Domini. cap. 23. num. 109.
- Cap. 4. Aporiamur, sed non destituimur. Sæper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, ut & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris: semper enim nos, qui viuimus, in mortem tradimur, ut & Iesu vita manifestetur in carne nostra mortali. ca. 21. num. 116.
- Cap. 5. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi. cap. 25. num. 153.
- Cap. 6. n. 10. Quasi nihil habentes, & omnia possidentes. cap. 17. num. 23.
- Cap. 6. n. 11. Os nostrum patet ad vos, o Corinthii, & cor nostrum dilatatum est. cap. 21. num. 18.
- Cap. 6. n. 14. & 15. Que enim societas luci ad tenebras: aut que conuentio Christi ad Belial? c. 19. nu. 101. & cap. 29. num. 117.
- Cap. 9. n. 6. Qui parè seminat, parè & metit, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. cap. 27. num. 80.

- Cap. 9. n. 7. Unusquisque autem prout destinauit in corde suo, nõ ex tristitia, aut ex necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus. cap. 22. num. 48.
- Cap. 9. n. 10. Qui autem administrat semen seminanti, & panem ad manucandum prestabit, & multiplicabit semen vestrum, & auget incrementa frugum iustitiæ vestra. cap. 20. num. 17.
- Cap. 11. Despondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo. cap. 19. num. 50.
- Cap. 12. Facius sum insipiens, vos me coëgistis, ego enim à vobis debui commendari. c. 26. n. 19. & c. 27. num. 27.
- Cap. 13. n. 8. Non possumus aliquid aduersus veritatem, sed pro veritate, &c. cap. 29. num. 64.
- Cap. 13. n. 11. Idem sapite, pacem habete. cap. 29. num. 119.

Ex Epistola ad Galatas.

- Cap. 2. In faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat. Cap. 21. num. 145. Ca. 27. num. 53.
- Cap. 6. Fratres, si praecipuus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, eiusmodi instruite in spiritali lenitate, considerans te ipsum, ne & tuleris, Ca. 29. nu. 2.

Ex Epistola ad Ephesios.

- Cap. 2. Interficiens inimicitias in semetipso. C. 20. n. 12.
- Cap. 4. n. 9. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia descendit, prius quidem in inferiores partes terræ, &c. C. 30. nu. 34.
- Cap. 4. n. 11. Qui descendit ipse est, & qui ascendit super omnes cælos. Cap. 30. nu. 34.
- Cap. 4. n. 13. veritatem autem facientes in charitate crescemus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subministrat. C. 19. n. 104. & 105.
- Cap. 4. n. 14. Vt iam non simus amplius paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinae in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris. Cap. 22. num. 95.
- Cap. 4. n. 17. & 19. Vt iam non ambuletis sicut & gentes ambulantes in vanitate sensus sui, tenebris obscurati habentes intellectum, alienati à vita Dei per ignominiam, quæ est in illis propter cecitatem cordis ipsorum, qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiam omnis, in auariciam, &c. Ca. 18. num. 10.
- Cap. 4. n. 25. Propter quod deponentes mendacium loquimini veritatem, unusquisque cum proximo suo, quia sumus inuicem membra. C. 19. n. 104.
- Cap. 5. n. 5. Omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus. c. 30. n. 71.
- Cap. 5. n. 18. Nolite inebriari vino in quo est luxuria. c. 20. n. 1.
- Cap. 6. Et vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, sed educate illos in disciplina, & correptione Domini. Cap. 19. num. 69.

Ex Epistola ad Philippenses.

- Cap. 3. n. 15. Quicumque ergo perfecti sumus hoc sentiamus. Cap. 26. num. 119.
- Cap. 3. n. 16. Verumtamen ad quod peruenimus, ut idem sapiamus, & in eadem permaneamus regula. c. 26. n. 119.
- Cap. 3. n. 18. Quorum finis interitus, quorum Deus venter est quæ terrena sapiunt. c. 30. n. 69.
- Cap. 87. Itaque fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudium meum & corona mea. c. 23. n. 87.

INDEX LOCORVM

Ex Epistola ad Colossenses.

- Cap. 4. *Viri diligite uxores vestras, & nolite esse amari ad illas. Cap. 27. num. 89.*
Patres nolite ad indignationem prouocare filios vestros, ut non pusillo animo fiant. C. 19. nu. 69.

Ex Epistola I. ad Thessalonicenses.

- Cap. 2. *Quæ est enim nostra spes, gaudiū aut corona gloriæ? nonne vos ante Dominum nostrum Iesum Christum estis in aduentu eius: vos enim estis nostra gloria & gaudium. Cap. 23. num. 87.*
 Cap. 5. num. 5. *Cum enim dixerint pax, & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in utero habentis, & non effugient. Cap. 27. num. 4.*

Ex Epistola II. ad Thessalonicenses.

- Cap. 3. *Audiuimus inter vos quosdā ambulare in quiete, nihil operantes, sed curiosē agentes. C. 26. n. 104.*
 Cap. 5. *Quia dies Domini, sicut fur in nocte ita ueniet; cum enim dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in utero habentis, & non effugient. Cap. 22. num. 127.*

Ex Epistola I. ad Timotheum.

- Cap. 5. *In operibus bonis testimonium habens, si filios educavit, si hospitio recepit. &c. Cap. 29. num. 68.*
 Cap. 6. num. 6. *Est autē questus magnus pietas cum sufficientia, habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. Cap. 15. num. 81.*
 Cap. 6. num. 9. *Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli. &c. Cap. 28. num. 101.*
 Cap. 6. num. 17. *Diuitib⁹ huius seculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo uiuo. Cap. 28. num. 37. 131. & 132.*
 C. 6. n. 18. *Qui præstat nobis abunde ad fruendum. C. 6. n. 18.*
 C. 6. n. 18. *Diuites fieri in bonis operibus. Cap. 28. num. 37.*

Ex Epistola ad Hebræos.

- Cap. 3. *Optimum est gratia stabilire cor, non escis, quæ nihil profuerunt ambulanti in eis. Cap. 17. n. 72.*
 Cap. 4. *Viuus est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens usq; ad diuisionem animæ & spiritus, compagum quoque, ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis. cap. 23. num. 25.*
 Cap. 9. *Inquinatos sanctificat. Cap. 31. num. 10.*
 C. 10. n. 30. *Mihi vindicta & ego retribuam. C. 20. nu. 82.*
 Cap. 11. *Defunctus adhuc loquitur. C. 21. nu. 122.*
 Cap. 13. *Beneficentia ac gratia nolite obliuisci, talib⁹ enim hostiis promeretur Deus. C. 21. n. 15.*

Ex Iacobi Epistola.

- Cap. 1. nu. 3. & 4. *Sciētes quod probatio fidei vestra patientiā operatur, patientia uerò opus perfectū habet, ut sitis perfecti, & integri in nullo deficientes. C. 17. n. 18.*
 Cap. 1. num. 8. *Vir duplex animo incontinens est in omnib⁹ uis suis. Cap. 21. num. 14.*
 Cap. 1. num. 15. *Concupiscentia cum conceperit parit peccatū, peccatum uerò cum consummatum fuerit, generat mortem. Cap. 17. num. 97. & Cap. 21. num. 71.*

- Cap. 1. num. 17. *Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudo diuinitatis. Cap. 22. n. 16. & Cap. 25. n. 44.*
 Cap. 2. *Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide & heredes regni? Cap. 21. num. 117.*
 C. 3. n. 2. *Si quis uerbo nō offedit hic perfect⁹ est uir. C. 18. n. 82.*
 Ca. 3. n. 6. *Lingua dicitur uniuersitas iniquitatis. C. 17. n. 23.*
 Cap. 3. num. 6. *Lingua constituitur in membris quæ maculat totum corpus, & inflamat rotam nauis in nostrâ inflammata a gehenna. Ca. 17. nu. 23. & 67. & Cap. 20. num. 96.*
 Ca. 4. n. 1. 2. & 3. *Vnde bella & lites in uobis? nonne hinc ex concupiscentiis uestris, quæ militant in mēbris uestris? Concupiscitis & non habetis, occiditis & zelatis, & non potestis adipisci, litigatis & belligeratis, &c. Cap. 28. nu. 130.*
 C. 4. n. 8. *Purificate corda, duplices animo. C. 21. nu. 14.*
 Cap. 4. num. 15. *Ecce nunc qui dicitis hodie aut crastino ibimus in illā ciuitatem, & faciemus ibi qui dem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus. Cap. 27. num. 2.*

Ex I. Petri Epistola.

- Cap. 1. num. 7. *Ut probatio uestra fidei multo pretiosior auro inueniatur in laudem. &c. Cap. 17. num. 10.*
 Cap. 2. num. 18. *Serui subditi estote in omni timore Dominis, non tantum bonis, & modestis, sed etiam discolis. Hac est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias patiens iniuste. Quæ est enim gloria, si peccantes, & colaphizati iustertis, sed si benefacientes patienter sustinetis, hac est gratia apud Deum. Ca. 21. num. 121.*
 Cap. 3. num. 18. *Ut nos offerret Deo mortificatos quidem carne, uiuificatos autem spiritu. Cap. 20. nu. 102.*
 Cap. 5. *Pascite, qui in uobis est, gregem Dei, prouidentes non coactè, sed spontaneè secun̄ Iū Deum, neque turpis lucri gratia, sed uoluntariè; neque ut dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo, & cum apparuerit Princeps pastorum percipietis immarcescibilem gloria coronam. Ca. 27. nu. 137.*

Ex II. Petri Epistola.

- Cap. 3. *Adueniet autem dies Domini ut fur, in quo cæli magno impetu transigent, &c. Cap. 22. num. 127.*

Ex I. Ioannis Epistola.

- Cap. 2. num. 11. *Qui enim dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in tenebris est usque adhuc. Qui odit fratrem suum in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quod eat, quia tenebra obcecauerunt oculos eius. Ca. 30. num. 140.*
 Cap. 3. *Qui irascitur fratri suo homicida est. C. 30. nu. 139.*

Ex III. Ioannis Epistola.

- Cap. 3. num. 9. *Et qui amat primatum gerere inter uos Diotrophes non recipit nos. C. 30. n. 68.*

Ex Apocalypsi.

- Cap. 13. *Draco magnus. Cap. 19. num. 108.*
 Cap. 17. *Et mulier erat circumdata purpura, & coccino, &c. Habens poculum in manu sua plenum abominacione, & immunditia fornicationis sue.*
 Cap. 17. *Et uidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum Iesu. Ca. 31. n. 30.*

FINIS.



CAPVT XVII.

SALOMONIS.



MELIOR est buccella sicca cum gaudio, quàm domus plena victimis cum iurgio. 2. Seruus sapiens dominabitur filiis stultis, & inter fratres hereditatem diuidet. 3. Sicut igne probatur argentum & aurum camino: ita corda probat Dominus. 4. Malus obedit lingue inique, & fallax obtemperat labiis mendacibus. 5. Qui despicit pauperem, exprobrat factori eius: & qui ruina latatur alterius, non erit impunitus. 6. Corona senum filij filiorum: & gloria filiorum patres eorum. 7. Non decent stultum verba composita: nec principem labium mentiens. 8. Gemma gratissima, expectatio prestolantis: quocumque se vertit, prudenter intelligit. 9. Qui celat delictum, querit amicitias: qui altero sermone repetit, separat federatos. 10. Plus proficit correptio apud prudentem, quàm centum plagæ apud stultum. 11. Semper iurgia querit malus: angelus autem crudelis mittetur contra eum. 12. Expediit magis vrsæ occurrere raptis fatibus, quàm fatuo confidenti in stultitia sua. 13. Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius. 14. Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum: & antequam patiatur contumeliam, iudicium deserit. 15. Qui iustificat impium, & qui condemnat iustum, abominabilis est vterque apud Deum. 16. Quid prodest stulto habere diuitias, cum sapientiam emere non possit? Qui altam facit domum suam, querit ruinam: & qui cuitat discere, incidet in mala. 17. Omni tempore diligit qui amicus est: & frater in angustiis comprobatur. 18. Stultus homo plaudet manibus, cum sponderit pro amico suo. 19. Qui meditatur discordias, diligit rixas: & qui exaltat ostium, querit ruinam. 20. Qui peruersi cordis est, non inueniet bonum: & qui vertit linguam, incidet in malum. 21. Natus est stultus in ignominiam suam: sed nec pater in fatuo letabitur. 22. Animus gaudens ætatem floridam facit: spiritus tristis exsiccatur ossa. 23. Munera de sinu impius accipit, ut peruertat semitas iudicij. 24. In facie prudentis lucet sapientia: oculi stultorum in finibus terræ. 25. Ira patris, filius stultus: & dolor matris que genuit eum. 26. Non est bonum, damnum inferre iusto: nec percutere principem, qui recta iudicat. 27. Qui moderatur sermones suos, doctus & prudens est: & pretiosi spiritus vir eruditus. 28. Stultus quoque si tacuerit, sapiens reputabitur: & si compresserit labia sua, intelligens.



CAPVT XVII. SALOMONIS.

I. *Melior est buccella sicca cum gaudio, quàm domus plena victimis cum iurgio.*



MELIOR, est, &c. Heb. Bona buccella sicca, & tranquillitas in ea, præ domo plena victimis iurgij. Chald. Melior est panis siccus cum tranquillitate, &c. Septuaginta. Melior buccella cum voluptate in

pace, quàm domus multorum bonorum, & iniustarum victimarum cum iurgio. D. Ambros. lib. 2.

D. Ambr. pace. Illa autem verba, *Quàm domus, &c.* in Complutensi, & aliis codicibus sic habentur. *Quàm domus plena multorum bonorū, &c.* Theodot. *Melior est buccella panis per se.* Vulgò *asolas.* Rabbi Samuel Marrochianus in libr. de Aduentu Messæ locum istum sic extulit. *Melior est buccella panis cum Charitate, quàm vitulus saginatus cum inimicitia.*

2.
D. Thom.
Rabbi Sa-
muel.

D. Thom. in opusculo de Sacramento Altaris, & præfatus Rabbi Samuel, locum istum per accommodationem de Eucharistia interpretatur ad hunc modum. *Melior est buccella sicca cum gaudio, &c.* Sicca, inquam. i. incruenta hostia, quæ cum summo mentis tranquillæ gaudio sumitur. Vel *sicca.* i. sola, quasi diceret *Mas vale elpana seans,* quem fideles Ecclesiæ victimamus, quàm innumerabiles animalium cruentæ victimæ, quibus templum verus redundabat. Alij quidem le-
B sunt, *Melior est buccella exsiccans.* Quæ quidem accommodatissimè in diuinissimum Eucharistiæ Sacramentum quadrat. habet. n. vim exsiccandi carnalium appetitionum humores. Et sanè propter hanc exsiccandi facultatē mellitas placentas imprimis salubres esse decernit Galenus in lib. 2. de tuenda sanitate, atque de Eucharistico pane exponunt Patres illa verba Cantic. 5. *Comedi fauū cum melle meo. Bibi vinum cū lacte meo.* Quæ Septuaginta sic extulerūt. *Comedi panem cum melle meo,* scilicet mellitum panem. eam lectionem sequuntur, & exponunt de Sacramento Altaris ex Patribus Ambros. Nyssèn. Hieronymus, Theodoretus, Iustus Origelitanus, & alij.

Galen.
Cant. 5. n. 2.
Ambros.
Nyssen.
Hieronym.
Theodor.
Iustus Or-
igelitanus.

3.
Hugo.
Cardin.

Hugo autem Cardinalis, qui etiam verba ista de Eucharistia exposuit, alium sensum expressit hoc modo. *Melior est buccella.* i. sumptio Eucharistiæ sicca. i. sine potu lacrymarum, & sine pulmento deuotionis, &c. cum gaudio mundæ con-

A scientiæ; quàm domus plena victimis. i. conscientia plena operibus, quibus ipsamet vitia more animalium per mortificationē iugulantur, cum inimicitia Dei. Vel aliter, cum iurgio, i. cum rebellionē carnis. Quasi dicat, alia quidem opera quantumuis appetitiones, & libidines seueritatis gladio maectent, tamen carnis rebellionem prorsus de medio tollere nō possunt. Sola Eucharistiæ sicca buccella impacatos illius motus sedare, pacem, & tranquillitatem afferre valet, *Sicca,* inquam. i. incruenta, non solum quia in ipsius consecratione, & oblatione nulla cruoris effusio manifesta est: sed etiam quia maectatio vitiorum, ac libidinum, quæ mortificationis opera fit, ad seditiones carnis coërcendas non sine cruore, & sanguinis missione perfici solet, at verò Eucharistiæ acceptæ beneficio caro sine sanguine expugnatur.

Secunda interpretatio est Bedæ, qui per *buccellam siccam* intelligit opera siue doctrina, nimirum *facere, & non docere,* hoc autem satius esse dicit, quàm verbi diuini gladio aliorum vitia maectare sublatis operibus. D. Ambros. loco supra adscripto de elemosyna exponit: quasi melius sit *siccam buccellā* panis hilari & placido vultu pauperi erogare, quàm eundem splendidissimo, & lautissimo conuiuio excipere, cum exprobratione, & iurgio. Sed tamen hæc accommodatitia sunt.

4.
Beda.

Litteralis sensus huius loci vestigandus est. Alij igitur gaudium, & iurgium ad conscientiam referunt, hoc modo. *Melior est buccella sicca.* Sicca buccella appellatur solitarius panis, quod vulgo dicimus. *Pana secas, o a solas,* & Theodotion optimè expressit, *Buccella panis per se.* Hæc igitur, inquit Salomon, longe melior est, quàm *Domus plena victimis.* Supra cap. 7. vers. 14. & cap. 8. vers. 2. docui ex victimis splendida conuiuia apud Hebræos instrui solita. Nam magnam iugulatæ hostiæ partem referebat offerens, ut ex illa domesticos, ac familiares copiosius cibare posset. lege ibi. Itaque sensum sic efformant. Melior est solitarius ac merus panis, i. dulcius sapit, & suauius nutrit, *cum gaudio,* i. sine conscientiæ stimulo, seu admorsu; quam mensa copiosissimis ferculis referta, ex malè, & iniuste partis frui. *Cum iurgio,* scilicet conscientia stimulante, & animum exturbante. Cum hac expositione cohæret lectio Septuaginta, aiunt enim. *Melior est buccella cum voluptate in pace, quàm domus multorū bonorum, & iniustarum victimarum cum iurgio.* Obserua illud, *Et iniustarum victimarum,* & faciliè intelliges hinc de illo conuiuio agi, quod ex iniuste quæsitis instruitur. Concinit hæc sententia cum illa superioris capituli, *Melior est parum cum timore Domini, quàm thesauri magni, & insatiabiles.* Vide quæ in eum locum coniecimus.

Ambros.

5. Alij rursus ad externam pacem, & iurgia præmissa verba transferunt, vt sensus sit. Melior est, panis merus, & sine pulmento cum gaudio, Hebr. *cum pace*. i. sine lite, & disceptatione acceptus quàm mensa splendidior, si ad illam obtinendam litibus opus est. Quod perinde est ac si dicat. Melior est tenuis census sine lite acceptus, quàm fortunæ immensæ per lites, & fori strepitum comparandæ, quarendæ. Potest etiam locus iste de vnius familiæ pace, aut discordia exponi hoc modo, *Melior est buccella sicca*, &c. Nimirum dulcius sapit, ac pinguius nutrit merus panis cum pace, si videlicet inter virum, vxorem, & reliquam familiam pax, gratia, & benevolentia intercedat, quàm mensa lautior, & splendidior, cum domesticorum animos iurgia distrahant. Quod perinde est, ac si dicat: Felicitior, atque beator est illa familia, quæ in magna recum omnium angustia, lætitia, & pace gaudet, quàm ea, quæ in summa fortunarum affluentia, dissidius, atque discordiis distracta est. Nam pax quidem rerum omnium deficientiâ cumulatissimè compensat; bellum autem, & discordia angustissima patrimonia, & immensas fortunas in summe, atque extreme paupertatis angustias adducit. Quid certius; Nonuit id coniuges beneuoli, & discordes.

II. *Seruus sapiens dominabitur filiis stultis, & inter fratres hereditatem diuidet.*

6. **S**eruus sapiens, &c. Hebr. *Seruus intelligens dominabitur in filium confundentem, & in medio fratrum diuidet hereditatem.* Chald. *Seruus prudens dominabitur filio imprudenti, &c.* Septuaginta. *Seruus prudens reget dominos stultos, in fratribus autem diuidet partes.* D. Ambros. Epist. 7. sic scribit. *Denique famulo sapienti multi, vt scriptum est, seruiunt liberi: & est seruus intelligens, qui regat dominos stultos.* producit autem Ambrosius duo testimonia. Alterum Eccles. cap. 10. *Seruo sensato liberi seruiunt.* Alterum ex hoc loco. Aquila. Symmach. & Theod. *Diuidet hereditatem, sicut nostra.*

Huius sententiæ germanū sensum nō vno modo conformant interpretes. Alij enim illam in vniuersum veram esse contendunt, vt sonant hoc modo, *Seruus sapiens dominabitur filiis stultis*, quia sapientia, qua illis præcellit, illi dominium naturali ipso iure addicit. Omnis enim stultus natura ipsa subditus est sapienti, & illius obsequio addictus. Vnde Aristotel. Politic. libr. capite tertio duo seruitutis genera statuit, alterum naturale, alterum legale: ac fieri posse dicit, vt is, qui per leges seruus existit, Dominus sit per naturam, illius, cuius seruituti addictus est. Naturalem autem seruitutem, & dominium explicat Philosophus exemplo corporis, & animi. *Nam animus (inquit) in corpus dominium habet, & imperium, eodem modo necesse est, & in singulis hominibus esse: quicumque igitur distat tantum, quantum animus a corpore, hi natura ipsa serui, ac Domini sunt. Itaque quorum est opus in corporis usu, & hoc est in eis potissimum, hi sunt natura serui, quorum autem opus potissimum in mente, & ratione est, hi sunt natura Domini.* Hactenus Aristot. cuius testimonium elegantissimè euincit sapientem seruum ipso iure naturæ in filios ingenuos, atque in ipsos etiam Dominos imperium, dominiumque sortiri, quibus non aliter eminet, ac superior est, quàm ani-

A ma corpori. Hinc autem fit, vt quemadmodum corpus ab anima impellitur, ac regitur, sic etiam serui, sed sapientis arbitrio, & nutu, Dominus partem sapiens, regatur, ac gubernetur; quod passim euenire solet propter seruatorum prudentiam, & minorum imperitiam. Lex enim natura tanquam potentiori, ac digniori omnino cedit. Hanc expositionem tradit D. Ambrosius in ea Epistola ad Simplicianum, vbi fortissimis argumētis euincit solum sapientem esse liberum. Itaque locum istum expendens, sic scribit. *Nihil ergo præiudicat pecunia, qua plerumque Dominos emittit, nihil tabule autionales, quibus emptor saepe adiudicatur, atque addicitur seruituti. Contractus non mutat genus, nec sapientia libertatem adimit, denique famulo sapienti multi (vt scriptum est) seruiunt liberi, & est seruus intelligens, qui regat Dominos stultos. Quem ergo magis liberum censet? Sola est sapientia libera, qua diuitibus pauperes præficit, & qua seruos proprijs fœnerare Dominis facit, fœnerare non pecuniam, sed intellectum, fœnerare talentum illius dominici æternique thesauri, qui nunquam corrumpitur. Et per breui interstitio sic atexit. Non ille solum liber, qui dominum licitatore non pertulit, aut tollentem digitum non vidit, sed ille magis liber, qui intra se liber est, qui legibus natura liber est. Ac paulo post non liberum solum esse decernit sapientem, sed etiam Dominum. Virum inquit ille liber tantummodo sibi videtur, an quidam censor, & præfectus? Vnde verè ait scriptura, quia pauperes diuitum præpositi erunt, & priuati administrantium. Ex hoc autem naturæ ipsius præscripto, & lege, aliæ, atque aliæ dispositiones fluunt.*

7. Primò, quidem inde fit, vt pater non semel seruum sapientem filijs ingenuis pædagogum præficiat vel magistrum, vt eidem ad nutum obsequantur. Hinc fortasse nata fabula Chironis Centauri, quem Achillis pædagogum, & magistrum fuisse tradit D. Gregor. Nazian. in oratione de laudibus Basilij. *Nec Thessalium, & montanum quoddam antrum, quasi virtutis scholam, & officinam iactans, nec arrogantem quemdam Centaurum Heroum sui temporis præceptorem, nec verò ab eo artem percepit, qua lepores sagittis configat, vel hinnulos cursu insequatur, vel ceruos venetur, vel in rebus bellicis excellat, vel feroces equos optime domet, eodem videlicet, & equo utens, & magistro, nec fabulosis leonum, ac ceruorum medullis nutritur.* Hactenus Nazianz. fabulam autem soluit Helias eiusdem scholiastes. Afferit. n. Chironem seruum fuisse industrium atque gnauum, cui pater Achillem edocendum tradidit, atque ob eam causam equina seruilem illius conditionem notabat, cui Achilles insidere. i. dominari dicebatur: reliqua verò hominis structura à pectore sursum versus, prudentiam, & industriam significabat, per quam Domino suo natura ipsa superior, Dominus, ac liber erat. Quod autem leonum, ac ceruorum medullis Achillem aluisse dicit, innuebat sane duas militaris disciplinæ præcipuas partes, quibus Chiron traditum sibi adolescentulum ad imperium informat, scilicet audaciam cum prudentia, & cautione coniunctam: nam leones audaciam, & fortitudinem, cerui cautionem optimè adumbrant; sunt enim animalia cum primis cauta, atque timida. Hinc ergo altera huius loci expositio fluit. *Seruus sapiens dominabitur filiis stultis. Quia scilicet pater filios suos ingenuos seruo*

sapienti, & industria informandos sæpe tradit, vt ad illius nutum sese componant, & illi per omnia obsequantur.

8

Alij rursus aliter exponunt, nimirum sæpe accidit vt verna ex seruili, & infima conditione natus, sapientia, & industria sua, deposita seruitute, eò dignitatis, & gloriæ prouehatur, vt præfideat, ac dominetur illis, qui ex ingenuis, ac liberis parentibus orti sunt. Quid certius? huins conuersionis meminit Ecclesiastes cap. 10. *Vidi seruos inequis, & Principes ambulantes super terram quasi seruos.*

Eccl. c. 10. num. 7.

Ad extremum alia subest interpretatio, quæ mihi aptior, & cum reliquo textu coherentior videtur. *Seruus sapiens dominabitur filijs stultis.* Apud veteres quidem non insolens fuit, vt serui, qui dominis suis obsequio, & prudentia placuerant, adoptarentur in filios, & ad hæreditatem cum eisdem capessendam vocarentur, quod etiam hodie apud nostrates non omnino abolitum est, cum constet nobilissimas quasdam Hispaniæ familias, cum legitimi hæredes virilis propaginis non suppetunt, seruum ex eisdem familiis optimè meritum ad hæreditatem capessendam vocare. Plato quidem docet seruitutem adoptione solui, dialogo. 4. de legibus, innuens quidem eam adoptionem solemnem esse. Et Plutarchus in Politicis docet libertos adoptari oportere, vt serui studiosi Dominis suis pareant. Hic mos apud Turcas hodie, vt autor est

Plato.

Plutarch.

Gregor.

Eccl. 7. n. 23.

Gregoras, celebratissimus est: apud Hebræos autem hanc seruos adoptandi cõsuetudinem viguisse nullus affirmat. Licet tamen hoc ex quibuldam scripturæ locis aucupari; Ecclesiastes 7. *Seruus sensatus sit tibi dilectus, quasi animatua, ne defraudes illum in libertate, neque inopem relinquant illum.* Suadet ergo Sapiens, vt seruus hæreditate simul, & libertate donetur, quod vnica adoptione perfici potuit. Ad hæc sunt etiam non obscuræ notæ auctores, qui docent Ieroboam Salomonis seruum ob strenuam illius fortitudinem ab eodem Salomone adoptatum; atque exinde illum regni capessendi ingentes spiritus sumpsisse. Si ergo præfata adoptio non fuit insolens apud Hebræos, verba Salomonis apte exponi possunt ad hunc modum; *Seruus sapiens dominabitur filijs stultis. Et inter fratres hæreditatem diuidet.* i. seruus, qui Domini gratiam obsequiis, & sapientia sua promeruit, ab illo quidem tandem adoptione honestabitur, ex quo fiet, vt deposita seruitute, *stultis filiis*, ob sapientiam, & industriam præsit, atque in hæreditatis paternæ societatem vocetur, æqualem cum filiis portionem ferens.

9

Beda.

Hugo.

Dionys.

Plures huius loci spirituales, & accommodatios sensus conflant Beda, Hugo, & Dionysius. Ad illos si vacat. Inter alios verò ille venustior est, qui nomine serui sensati populum accipit gentiliū, qui sapientia sua, & obsequio erga Deum ad eam dignitatem euectus est, vt filijs stultis, scilicet Hebræis, prælatus, eisdem imperauerit, atque paternam eorum hæreditatem, non modo adierit, sed etiam præstantissimam portionem abstulerit. Ex seruo enim hæres, ac filius per adoptionem factus est; teste Paulo, qui ad Rom. 9. sic scribit. *Non enim omnes, qui ex Israel sunt, is sunt Israelita, neque qui semen sunt Abraha, omnes filij, i. non qui filij carnis, hi sunt filij Dei, sed qui filij sunt promissionis estimantur in semine.* Filios autem promissionis vocat eos, qui ex seruis per adoptionem ad filiorum dignitatem asciti sūt. Ad hæc seruus iste sapiens, scilicet gentilis populus prædagogus, & magister Hebræorum nationi præfectus est, vt illi sanam, & vtilem doctrinam in-

Ad Rom.

9. num. 6.

A stillet: id nominis habet apud Clementem Alexandr. libr. 2. stromat. non longè à medio.

III. *Sicut igne probatur argentum, & aurum camino, ita corda probat Dominus.*

Sicut igne, &c. Hebr. *Conflatorium argenti, & caminus auro, & probans corda Dominus.* Chald. *Conflatorium purum est ad argentum, & caminus ad aurum, & Deus scrutatur corda.* Septuaginta. *Sicut probatur in camino aurum, & argentum, ita electa corda apud Dominum.* Cassi. coll. 7. ca. 25. *Ita electa corda Dominus.* Aquila. Symmach. & Theodot. *Et probans corda Dominus.*

B

Iustorum probatio, per quam Dominus eorum pietatem laboribus, atque doloribus explorat, passim in scriptura cum auri, argenti que probatione confertur. i. Petri. 1. *Vt probatio vestra fidei multo pretiosior auro inueniatur in laudem, &c. Ecclesi. 2. In igne probatur argentum, homines verò receptibiles in camino humiliationis.* Et Sap. 2. *Tamquam aurum in fornace electos probauit Dominus.* Et sæpè aliàs. Sententia igitur huius loci luculenta est: siue Deus cum igne ipso, qui argentum eliquat, & decoquit, conferatur (vt placet Iansenio) siue cum aurifice explorante (vt alij malunt) id enim leuissimum dissidium

C

est. Et quidem argentum aurumque cum in conflatorium mittitur, aut ex costis fæcibus depuratur, si videlicet fæces habeat; aut purum iam esse ostenditur, si omnino fæcibus careat. Igitur hic duplex conflationis effectus locum facit duplici interpretationi. Prima ad defæcationem pertinet hoc modo, *Sicut igne probatur argētum, & aurum camino, ita corda probat Dominus*, id est, quemadmodum aurifex aurum conflatione purum reddit, sic etiam Dominus corda excoquit, ac depurat laboribus, tribulationibus, &c. Hanc expositionem tradit Ambr. de mansionibus fil. Israël. vbi sic ait. *Tribulatio virtutis augmentum efficit, quatenus animatentationibus exercitata purior redditur; ideo Salomon in prouerbis docet. Sicut probatur, &c. Conflatoris vtique munus Hieremiæ à se traditum Dominus affirmat cap. 6. ad populi sui sordes consumendas. Vbi conflationis per agendæ artem omnem luculenter complexus est. Probatores dedite in populo meo robustum, &c. & infra. Defecit sufflatorium, in igne consumptum est plumbum, frustra confluauit conflator, malitiæ enim eorum non sunt consumpta, argentum reprobum vocate eos. Sane plumbum admiscetur in conflatione argēti, vt hoc minori detrimento confectur: Nam ne ignis argentum excoquens aliquid etiam vi sua de ipsius argenti pondere detrahat, plumbum additur, quod dum igni consumitur argentum omnis detrimenti expers euadit. Ergo sicut igne probatur argentum, &c. ita corda probat Dominus.*

D

Vox illa sicut, omnimodam similitudinem exprimit. Conflator vtique Deus ipse est. Ignis autem tribulatio, & tentatio, sufflatorium diaboli instigantis, & stimulantis afflatus, qui tentationis ignem sapius repetitis flatibus accendit. Ergo, vt cor, argenti ad instar sine detrimento aliquo depuretur, plumbo opus est, atqui plumbum, quod maximè graue est, & præter aliorum metallorum morem terræ infossum crescit; nouissimæ mortis memoriam, & metum significare docet Cyril.

E

10. i. Petri. 1. Ecclesi. 2. Sap. 2. Ambros. Hierem. 6. Cyrillus.

- Alexand.* Alexand. in Thesauo. Ergo plumbum istud ad A pe enim accidit, vt Deus hominem in labores, molestias, & tribulationes quasi in ignem conijciat, & animum eius à quibusdam infimis rebus minime malis, aut turpibus secernit, vt ad meliora traducat, nimirum vt statum etiam bonum in meliorem commutet, vt sollicitudinem augendæ rei deponat, vt amorem in quibusdam creaturis haud male collocatum, in Deum transferat, & ob alias similes causas: his enim rebus fordescit verè animus, non quia impura, & immunda sunt ex genere suo, sed quia infimæ, vt ait August. Denique nouam etiam, & nostris sæculis solemnem auri, & argenti expurgandi rationem, quæ viui argenti beneficio perficitur, ad animi purificationem adumbrandam, noui etiam, sed locupletes autores transferunt ad hunc modum. Viuum argentum quod reliqua metalla grauitate superat, & omnibus subesse solet, adeo vt ferrum, plumbum, & si quod grauius est aliud, eidem innatare soleant, humilitatem, seu humiliationem à Deo immittam significare affirmant. Atque sic Addunt: Quemadmodum argentum viuum in fordescentis argenti massam iniectum illud ab omni face secernit, nam quodam naturali studio complexum, eiecit sordibus purum, mundumque ad ima pondere suo demittit. Sic etiam humiliatio à Deo optimo maximo immissa animum expurgat, illum enim omni face deposita purum similiter, ac mundum ad ima suæ grauitatis deiecit. Rursum alium legi, qui ex aduerso superbiam, & omnem humani cordis elationem in argento viuo contemplatus est, ita enim est huius metalli, vel potius terrestris ludoris natura, vt cum ex se grauissimus sit, tamen exiguo calore in fumos extenuatus sursum ascendat, & paulopost ad semetipsum rediens pari velocitate ad ima recidat: atque adeo humanæ elationis naturam optimè exprimit. Quid enim humana conditione grauius, atque demissius? hæc tamen sæpius concepta superbia in fumos abit, sed paulopost ad semetipsam redire, ac deorsum recidere cogitur. Quorsum ista? subiicio, sicut viuum argentum, vt nuper obseruauimus ex quodam naturali studio, aurum arctissime complectitur, ita etiam animum eius, qui iustitiam, & virtutem colit, persæpe inanis quædam gloriatio, & venditatio ambire solet. Quid certius? Ergo quemadmodum viui argenti, & auri societatem ignis soluit, ita vt viuo argento efflato aurum purum, & mundum maneat, sic etiam tribulatio, & humiliatio à Deo immissa animi elationem difflat, & purum ab omni superbia, & inani gloria spiritum, auro ipso splendidiorem reddit. *igne enim probatur* (vel *argenteum: homines autem Deo acceptabiles in camino humiliationis.* *Eccles. 3.*
- August.* August. in Psal. 61. sic habet. *Nunquid licet aurum in fornace aurificis, in molili lucebit? patietur ergo fornacem, vt purgatum à sordibus veniat ad lucem, Fornax ista, ibi palea, ibi aurum, ibi ignis: ad hanc stat aurifex, in fornace ardet palea, & purgatur aurum, ibi in cineres vertitur: & à sordibus illud exiit, Fornax mundus, palea iniqui, aurum iusti, ignis tribulatio, aurifex Deus; quod vult aurifex facio: vbi me ponit tolero. Tuleor ego tolerare, nouit ille purgare, ardeat licet palea ad incendendum me, illa in cinerem vertitur, ego sordibus careo.* Chrysof. Homil. 14. variis in Mathæum locis. *Sicut enim aurum in camino non leditur, sic stabilem animam tribulatio non ledit. Quid operatur caminus? aurum mundat: quid operatur tribulatio? tolerantiam, amplioreque patientiam: abscindit enim dissidium, & coadunat animam, & sobriorem reddit.* Et rursus in Homilia quarta ad populum Antiochen. mensuram, qua Deus tribulationibus temperat, ab eadem conflationis similitudine petit Chrysofomus. *Potest, inquit, Deus omnia graua hodie soluere, sed donec nos purgatos videat, donec videat factam conuersionem, & penitentiam firmam, & inconcussam, non dissoluit, tribulationem. Etenim aurifex donec aurum bene purgatum videt, de conflatario non extrahit, sic, & Deus non abducit tribulationem, donec nos penitusemendauerit.* Ad hæc Cyprianus, De laude martyrii, animi purgationem ad eam conflationem refert, quæ fit tunc primum, cum aurum ex vena sua rude, terra, vel arena permixtum trahitur. *Aurum, inquit, cum relucens terris tremula videris splendere sub lamina, & in liquidum flammis torrentibus resolui. (Nam, & artificis gratia sic fere est.) Caminis quoties anhelantibus astuans ignis euomitur, aditu terrestri, canali angusto, diues flamma eligitur, & resluentibus glebis arena retinetur. Vnde necesse est vniuersa sufferre, quo possimus omni scelere carere. Quid plura? Cassianus alio schemate docet, De sanctissimos viros in hac vita tribulationibus excoquere, vt igni purgatorio creptos in cælum puros transmittat. Nam in collatione 7. cap. 25. sic scribit: *Viros sanctissimos magnis infirmitatibus traditos nouimus, pro leuissimis quibusque delictis: cum in illis, ne tenuissimum quidem neuum in die iudicij inueniri patiatur diuina clementia, omnem cordis eorum scoriæ excoquens in presenti ut eos tamquam aurum, vel argentum ignitum ad illam perpetuiter nulla indigentes pœnali purgatione transmittat.* Item D. Augu. omnimodam puritatem consulens, etiam aliqua, quæ ex se mala non sunt, tamen hominem meliorem, ac perfectiorem esse non sinunt, tribulationis igne separari, & purgari oportere affirmat. *Sic etiam, inquit, de puro argento sordidatur aurum, si admiscetur illi, fordescit enim aliquid cum inferiori miscetur natura, quamuis in suo genere non sordida. Sic animus noster quibusdam fordescit, quæ etsi ex suo genere munda sint, tamen inferiora sunt, atque in his etiam expurgandis igne opus est.* Sæ-*
- Tom. 2.*
- Iansen.* Iansen. Rodolph. *Sicut igne probatur argentum, & aurum camino, ita corda probat Dominus.* Nimirum quemadmodum aurifex aurum, vel argentum conflat, vt perfectionem, ac numeros illius exploret: sic etiam Deus iustos tribulationibus exercet, vt fortitudinem eorum, & patientiam probet. De isto probationis genere capienda sunt illa verba. Psal. 16. *Probasti cor meum, & visitasti nocte, igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas.* Nec non illa Iacob. 1. *Scientes quod probatio fidei*

uestra patientiam operatur, patientia verò opus perfectum habet, ut sitis perfecti, & integri in nullo deficientes. Vtriusque autem loci germanum sensum, & modum, quo isthæc auri & argenti probatio conflatione, & libra fieri solet, pete ex his, quæ diximus superiori capitulo vers. 11. Hanc conflationis similitudinem passim vsurpant Patres ad significandum modum, quo Deus iustos tribulationibus explorat: sed quia omnium vna sententia est, eorum testimoniis superfedendum duxi. Illud tantummodo reliquum est, vt explicemus, qua ratione Deus dicatur explorare & probare laboribus iustorum constantiam & virtutem, cum eidem penitus comperta & explorata sit, antequam probetur, aut exerceatur. Hanc questionem disceptarunt sæpe antiqui Patres: ex quibus triplex omnino sensus eruitur. Alii, qui enim ita docent, Deum quidem iustos tribulationibus exercere & probare, non quidem vt ipse illos agnoscat, cui alias cogniti, & perspecti sunt, sed vt aliis eorum virtus & pietas innotescat, ac per illos ipsi virtuti, & honestati splendor, & autoritas concilietur, sic Augustin. passim, Chrysostomus, Ambrosius, & Bernardus. Alij rursus hanc probationem iustorum non quidem eò referunt vt à Deo, vel ab alijs eorum virtus deprehendatur, sed vt ipsimet sibi satis cogniti, & perspecti sint. Si n. tribulatio illos deiicit, humilitatis segetem demerunt, dum suæ conditionis infirmitatem norunt: sin verò in tribulatione subeunda fortes, & strenui sunt, quantum diuino auxilio fulti possint, experimento deprehendentes ad maiora, vel patranda, vel subeunda semetipsum acuunt, sic Hieronymus, & Magnus Gregorius. Ad extremum Diuus Isidorus acutam atulit rationem, propter quam Deus iustos suos tribulationibus & passionibus probare dicitur: ita nimirum vt perinde sit probare, atque experiri. Hoc sensu Christum Dominum sapientia, & rerum cognitione profecisse affirmat Lucas, & Paulus item asserit eundem ex his, quæ passus est, obedientiam didicisse, non equidem, quia aliquid denuo, aut didicerit, aut cognouerit, sed quia hæc, quæ didicisse dicitur, experientia ipsa probauit, & contrectauit. Itaque rerum experimentum tantumdem valuit, vt quæ iam inde ab instanti suæ conceptionis Christus nouerat, eadem didicisse, & quasi denuo cognouisse diceretur, tunc demum, cum eorum periculum fecit: idem ergo de Deo iudicium ferendum esse docet Isidorus, vt illum probare, examinare, & quasi denuo cognoscere iustorum virtutem, & constantiam affirmare liceat ex eo, quod ipsum tribulationibus explorat, & experitur: nam eam quam prius speculatiuè, vt ita dicam, nouerat, practica & experimentalis cognitione deprehendit. Pergo ad alia.

August.
Chrysost.
Ambros.
Bernard.

Hieronym.
Greg. M. sg.
Isidor.

IV. *Malus obedit lingue iniquæ, & fallax obtemperat labijs mendacibus.*

14.

Heb. *Malus attendens super labia iniquitatis, & falsitas auscultans super labia prauitatum.* Chald. *Vir malus auscultat labia iniqua, falsitas, & accusatio in lingua peruer-*

A *sa.* Septuaginta. *Malus obedit lingue iniquorum, iustus autem non intendit labijs mendacibus.* Caietanus, & *fallax auscultat verba fractionum.* Aliqui etiam ex Hebræis, vt locum istum cum superiori necitant, sic legendum putant. *Malum attendens lingue iniqua, & falsitatem audiens lingue praua.* Nimirum Deus, ipse, qui quemadmodum aurifex verum, & adulterinum aurum conflatione discernit, sic etiam simplicia, & versuta corda astinationis suæ certa cognitione distinguit. Deus inquam ipse malum audit lingue iniquæ, & fallaciam lingue prauæ: nam cordis arcanum propositum cum verbis conferens, lingue malitiam, & fallacias certissimè deprehendit, sed tamen cum hæc interpretatio à vulgata nostra lectione omnino abhorreat, minime audienda est.

Ergo in nostra lectione persistendo, verba illa, *obedit, & obtemperat*, si ad origines reuocentur, idem sunt, quod *audit, &, auscultat*, sensum reddent valde luculentum. Scilicet quilibet iniquus pro ingenio suo libenter audit iniqua, & fidem habet mendacibus. *Malus obedit lingue iniqua.* Sed tamen vide, an per malum & fallacem is potissimum intelligi debeat, qui erga alium meueuolè affectus est: hic enim libentissimè accipit, quidquid lingua iniqua detractoris pronunciat. Hoc sensu locum istum donauit Diuus Cyprianus Epistol. 69. ad Florentinum Pupianum, vbi sic scribit. *Incidisti, sed tua credulitate inreligiosa, incidisti, sed tua mente, & voluntate sacrilega, dum incesta, dum impia, dum nefanda contra fratrem, contra sacerdotem facile audis, libenter credis, & aliena mendacia quasi propria, & priuata defendis: nec recorderis scriptum esse: Malus obedit lingue iniquorum, iustus autem non intendit labijs mendacibus.* Ad hanc sententiam pertinet id, quod dixit Gregorius Nazianz. Oratione 14. de pace, *Comedia (inquit) est hostibus mea tragedia.* quasi dicat aduersos meos casus ita grate, & iucundè accipiunt hostes mei, quasi iocosam, & plenam voluptatis comediam apsculent. Et cum finis meus more tragediæ infelicissimus sit, ipsi quidem more comediæ felicem esse rentur: nam felicitàti deputant, quod non plura ab ipsis mala pertulerim. Rursus eleganter Diuus Antiochus Homil. 26. Verba detractorum cum Manna illo, quod olim calitus depluit, conferenda esse dixit. Nam quemadmodum Manna eum cuiuslibet saporem offerebat, quem quisque maluisset, & pro sumentium arbitrio nunc dulcis, nunc acidus erat: consimili quadam ratione verba detractorum auditoris voluntas dulcia reddit, vel acria: si enim voluntas erga aliquem malè affecta est, volupis est detractio, sin beneuola sit, atque amica, agrè, & permolestè accipitur quidquid obloquutor spargit. Quod autem ait, *malus audit, &c.* aptè quidem dicit. Nam vt docet Galenus de alimentorum facultatibus, in moribus sæpius accidit vt salubria, & boni succi alimenta displiceant, & tædio sint, & nociua iucundè sumantur: ergo detractio nem, quia nihil est deterius, atque nocentius, iucundè, & cum voluptate excipere, ægritudo animi, odium, aut labor est: rectè ergo Salomon, *Malus obaudit linguam iniquitatis.*

C *sed tua credulitate inreligiosa, incidisti, sed tua mente, & voluntate sacrilega, dum incesta, dum impia, dum nefanda contra fratrem, contra sacerdotem facile audis, libenter credis, & aliena mendacia quasi propria, & priuata defendis: nec recorderis scriptum esse: Malus obedit lingue iniquorum, iustus autem non intendit labijs mendacibus.* Ad hanc sententiam pertinet id, quod dixit Gregorius Nazianz. Oratione 14. de pace, *Comedia (inquit) est hostibus mea tragedia.* quasi dicat aduersos meos casus ita grate, & iucundè accipiunt hostes mei, quasi iocosam, & plenam voluptatis comediam apsculent. Et cum finis meus more tragediæ infelicissimus sit, ipsi quidem more comediæ felicem esse rentur: nam felicitàti deputant, quod non plura ab ipsis mala pertulerim. Rursus eleganter Diuus Antiochus Homil. 26. Verba detractorum cum Manna illo, quod olim calitus depluit, conferenda esse dixit. Nam quemadmodum Manna eum cuiuslibet saporem offerebat, quem quisque maluisset, & pro sumentium arbitrio nunc dulcis, nunc acidus erat: consimili quadam ratione verba detractorum auditoris voluntas dulcia reddit, vel acria: si enim voluntas erga aliquem malè affecta est, volupis est detractio, sin beneuola sit, atque amica, agrè, & permolestè accipitur quidquid obloquutor spargit. Quod autem ait, *malus audit, &c.* aptè quidem dicit. Nam vt docet Galenus de alimentorum facultatibus, in moribus sæpius accidit vt salubria, & boni succi alimenta displiceant, & tædio sint, & nociua iucundè sumantur: ergo detractio nem, quia nihil est deterius, atque nocentius, iucundè, & cum voluptate excipere, ægritudo animi, odium, aut labor est: rectè ergo Salomon, *Malus obaudit linguam iniquitatis.*

Quod si verba illa *obedit, & obtemperat* vt sonant, accipiantur, ad similem sensum allicienda sunt, hoc modo. *Malus obedit lingue iniqua.* i. homini prauo, & iniusto, scilicet detractori,

15.

Cyprian.

Nazianz.

Antioch.

Galen.

16.

& fufurrioni aquiefcit ille, qui fimili vitio ob-
 ftrictus eft, & fallax fimiliter fallaci. Itaque ait,
 detractor detrahenti annuit, & illius dicta con-
 firmat, & mentiens item mentienti, & illius
 mandacia comprobatur. Nimirum ficut lyræ,
 aut cytharæ fimiles, & fimili modo temperatæ,
 & modulatæ inuicem fibi respondent, adeo vt
 vna pulfata alteram per quandam fymphathiam,
 & obfequentiam, ex aduerfo accinere, & fi-
 militer fonare compertum fit: fic etiam mali,
 & fallaces mutuo fibi acquiefcunt accinunt-
 que, & coherentes inuicem in eadem verba
 confpirant.

17.

Sed licet præmiſſæ interpretationes fatiſ ap-
 poſitæ mihi videantur, tamen aliam ſubiiciam,
 quæ in vtramque lectionem aptius cadit, hoc
 modo. *Malus obedit lingua iniqua, & fallax
 obtemperat labiis mendacibus*: oftendit quidem
 Salomon qua ratione Deus in malos, atque
 fallaces animaduertere ſoleat. Nam quo par
 pari referat ſic ſtatuit, vt malus, qui in alios
 iniurius eſt, malæ linguæ ſubdatur, & fallax
 item, qui aliis impoſturam facit, fallaci adiudi-
 cetur linguæ, vt ab illa decipiarur. Id ſibi vo-
 lunt illa verba, *obedit, obtemperat* .i. ſubditur,
 vel ſubiicitur: & eadem ratio eſt de verbis *au-
 dit, & auſcultat*. Significant enim illum, qui in-
 iuriis, atque probris proximum petit, iniquam,
 & petulantem linguam auditorum, quæ conui-
 tia in conſimilia intorquet, nec non illum qui
 alios decipit, aut fidem fallit, linguæ cuiſpiam
 ad decipiendum eruditæ aures præbiturum, quæ
 fimiles dolos illi inſtruat. Eſt enim perquam
 familiare Salomoni in hoc libro criminibus ta-
 lionem minari, & quidem verba iſthæc tam
 contumelioſa, quàm fallacia (liceat ſic dicere)
 ſemper reddunt echo, nimirum fractæ, ac re-
 percuffæ ad eum redeunt, qui illa emiſit. Sic
 accipio illam Caietani lectionem initio adſcri-
 ptam. *Et fallax auſcultat labia fractionum*, ni-
 mirum labia, in quibus velut in ſcopulis qui-
 buſdam fracta vox ad illum recurrit, qui prius
 illam intorſit. Audi Baſilium in Homilia de ira.
Non enim, inquit, *ſic Echo in ipſos clamantes
 intempèſtiuè infringitur, ſicut in hominem iniu-
 ſtum & contumelioſum contumelia reuertitur*:
 quid illuſtrius?

Baſil.

*V. Qui deſpicit pauperem exprobrat factori
 eius, & qui letatur de ruina alterius, non
 erit impunitus.*

18

Huius quidè Carminis prius hemiſtichium
 occurrit ſuprà cap. 14. verſ. 31. vbi fatiſ
 longo commentario donauimus. Poſterius ve-
 rò valde perſpicuum eſt. *Et qui letatur de ruina
 alterius, &c.* Heb. *Gaudens in contritione non
 erit impunitus*. Chald. *Et qui letatur in interitu ſo-
 cij ſui, non erit impunitus*. Sept. Sententiã integram
 acceſſione oppoſitæ ſententiæ de more ſuo illu-
 ſtrarunt. *Qui irridet inopem, irridet eum, qui fecit
 illum, qui autem letatur perire, non erit innocens*:
 ille autem, cuius viſcera commouentur, miſericor-
 diam conſequetur. Interpres D. Antiochi Pan-
 dectar. Homil. 58. ſic extulit. *Et qui inſultat
 perirenti non erit innocens*. Vtique innocens ſumi-
 tur pro impuni, vt iam inde alibi non ſemel do-
 Itaque ſententia eſt luculenta, *Qui letatur de
 ruina alterius, non erit impunitus*. Nimirum qui

Interp.

19.

Tom. 2.

proximo ſuo ruente, & aduerſi aliquid tolerante
 gaudet, non erit ſupplicij expertus. Hiſ verbis
 (ni fallor) talionis quoque pœnam intendit Sa-
 lomon, ſicut in ſuperiori, vt ſenſus ſit. Qui de
 proximi ruina letatur, ipſo etiam, ruente, alij
 geſtiant. Sic exponit S. Antiochus. Nam *Antioch.*
 poſt illa verba ſic aſſuit. *Ne igitur dilectiſſimi
 committamus, vt aliquando inſultemus proximo-
 rum malis, ne nos in eaſdem ſinat Dei providentia
 ſemel, & iterum deuoluat calamitates*. Alia etiam
 ipſius Antiochi verba libet attexere, quibus ſen-
 tentiam iſtam illuſtrat. *Etenim ſi pes*, inquit,
forte illiſit, aut labatur, num inſultabit manus?
ſane res hæc in diuerſum abit, nam olei inſuſione,
*aut emplaſtro pedi medetur, ſi quidem vnum cor-
 pus ſumus: nihil minus conſentaneam rationi ſit,
 quàm vnum aliquod Corporis membrum, quod
 nonnihil afflicteretur habere deriſui, ac proinde ei-
 dem inſultare, potius enim conueniebat miſereri
 afflicto, & pio compaſſionis affectu indoleſcere, ac
 congemifcere. Caterum hac de re iterum redibit
 ſermo infra cap. 24. verſ. 17. Cum ceciderit ini-
 micus tuus, ne gaudeas, &c.*

*VI. Corona ſenium filij filiorum, & gloria
 filiorum Patres eorum.*

Corona ſenium, &c. Hebræa non diſſonant.
 Chald. *& pulchritudo filiorum patres eorum*.
 Septuaginta etiam concinunt omnino cum
 noſtra.

20.

Sententia verborum perſpicua eſt. *Corona ſe-
 num filij filiorum*. id eſt magnopere exornat ſe-
 nes grandæuos, non filios ſolum, ſed etiam
 nepotes & pronepotes numerare: nam filio-
 rum, & nepotum gloria ad auos, & atavos
 redit, & viciffim gloria filiorum Patres eorum.
 .i. parentum ſtemmata, & decora ad filios defe-
 runtur. Sed quorſum hæc Salomon. Hebræi
 putant ſuaderi parentibus, vt generandis liberis
 ſtudioſius, & maturius vacent, vt liceat illis fi-
 lios filiorum attingere, hoc .n. decorum valde,
 atque fortunatum putant. Hæc tamen interpre-
 tatio Rabinica eſt, & tota ad veteris teſtamenti
 tempus ſpectat, in quo fecunditas ſummæ glo-
 riæ, & ſterilitas immenſo dedecori ducebatur.
 Ergo alij parentibus præcipi exiſtimant, vt fi-
 lios ſuos ad pietatem, & honeſtatem inſormet:
 quia nimirum honeſti filiorum mores parentes
 imprimis ornant. Nam cum filij ex parentibus
 mores, & ingenium haurire credantur, vti que
 filij probi paternæ probitatis locupletiffimum
 teſtimonium reddent. iuxta illud Poëtæ.

*Fortes creantur fortibus, & bonis:
 Eſt in iuuenis, eſt in equis, patrum
 Virtus, nec imbellem feroces
 Progenerant aquila columbam.*

Horat.

Plato autem filium degenerem, qui parentis ſui
 mores non refert, monſtro, & portento ſimilem
 eſſe paſſim dicit. Cui accinit etiam Chryſoſto-
 mus Hom. 45. in Mathæum, vbi ſic ſcribit. *Vt
 regula eſt humana natura, vt omnis homo naſca-
 tur duos oculos habens, & quinos digitos, aliquan-
 do autem præter naturæ ordinem naſcitur homo,
 aut ſex digitos habens, aut oculos omnino non ha-
 bens: ſic & homo extra regulam naturæ raro ſe
 procedit, vt diſſimilis naſcatur filius parentibus*.
 Tum etiam quia omnes piæ filiorum actiones,
 & recta geſta parentibus tribuuntur, quod ele-

Plato.

Chryſoſt.

A iiii

Hierocl.

ganti similitudine expressit Hierocles apud Stobaeum. sermon. 77. *Quemadmodum* (inquit) *Phidias aut aliorum artificum statua, si ipsa rursus aliquid agerent id quoque opus non dubitarem tribuere artificibus. Eodem modo actiones etiam nostrae parentum nostrorum opera esse dicemus, per quos nos nati sumus.*

21.

Rursus alij existimant Salomonem his verbis exprimere quid praemij ac mercedis parentes pro recte gestis percipere soleant, hoc modo. *Corona senum filij filiorum.* Nimirum praemium, ac merces eorum, qui ad senectutem vsque sancte vixerunt, haec est, vt filiorum filios attingant. D. Ambros. in cap. 1. Lucae. *Diuinum munus fecunditas est parentis: agant itaque patres gratias, quia generauerunt: filij, quia generati sunt: matres, quia coniugii praemiis honorantur, stipendia enim militiae sua filij sunt.* Adde etiam, Victoriarum coronae. Posterior vero clausula ad hunc sensum sic accersenda est. *Et gloria filiorum patres eorum.* i. filijs etiam propter bene ac pie actam vitam id retribui solet, vt multo tempore superstites habeant parentes, quod quidem summæ fortunæ ducit Plato dialogo 3. de legibus.

Plato.

Ad haec aliò quidem Salomonis verba derivari, & inuerti possunt, scilicet vt suadeat parentibus filios suos nutrire, donec adolescant, & vicissim filijs parentes alere cum consenuerint, hoc modo. *Corona senum filij filiorum.* i. propterea senes filijs nutriendis curam magnam impendere, & eorum vitæ tuendæ sedulo prospicere debent, quia maximum ornamentum senectutis est filios multos, & nepotes habere: *Gloria filiorum patres eorum.* Nimirum filij etiam capropter parentes suos, cum ad multam senectam deuenierint, alere, & vitam eorum tueri debent, quia gloriosum valde filijs est parentes superstites habere. Primo, quia longior parentum vita praclarum documentum est pietatis filiorum erga illos: ex hoc argumento dixit Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum, Nestorem per ἀντιπελάργου tot saecula vixisse. Est autem antipelargosis, liceat sic dicere, *reiconiatio.* Quod quidem perinde est ac si dixisset: Senem illum celebratissimum propterea vitam tot atatibus produxisse, quia filios, & nepotes pios sortitus est, qui illum iam senem, & viribus effatum more ciconiarum aluerunt. Nota est ciconiarum erga parentes suos pietas, vide Ambrosium libro 5. Hexamer. cap. 16. & Basil. hom. 7. eodem titulo, vbi vterque ἀντιπελάργου meminit. Item sicut nihil est, quod parentibus celerius mortem afferre soleat, quam susceptæ de filiorum petulantia, & proteruitate molestiæ, ita nihil est quod eorundem vitam senecta longiori coronet, quam obsequium, & morum facilitas, qua se parentibus morigeros filij praebent. Quapropter D. Ambros. tradit Adamum, qui nongentesimum annum superauit, diutius sane victurum, nisi ob Caini parricidium, & implacabiles mores, aliorumque nepotum impietatem susceptæ molestiæ, & tædia illi aliquot vitæ saecula praecidissent. Itaq; longior parentum vita filijs gloriam eo etiam nomine affert, quia ipsorum erga parentes obsequentes, & faciles mores oprime prodit.

Ambros.

22.

Denique ad aliud documentum Salomonis verba flectere licet, nimirum vt suadeat in vniuersum filijs, & nepotibus bene agere, & generose conuersari, quo scilicet eorum gloria ad

A. parentes redeat, & rursus parentibus honeste viuere: quia eorum ornamenta, & stemmata vicissim ad filios descendunt. Itaque propterea utrosque, parentes videlicet, ac filios, honestos, & generosos mores colere praecipit, quia non solum de ipsorum agitur gloria, vel dedecore, sed gloria, vel dedecus parentum in filijs, & filiorum in parentibus sita sunt. Ex omnibus autem praemissis documentis hoc mihi videtur appositius, & ad mentem Salomonis accommodatius.

At quæres cur parentibus Salomon coronam dedit, filijs vero gloriam, & decus? Respondeo Sapientem, dum parentibus coronam tribuit, eorundem potestatem & auctoritatem in filios praclare ostendere, vt sensus sit: Filij coronam suis genitoribus imponunt, quia susceptis liberis ius, & quandam veluti regiam potestatem in liberos nanciscuntur. Arist. lib. 8. Ethic. ca. 10.

B. *Societas* (inquit) *Patris ad filios regni praeseferit effigiem, nati namque patris sunt cura.* Hinc & Homerus, Iouem patrem appellat, & cap. 11. docet, *Ius parentum in filios esse regium.* Ex quo fit patres hac potestate abuti, quoties in filios, velut in seruos, & mancipia seruiunt. Nam quemadmodum Rex in subditos, quasi in liberos & ingenuos liberale imperium habet, sic item parens in suos liberos. Vnde Aristoteles in Persas inuehitur his verbis. *Patrum apud Persas imperium tyrannicum est, suis enim liberis utuntur ut seruis.* Itaque vtrumque patris, atque Regis imperium, si iniustum sit, tyrannis appellatur: quia nimirum vtrumque regium est. Ergo Salomon, vt patriæ potestatis in filios praestitiam & mensuram obiter assignaret, parētibus coronam dedit, filijs autem gloriam. Cur vero tantopere filiorum, atque parentum gloriam, vel dedecus ex se inuicem pendere homines semper voluerint? quod attinet quidem ad Patres, Ambros. in capit. 1. Lucae. quod vero spectat ad liberos Imperatores Arcadius, & Honorius rationem optimam tradiderunt in leg. quisquis, titulo 8. ad legem Iul. Cod. li. 9. Ergo Ambrosius propterea ex filijs ad parentes gloriam, aut dedecur emeare docet, quia filij ex parentibus mores suos ingenuos, & honestos, vel turpes, & degeneres haulisse, & expressisse censentur: & sane nobilitatem, & gloriam a filijs ad parentes ascendere nos quidem supra docuimus cap. 8. ver. 10. Augusti vero cum parentum in filios labes descendant, paucis verbis imperatoria maiestate dignis complexi sunt. *Filij inquit eius (qui maiestatis laeta reus euincitur) quibus vita, imperatoria specialiter lenitate concedimus (paterno enim deberent perire supplicio, in quibus paterni, hoc est, hereditarij criminis exempla metuuntur) à materna, vel aucta hereditate, vel successione habeantur alieni, de testamentis extraneorum nihil capiant, sint perpetuo egestes, & pauperes, infamia eos paterna semper comitetur, ad nullos prorsus horis, ad nulla sacramenta perueniant, sint postremo tales, vt his perpetua egestate sordentibus, sit & mors solatium, & vita supplicium:* haec ille.

C. Eadem vero de gloriae propagatione ratio est, quia nimirum filij praestantissimorum parentum eorundem stemmata capere aequum est: quia ab illis paternæ, hoc est, hereditariæ virtutis exempla certissima expectatione praesumuntur. Ergo Salomon, quia gloria parentum, & filiorum tantopere ex se inuicem dependet, suadet quidem vtrisque recte agere, vt patres liberis suis splendorem afferant, & filij rursus ac-

D. *Ambros. Arcad. Honor.*

E.

ceptum splendorem in parentes suos, velut ex A
quadam reciprocatione refundant.

V I. *Eius, qui fidelis est, totus mundus illius
autem, qui infidelis est, neque obolus.*

HÆC quidem verba desiderantur in no-
stra Vulgata, & in primitiuis Hebraicis,
exhibentur verò in textu Græco, atque eorum
meminerunt Ambros. de vita Abraham libro 2.
ca. 7. & Hieron. ad Paul. Epist. 103. & in cap. 45.
Ezechiel.

Sententia igitur huius loci eloquentissimè, vt B
assolet, expendit Ambrosius in eo loco: præ-
mittere autem oportet vocem *κόσμος*, Latine
mundus, totam rerum vniuersitatem notare, sed
tamen peculiari vsu ad ingentem aliquam co-
piam significandam ascisci. Iacob. 3. *lingua di-
citur vniuersitas iniquitatis*, Græcè *κόσμος*. i. in-
gens iniquitatum cumulus, vulgo etiam dicitur
Pedro *siene vn mundo de haenda*. i. fortuna-
rum ingentem viam obtinet. Obolus autem,
autore Hieronymo, vicefima est sici pars,
minima scilicet illius portio. De quo accipi vult
illa Saluatoris verba Matth. 5. *Non egredietur,
donec reddat nouissimum quadrantem*. Ergo si
Ambrosium consulamus, putat quidem sanctus
doctor his verbis exprimi vetus illud Stoicorum
proloquium. *Sapientis sunt omnia*. Imo Stoicos
ex hoc loco illud decerpisse affirmat. Quanto,
inquit, prior Salomon quam Zeno Stoicorum ma-
gister, atque autor secta ipsius? quanto prior,
quam ipse Philosophia pater Plato? Quis autem
sapiens nisi fidelis? Sin forte dicas quomodo sa-
pientis totus mundus est diuitiarum? Respondeo,
quoniam ipsa natura dat illi sortem omnium,
etiamsi ipse nihil possideat. Addit verò sortem
istam quæ omnia ditione sua complectitur, ip-
sissimam esse sapientiam, sic enim assuit. *Domina
est, & possessor omnium sapientia, quæ suam putat
naturæ munera, quoniam in usum hominum data
sunt, nec ullis indiget, etiamsi desint ei ad victum om-
nia. Nam si musicus organa, & medicus medica-
menta quæ necessaria sunt, & nauclerus quæ ad
nauem regendam instrumenta necessaria sunt, ali-
quando non habeat, habeat tamen eo ipso, quo possit
his uti, etiamsi ad tempus usus eorum non suppetat:
quanto magis sapiens suum indicat quidquid na-
tura est, qui viuere secundum naturam. Aduoca
mentem, vt Ambrosij verba obscura, & diffi-
cilem mentem calleas, Sapientia (inquit) omnia,
quæ natura edidit, sua ditione possidet, etiamsi ali-
quando ipsæ uti non liceat. Nam, inquit, orga-
na musica, etiamsi apud musicæ imperitum sunt,
ad musicum pertinent, & medicamenta etiamsi
apud medicæ artis ignarum sunt, spectant ad me-
dicum; & vtraque verius musici, & medici esse
dicuntur, quam eorum, apud quos sunt. Ratio
est in promptu, quia rei alicuius Dominus, &
possessor is demum esse dicitur, cui uti eadem re
aliquando licet, at verò musicæ ignarus organa
pullare non potest, nec medicæ imperitus medi-
camenta adhibere: medicus autem, & musicus
organis, ac medicamentis pro sua quisque fa-
cultate secundum artem uti possunt. Ad eun-
dem modum, inquit Ambrosius, Sapiens, qui se-
cundum naturam viuere nouit. i. qui rebus uti
nouit secundum rationem, & secundum leges,*

ac iura naturæ, omnium rerum, quas natura edi-
dit Dominus est, non is, qui habet, aut tenet, &
tamen illis secundum rectam rationem uti nescit.
Itaque diuitiæ, & facultates, quæ apud im-
probum sunt, magis ad sapientem, & probum
vitum, quam ad illum pertinent, adeò vt impro-
bus eorum, quæ habet, nec oboli quidem Do-
minus proprie sit, quia cum hæc bona externa
omnia instrumenta quadam pietatis, & hone-
statis sint, eorum esse dicuntur, qui illis recte, &
secundum artem uti sciunt; qui autem hunc
rectum usum ignorat, nihil eorum proprie ob-
tinere dicendus est. At, inquit, vir probus om-
nibus quidem recte uti nouit, non tamen sem-
per uti licet, quod ipsa domini ratio postulare
videbatur. Non ita, inquit Ambrosius; nani li-
cet musicus non possit aliquando uti organis,
quia nimirum vsus eorum aliqua ex causa im-
peditus est, nihilominus omnia organa ad ipsum
pertinere dicuntur. Pari etiam ratione, quanti-
uis sapienti, & probi viro rerum vsus aliquan-
do non permittatur, nihilominus hæc ipsius esse,
& ad ipsum proprie spectare iure naturali di-
cenda sunt. Itaque sicut nuper seruos quosdam
legales, ac naturales distingui posse docuimus,
ita etiam dominium in naturale, ac legale seu
ciuile partiri licet. Dicemus autem improbos
rerum naturalium ciuile, & improprium domi-
nium obtinere, naturale verò, & proprium
solis probis, atque sapientibus contingere.
Atque hoc demum sibi voluit Ambrosius,
cum dixit: *Quoniam ipsa natura dat illi
sortem omnium, etiamsi ipse nihil possideat*.
Hanc esse existimo sanctissimi doctoris ger-
manam mentem, qui hoc peculiariter in Abra-
ham adumbratum fuisse dicit, cum Genes. 13.
sic Deus ad ipsum postquam recessit à Lot.
*Respice oculis tuis, & vide à loco in quo nunc es, ad
Aphricum, & Aquilonem, & Orientem, & ma-
re, quia omnem terram, quam tu vides, tibi dabo
eam, & semini tuo in æternum*. Sic exiit hæc
verba Ambrosius, quæ statim ad hunc modum
expendit: *Hinc tanquam ex fonte hauserunt Sto-
ici Philosophi illius dogmatis sententiam, omnia
sapientis esse. Oriens enim, & Occidens, Septentrio,
& Meridies portiones sunt, vniuersitatis, his enim
totus mundus cõcluditur: hæc cum promisit Deus
se daturum Abraham, quid aliud declarat nisi
sapientis, ac fideli præsto omnia, deesse nihil. Vnde,
& Salomon in prouerbis ait, Eius, qui fidelis est,
totus mundus. Et post aliquod verborum inter-
stitium atexit: Denique Abraham quando ad-
hærebat ei Lot, hoc est deflexio morum, sortem tan-
tam, & tam amplam non acceperat. Vbi verò de-
flexionis ambiguo, atque anfractu absoluto rectas
virtutum semitas anima suæ gressibus cepit car-
pere, in omnem terram possessor mittitur. Ac rur-
sus: Ergo qui sapientiam meruerit, & non fuerit
ancilla filius, non peccati seruus, sed Sara illius
minime seruiens, sed principantis, filius bonæ stir-
pis, bonæ indolis, perfectæ titulo virtutis, heredita-
tem acquirat totius vniuersitatis, &c.*

Aliam huius loci expositionem offert nobis D.
Hieronymus loco citato, qui hoc mundi totius
dominium fideli, ac iusto propterea tribui putat,
quia omnia contemnit. Nam qui fortunas ma-
gni facit, eisdem quidem obseruit, atque obedit,
qui autem opes despicit, atque illas non querit,
is demum earum Dominus verè existit. Atque
in eum quadrat illa Pauli verba, *Quasi nihil ha-*

Iacob. 3.

Hieron.

Matth. 5.
Ambros.

Genes. 13.

D

E



2. Ad Cor. bentes, & omnia possidentes, 2. ad Corinth. 6. Ex-
 6. pendit autem D. Anselm. illud quasi, ac per illud
 significari vult eorum paupertatem, qui diuitias
 ex animo contemnunt non esse veram, sed existi-
 matam: nam re ipsa omnibus ditissimis ditio-
 res sunt; propterea, inquit, sublato quasi, addit,
 Chrysof. & omnia possidentes. Audi Chrysofom. in tract.
 morali super hæc verba, qui est appendix Hom.
 12. In hoc potissimum opes, & copia posita sunt, non
 ut quis diuitias habeat, sed ut ne habere quidem
 curet, id quod si adepti fuerimus diuitibus omnibus
 copiosiores erimus. Quod autem is, qui opes susci-
 pit, & auidè conquirat, ne obolum quidem pos-
 sideat, satis comprobatur, inquit Hieron. vulgare
 Hieron. illud prologium. *Avaro tam deest quod habet,*
quàm quod non habet: quod quidem non eo tan-
 tum verum est, quia auarus partis non vitur; sed
 etiam quia illis seruiliter addictus est, atq; adeo
 nullius rei dominus est. Nam qui eo animo erga
 pecunias affectus est, ut oboli vnus iacturam
 ægrè ferat, is ne oboli quidem Dominus est.
 Quapropter Chrysofomus præscripto loco,
 possessionis ac dominij mensuram in eo ponit,
 ut tantumdem quis facultatum, & non amplius
 obtinere dicendus sit, quantum sibi eripi vi, aut
 casu æquo animo tolerabit. Caterùm hac de re
 sæpè alibi diximus in hoc commentario.
 Addo etiam tertiam expositionem, in duabus
 enim præmissis illud desiderare mihi videor, ut
 vis illius prioris clausulæ, *Eius, qui fidelis est,* vel
 Hieron. *eius, qui credit,* ut legit Hieronymus, ad viuum
 refecetur. Existimo igitur hæc fidelem, & creden-
 tem eum appellari, qui spem suam in Deum cõ-
 tulit, atque diuitiarum, & facultatum cura, &
 sollicitudine deposita omnia necessaria à Deo se
 accepturum esse sperat: in hunc enim appositis-
 simè quadrant illa verba, *eius, qui credit, aut fide-
 lis est, totus mundus diuitiarum,* quia ut optimè
 August. D. August. ad illa verba, *lacta super Dominum*
curam tuam, & ipse te enutriet, illis, qui deposita
 terrestrium sollicitudine sese diuinæ prouidentia
 commiserant, vniuersas suas fortunas deuinxit
 Deus, ut omnia illis præsto sint, & nihil desit.
 Atqui fortunarum Dei quædam portio est mû-
 dus iste, & quidquid mundus ambitu coercet
 suo: merito ergo totum mundum in eorum opi-
 bus ponemus. Audio etiam dicere Deum opti-
 mum maximum mundi istius iacturam libentius
 facturum, quàm ut aliquid contra hanc seruo-
 rum suorum fiduciam committat. Facili autem
 negotio licet euincere, mundum, & cunctam
 vniuersitatem creaturarum illis mancipatam
 à Deo, cum exploratum sit, constantem mundi
 ordinem, ac leges ratas sæpissimè violari, ut his
 fidelibus semper suppetat necessaria: quod qui-
 dem toties accidit, quoties alicuius exhibitione
 miraculi præter naturæ leges illis opportuna
 ad victum, aut vestitum Deus administrat; ad-
 ministravit autem sæpè. Ad hæc Christus Do-
 minus Matt. (vbi suasit sollicitudinem omnem, &
 curam temporalium bonorum abiicere, & in
 Deum cõicere) Denique sic assuit: *Quærite pri-
 mum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia*
adijciuntur vobis. Expèdè illud, *hæc omnia:* innuit
 enim illi, qui spem suam in Deum contulit, non
 partem aliquam, sed omnia sine exceptione do-
 nari: quapropter mûdum vniuersum in fortunis
 illius esse haud immeritò affirmamus. Ex aduer-
 so autem eius, *qui infidelis est, neque obolus.* Nam
 qui spè suam non in Deo, sed in diuitiis suis, ac

A facultatibus ponit, nec oboli quidem Dominus
 est, quia Deus huiusmodi hominis bona ad obo-
 lum vsque exhaurire solet, & teterrimæ pauper-
 tati addicere. Psal. 51. *Propterea* (inquit Dauid) *Psalm. 51.*
*Deus destruet te, euellet te, & emigrabit te de taber-
 naculo tuo, & radicem tuam de terra vinentium.*
 Cur, scilicet, *videbunt iusti, & timebunt, & super*
eum ridebunt, & dicent, Ecce homo, qui non posuit
*Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitu-
 dine diuitiarum suarum.*

Ad extremum quartam expositionem licet conjice-
 re, quæ nescio an reliquis præferri debeat. Fide-
 lis hic appellatur, qui bona sua ex misericordia
 pauperibus distribuit, iuxta illud Matth. 24. *Fid-
 elis seruus, & prudens, quem constituit Dominus*
*super familiam suam, ut det illis in tempore tritici men-
 suram,* quibus eleemosynam suaderi docet Chryso-
 stomus. *Non enim,* inquit, *doctoribus tantum, sed di-
 uitis hac dicit,* quos suis facultatibus distri-
 buendis Dominus præficit, idè in his fidelitas
 spectatur. Ait ergo Salomon, *Eius, qui fidelis est,*
totus mundus diuitiarum. Nimirum ei, qui acceptas
 à Domino fortunas ex fidelitate distrahit, atque
 pauperibus impendit, totus mundus diuitiarum
 contingit, idè magnam diuitiarum vim nanciscit-
 ur. Hispanè diceremus. *Poscra un mundo de*
bienes entero, ut nuper animaduerti: *Eius autem,*
qui infidelis est, neque obolus. Nimirum qui fidem
 violarit, & acceptas pecunias, & fortunas, ex a-
 uaritia sordidè asseruarit, aut defoderit, in eas
 paupertatis angustias redigitur, ut ne obolus
 quidem illi suppetat. Quomodo autem miseri-
 cordia diuitias augeat, & cumulet, auaritia verò,
 & sordes imminuant, docuimus etiam sæpè sæ-
 pius in hoc commentario. Pergo ad alia.

VII. Non decent stultum verba composita
 nec principem labium mentiens.

N On decent stultum, &c. Hebr. *Non decorum*
stulto labium dignitatis, vel autoritatis. Etiam
quia Principi labium falsitatis. Pagn. habet: *Nō*
est decora stulto lingua excellentia. Caietan. *Non*
deceat stultum labium superfluitatis. Chald. *Non*
deceat insipientem labium excessiuum, neque Prin-
cipem labium mendacium. Septuaginta: *Non congruunt*
stulto labia fidelia, neque iusto labia mendacia.
 Symmachus: *Neque Principi.* &c. Hanc dissimi-
 litudinè lectionum peperit vox אֶתֶר *ather,* quæ si-
 gnificat excellentiam, autoritatem, nec non etiã id,
 quod residuum, superfluum, vel excessiuum est. Rur-
 sus pro *stulto* est נָבָל *Nabal.* Quia verò *Nabal,*
 ille Carmeli incolæ, nō stultus modò, sed etiam
 auarus extitit, propterea ex Rabinis aliqui auarum
 hic couertendum putant. Itè pro *Principe* est, נָדִיב
Nadib. quæ vox liberalè sonat. Ergo Rabini sic
 exponunt, & legunt: *Avaro non conuenit labium ex-*
cessiuum, Nec liberali labium mentiens. Quæ verba non
 tam significare existimant hæc auaro, & liberali ef-
 se indecora, quàm omnino ab illis aliena esse, ut
 sensus sit: *Avarus nō habet labium excessiuum, nū-*
quã scilicet extēdit labia sua promittēs aliquid
se liberaliter donaturum. Ex aduerso liberalis nū-
 quã fidè fallit, sed quidquid liberaliter promittit
 pari liberalitate, & profusione donat. Itaque ait
 liberalè promissa fideliter, atque effusè exequi,
 auarum autè nedum promittere, quod sanè verissi-
 mum est: atque obscenas auarorum sordes elegatè

exprimit. Nā vel id, quod facillimū est, scilicet polliceri, anari nō audēt, cūm ex aduerso liberales id quod difficillimū existit, scilicet promissa explere, fide inuolabili perficiāt. Caterū m licet vera sit sententiā, & Salomone digna, tamen in Vulgatam nostram lectionem minimē cadit.

Ei go Iansenius sic exponit: *Non decent stultum verba composita*, &c. per composita verba intelligit, verba graua, & sermones de rebus grauioribus cōceptos. Vt sensus sit; Quemadmodū stultum, & vilē hominem dedecet sententiā graues, & suscepti de rebus magnis sermones in ore, ac lingua stulti prorsus vilescūt: sic etiā principi indecora sunt verba vana, nugā, & leuioris mōmēti sermones: quia hęc de principis autoritate, & dignitate non parū detrahūt. Itaque Salomon iuxta hęc interpretationē contendit verba personis adaptanda esse, atque adeo principem dignas principe sententiā semper vsurpaturum, propterea illum imprimis à mendacijs abhorre oportere: hęc enim ante alia principis maiestatem lādūt, & splendorē illius offuscāt. D. Tho. in opusculo de principum eruditione, hoc argumentū incredibili felicitate persequutus est, ex multis verō pauca habeto. *Cauēdum, inquit, est Principi mendaciū, ut venenū, caueāt ergo Principes sibi à corporali veneno, amplius verō cauēdū est eis à veneni mendaci, quod adeo mortiferum est, ut adhuc existēs in ore hominū occidat: secundū illud Sapron. 1. os, quod mentitur occidit animā. Hoc venenū habuit in ore serpens, qui Heuā matrē nostrā*

decepit, imo hoc venenū occasio dicitur fuisse, quod serpens venenū corporale habeat in ore. Itaque D. Thomas parem vitandī mendaciū curā in Rege postulat, ei, quā ad veneni vim euitandā adhiberi solet. Vtque ad omnem veneni suspitionem fugiendā fidelissimī à Regibus quærūtur coqui, & sapientissimī medici adhibētur, qui cibos singulos explorent, ac degustent. Parē ergo industriam ad vitandū mendaciū principē adhibere oportet, fidelissimisque ministris, ac consiliariis opus habet; sicut enim medici cibos regios: sic etiam consiliarij sermones Principum explorāt.

Cum hac quidem sententiā congruit. Roterodami consilium (aliquando enim mali corui bonum ouum) *sicut Rex nullum ferculum sumit, quod non prius, & coquit, & medicus delibant, ut veneni suspicio absit; sic etiam nullum sermonem proferre debet, quod non prius consiliariis suis gustandum dederit.* Quorsum? ne scilicet vel mendaciū, vel fraudis, vel etiam ignorationis, vel erroris, vel alterius cuiuspiam defectus suspitionem habeant: hęc enim omnia autoritatis, ac dignitatis regie venena sunt. Sed redeo ad D.

Thom. *Qua differentia est inter denarium bonum, & falsum, est inter Principem mendacem, & veracem, vilis est denarius falsus respectu boni, centū enim falsi non valent vnum bonum: sic Princeps mendax parui valoris est: Cūm ergo Princeps non velit vnum de denariis suis esse falsum, quomodo seipsum velit falsum esse, & mendacem? Videtur quidem se viliorē habere denario vno. Cūm principes moneta falsarios grauitē puniant, quid faciet Princeps summus de illis Principibus, qui seipsum falsificant? Qui loquitur mendacium, diaboli figuram gerit, & imaginem; hic enim mendax est ab initio: aliquando ergo audisturus est Princeps mendax, qui denarius falsus est, verba illa, Cuius est imago hac & superscriptio? & cūm responsum fuerit Diaboli; Dicitur statim, Reddite ergo quę sunt diaboli diabolo, lege plura in e*

A loco. *Non ergo decet principem labium mentiens; quem scilicet falsa moneta viliorē reddit. Sed tamen quām sit indecorum Principi mentiri, aut fidem fallere, perspicuē docuit Imperator Basil. Imp. in libro exhortationum ad Leonem filium cap. 29. vbi sic habet. Maxime pendito, & veracem te esse, & veraces homines in familiaritatem tuam admittere, ita enim & firmus, & constans in omnibus factis, & dictis existimaberis, ac veram, & non suspectam tuorum erga te benivolentiam verinebis. Si autem in mendaci, & vanitatis suspitionem veneris, indigna facere Imperatoria maiestate, qua auctus es, conuinceris, efficiesque, ut subiecti semper formidolosi, rerumque omnium incerti, & titubantes vacillent.* Ad hęc Aristoteles. *Mendacium seruatorum vitium esse dicit, dedecet ergo generosum, & ingenuum Principem.*

Secundam interpretationem huius loci offert Caietanus ad hunc modum. *Non decet stultum labium superfluitatis, vel excessus, vel autoritatis (sic ipse legit) .i. sermones superbi, & tumidi.* Quasi dicat: quemadmodum stultissimo, ac vilissimo cuiuspiam homini indecorum esset verba tumida, & grandia simulata autoritate proflare: sic etiam ex aduerso grauissimum Principem verba vilia, & sermones leues deposita autoritate promere dedecet omnino. Meminit autem mendaciū, quia prę ceteris vilius, & abiectius est, iuxta illud Ecclesiastici 20. *Opprobrium nequam in homine mendacium, & infra, Potior est fur, quām assiduus vir in mendacijs.* Itaque Salomon suadet Regi orationis pondus, & grauitatem Basilii Imperator ad Leonem filium c.

16. istam verborum grauitatem consulens, sic addit. *Ea, quę te facere pudet, ea quoque dicere pudeat, & quę dicere pudor vetat, ne cogitare quidem libeat.* Et c. 36. *Quidquid erit, quod foras renunciare velis apud te prius diligenter considera, ne lingua cogitationem anteuertens prępostero ordine agere exprobetur. In cætu enim hominum anrequam aliquid dicas in tua potestate est cogitare, vbi autem semel effuderis, non poteris honestē contradicere his, quę antea dixeris, nisi sermones tuos omnium reprehensionī pateere volueris. Dicere autem oportebit ea, quę plane scies, aut ea, quę temporis ratio postulabit, de ceteris omnibus silere satius erit, quān eloqui, nam Principem non nisi vera, & opportuna, & magni momenti verba proloqui decet.* Hęc ille: ex quibus constat regios sermones grauitate, & autoritate plenos esse oportere, ac rursus nihil huic autoritati magis aduersari, quān falsitatem, aut mendacium, adeo vt verbū aliquod temerēp romere, quod iterum retractare opus sit, Imperatoriam maiestatem non parum lādere existimet Basilii. Et quidem hęc expositio Caietani satis apta mihi videtur, si vulgatę lectioni accommodari posse constet, licebit autem si per *Verba composita*, intelligamus verba ex simulatione, & studio grauitatis, & autoritatis grauitē dicta, quę significatio satis apposita est.

Libet etiam ad extremum aliam interpretationem subnectere, quę mihi non displicet, nescio an etiam aliis. Illud autem mihi sumo ex Iāsenio, Rodolpho, & Caietano, nomine *stulti*, in hoc loco, non tam fatuum, quān vilem & abiectum hominem notari: nam vox illa נבול *Nabal* ea etiam significatione prædita est. Rursus addo per *Verba composita*, intelligi etiam verba simulata & fallacia: nam verbum compono sapē

29.
Iansen.

Roterod.

D. Thom.

Basil. Imp.

Aristot.

30.
Caietan.

Eccles. 20.

Basil. Imp.

31.

2. Esdr. 6. idem est, quod fingo. 2. Esdræ cap. 6. De corde tuo
 Daniel. 2. componis hæc, id est, fingis ea, & Daniel. 2. Quod
 interpretationem fallacem, & deceptione plenam
 composueris. Et quidem hæc significatio opti-
 mē congruit cum verbis primitiuis, nam verba
 excessus, aut superfluitatis aptissime appellan-
 tur verbi mendacia. Sensus igitur sic confor-
 mandus est, vt argumentatio à minori ad maius
 fiat hoc modo. Non decet stultum verba composita,
 nec principem labium mentiens, hoc est, verba
 vtique fallacia, & ficta homini infimo, ac vili,
 probro, & contumeliæ verti solent, quanto ma-
 gis eadem Principi summo probrosa, & contu-
 meliosa erunt? argumentum profecto satis effi-
 cax, quo non semel vsus est D. Thom. loco cita-
 to, vbi multas conflat rationes, propter quas
 mendacium Principi magis indecorum sit,
 quam priuato homini, quas quidem ad tria ca-
 pita refert. Primò, quia semetipsum, & suam
 maiestatem magis lædit. Secundò quia menda-
 cium Principis Deo magis inuisum est. Tertiò
 quia proximis, hoc est subditis, longè nocentius,
 lege ibi multa.

D. Thom.

32.

Translatio Septuag. alium reddit sensum.
 Non congruent stulto labia fidelia, neque iusto labia
 mendacis. Stultus, nimirum improbus (hic. n.
 Stulti nomine appellatur) numquam fidelis est,
 nec stat promissis, iustus autem ex aduerso num-
 quam fidem fallit, nec promissiones suas violat.
 Itaque Salomon docet homini improbo, & see-
 lerato nequaquam fidendum esse, improbi enim
 sapius fœdifiagi sunt & fidem suam produnt:
 at iustis & piis confidendum omnino esse, vt po-
 te qui fidelissimi sunt, & fœderum pactorum-
 que integerrimi obseruatores. At inquires, cur
 impij fere infideles sunt, & pactum violant? ra-
 tionem obtulit D. Chrysostomus Hom. 4. de
 pœnit. quia nimirum qui datam Deo fidem fe-
 fellerunt, numquam illam hominibus præstant:
 tum etiam quia ad fidem seruandam fama bona
 plurimum facit (ideo infames à testimoniis pu-
 blicis arcentur: improbi autem famæ, & existi-
 mationis suæ iacturas non verentur.

Chrysost.

VIII. Gemma gratissima expectatio præ-
 stolantis: quocumque se vertit prudenter
 intelligit.

33.

Gemma gratissima, &c. Hebræa ad verbum
 sic habent. Lapis gratia in oculis patroni, ad
 omne, quod respexerit, prudenter ager, vel prospera-
 bitur. Vtrumque enim significat verbum שכל
 Sachal, Pagnin. In oculis Domini eius. Chald.
 Lapis muneris gratia est in oculis eius, qui tollit
 eum: ad omnem locum, quò se vertit prudenter
 agit. Septuaginta. Merces gratiarum disciplina
 his, qui vtiuntur, quocumque se verterit prosperabi-
 tur. Symmach. Pondus gratiarum. Theodotion.
 Lapis gratia. Hanc lectionum dissimilitudinem,
 peperit ex parte verbum Sachal, de quo nuper
 dixi, ex parte etiam vox השכל Hasehad, quæ si-
 gnificat munus, & mercedem. Non nemo etiam
 existimauit pro שכל per Schin, legendum esse
 סכל per Samech, quod verbum significat insa-
 tuare. (nam permutatio scin, & samech, est val-
 de familiaris Scripturæ) atque aded integrum
 versum sic efferendum esse. Lapis gratia munus
 in oculis patroni, aut Domini eius, quocumque se
 verterit insatuabitur.

Hæc lectionum dissimilitudo dissimiles etiam

A dedit interpretationes, percurrām singulas. Pri-
 ma quidem est Hebræizantium, qui hanc extre-
 mam lectionem amplexi sic edisserūt. Lapis gra-
 tia munus in oculis Domini, &c. id est munus P. in-
 cipi collatum gratiam illius conciliat, animūque
 deuincit aded, vt quocūque se verterit ad iudi-
 candum, & discernendum, velut demeratus de-
 siciat. Iuxta illud Deuter. 16. Munera excæcant
 oculos sapientum, & mutant verba iustorum. Sed
 tamen cum hæc interpretatio vulgatæ lectioni
 nulla ratione aptari possit, minimè audienda est.
 Atq; idem iudiciū ferendū est de secunda expo-
 sitione eorū, qui extrema verba sic conuertunt.
 Quocūque se verterit prosperabitur. Sensem verò
 sic instituunt. Munus iudici, vel Principi collatū
 beneuolentiæ illius accersit, atque aded illi, qui
 munus præmiserit, siue hanc, siue illā partē iu-
 stam, vel iniustā defendat, prosperè, & ex animi
 sententia res cedet, atque litem obtinebit: ea est
 munerum, atque donorū vis. Itaque hæc inter-
 pretatio à nostra etiā lectione abhorret plurimū.

B

Tertiam igitur offert Caiet. quæ ad munerum
 corruptelā etiam spectat, qui extrema verba no-
 stræ lectionis ferme retinens integrum versum
 sic cōcinnat. Lapis gratia munus in oculis Domini
 eius, quocūque se verterit intelligere faciet eum. id
 est, donū apud iudicē, vel Principem depositum
 eiusdē gratiā elucrat, atque idipsum intelligere,
 & sentire eū cogit, quod intelligit, aut sentit
 is, qui deposuit, siue iustū illud sit, siue iniustum.
 C Conātur verò aliqui hanc interpretationem no-
 stræ quoque lectioni adaptare, & nomine præ-
 stolantis magistratū, aut iudicē intelligūt, qui sen-
 tentiā differt, & nulli parti se adfauere signifi-
 cat, donec ab altero ex litigatoribus munere ali-
 quo deuinciatur, vt sensus sit, Gemma gratissima
 expectatio præstolantis. id est, donū diu expectatū à
 iudice aut Principe, cum tandem venit, perinde
 intuenti gratum accidit, sicut gēma lucidissima
 spectantiū oculis iucunda est, Quocumque se ver-
 terit prudenter intelligit. Nimirum quocumque
 illum donantis voluntas flexerit, se iustè, atque
 prudēter decernere existimabit. Et quidem hæc
 D expositio sic conformata non omnino displicet.

D

Addo etiam secundum præscriptam interpreta-
 tionem, illa verba, Gemma gratissima, &c. Hebr.
 Lapis gratia, alio sensu donari posse. Ergò per
 lapidē gratiæ non solum aliquem visui iucundū
 lapidem intelligo; sed dico etiam olim solemne
 fuisse per lapides pretiosos, perlucidos, & grati
 coloris, alia spectare. D. Isid. lib. 16. Etymol. c. 7.
 tradit, Neronē Gladiatorū pugnas interposito
 virenti smaragdo spectare solitū, ex quo fiebat,
 vt cuncta eodē colore imbuta oculis sese offer-
 rent, & iucundius spectaculum redderetur. Ait
 ergò Salomon, Lapis gratia munus oculis Domi-
 ni eius, quasi dicat, donū iudici, aut Principi col-
 latum, ad instar est lapidis pretiosi, pulchri, &
 perlucis oculis obiecti; quia sicut hic suo co-
 lore cuncta inficit, & iucunda reddit, sic etiam
 donum ob oculos positum, suo item colore cau-
 sam donantis imbut, efficitque, vt iustior, & cum
 æquitate cōformior inspicienti appareat. Rursus
 alia etiā ratione expendere licet ista verba, Lapis
 gratia munus in oculis Domini, &c. Ita nimirū vt
 Lapis gratia idem sit, quod lapis ad iucundā gra-
 tiam efficax: exploratum enim est inter lapides
 pretiosos aliquos esse ad conciliandam beneuo-
 lentiam efficaces. D. Epiph. in Speciali, tit. de
 Gemmarum naturis, tradit Saphirum ideo à Re-
 gibus gestari solitum, quia beneuolentiā inspe-
 ctantium

34.
Caiet.

Isidor.

Epiph.

stantium asciscit, & erga ipsos etiam amorem plebis excitat. Diuus Iudorus vbi supra, tradit Iaspidem eadem facultate præditum esse veterum opinione: addit tamen id credere superstiosum esse: sed cum ex Patribus alij alijs lapidibus hanc vim dederint, non satis scio cur superstitionis accersendi sint. Non enim fuit illorum mens eiusmodi lapides vi aliqua ad amandum voluntatem adigere: sed liberè, & sponte naturali sua facultate amorem ciere. Quemadmodum enim quidam lapides pretiosi sanguinem sistunt, alij lac euocant, alij cordi succurrunt, & alij alia his similia per alterationem præstant: sic etiam fieri potest, vt lapis aliquis per similem alterationem ad amandum occulta vi excitet, non cogat. Hanc igitur facultatem pluribus gemmis tradit Plinius li. 39. Epiphan. supra, & Albertus Magnus, qui ob eam rationem annulos gemmatis digitis minimo proximis indui solitos dicit, quia ex hoc digito ad cor vsque neruus tendit, per quem gemmæ virtus deuehitur. Licebit ergo sic locum interpretari, *Lapis gratia (seu benevolentia) munus in oculis Domini*: id est, perinde munus Principi oblatum gratiam illius allicit, sicut gemma aliqua pretiosa ex his, quæ excitandi amoris, & benevolentia secretam vim habent. Conferitur autem donum cum lapide pretioso (vt admonet Caietanus) quia hic manu gestatur, illud manu accipitur. Itaque sensus est, Princeps donum alicuius manu excipiens, quasi anulum manus suæ inserit, inclusa gemma aliqua ex his, quæ benevolentiam, & amorem cordi inspirant. Ad hæc *lapis gratia*, non ineptè appellari potest, *Magnes lapis*, qui ob vim, quam habet ferrum ad sefetrahendi, amoris, atque gratia tribui solet, vnde apud veteres id nomen sortitus est, *Lapis amoris*, atque Græcos *ἔραμα*, id est, amorem appellare solitos, autor est Pollux. Sic autem euadet sensus elegans hoc modo, Munus vtique Principi collatum non aliter eius gratiam, & benevolentiam trahit, quam magnes ferrum. D. Augustinus illud sibi miraculo simile in magnete visum fuisse dicit, quod cum aliquis magnetem lapidem sub tabula opertum teneret, ac illum manu subternoueret, post lapidem quidem ferrum veloci cursu desuper ferebatur. Sane cum videris iudicis, aut Principis arbitrium in hanc, & illam partem flecti, & secundum omnes alicuius causæ motus, & discrimina vni sententia etiam iniusta hære, & nullis rationibus ab ea diuelli posse, tunc equidem suspicari licet manum aliquam latere, quæ munere oblato, tanquam magnete clanculum impellat, & in quamcumque vult sententiam flectat. Addo etiam munus magistrati donatum cum magnete confertur, quia tanta est illius vis, vt quamlibet iudex ferreus sit, & ferreo quodam arbitrio præditus, tamen in eam partem facile impellatur, quæ illum munere corrumpit. Denique in hac expositione de munerum corruptela sistentes, lectionem Symmachi adaptare integrum est, quæ sic habet: *Pondus gratia munus, &c.* Nam in scriptura lapis sæpius accipitur pro pondere, supra cap. 16. ver. 3. *Et omnia opera eius omnes lapides sacculi*, & alibi passim. Itaque sensus erit; donum Principi oblatum adinstar est magni alicuius ponderis, qui iustitia, & æquitatis trutinam ab amussi, & æquilibrio detorquet, *Pondus*, inquam, *gratia*, quia nimirum benevolentiam Principis acquireret, quæ etiam si alteram in partem decumbat, iustitia libram adeo onerat, vt omnia rationum pondera ex altera parte composita facile eleuet.

Quarta expositio est Ianfenij, qui ex vulgata lectione hunc sensum eicit: *Gemma gratissima expectatio præstolantis*, id est rem, que diu expectata fuit à præstolante, cum tandem aliquando ex animi sententia successit, tanquam præciosissimam aliquam gemmam nactus magni æstimat, & illa iucundissimè perfuitur. *Quocumque se verterit prudenter intelligit*, id est, quidquid is, qui ad eum modum auidè spectat, tentarit, quidquid susceperit, prudenter admodum peragit, ne fraudetur expectatione sua, sed eam aliquando assequatur. Interpretatio isthæc non omninò mihi displiceret, si posterior loci clausula ad hunc modum aptius, & cum priori cohærentius explicaretur. *Quocumque se verterit prudenter intelligit*, id est, quidquid is, qui ad eum modum auidè spectat, tentarit, quidquid susceperit, prudenter admodum peragit, ne fraudetur expectatione sua, sed eam aliquando assequatur. Interpretatio isthæc non omninò mihi displiceret, si posterior loci clausula ad hunc modum aptius, & cum priori cohærentius explicaretur. *Quocumque se verterit prudenter intelligit*: Nimirum qui re diutius expectata iam fruitur, prudenter admodum, & cautè se gerit, ne reiam obtentæ iacturam faciat, (id enim melius nequitur cum illo priori) vel, *prudenter intelligit*. i. iam deinceps in omnibus, quæ agit, prouidam habet prospicientiam, non solum præsentia, sed etiam futura obseruans, ab experientia ipsa edoctus, futurarum rerum prudentes expectationes non falli.

Quintam interpretationem affert Rodolphus, qui locum istum cum superiori nequendum esse putat hoc modo: *Gemma gratissima expectatio præstolantis*, cum enim præmiserit Principi valde indecorum esse fidem datam fallere, ac promissiones non explere; subdit, Beneficium, quod Princeps pollicitus est, tunc demum cum post expectationem donatur, perinde gratum præstolanti accidit, & tanti ab ipso fieri solet, ac si immensi pretij gemmam nactus esset. Nam iuxta familiarem scripturæ loquendi modum, vt aliquid per magno æstimandum pretiosissimum esse ostendatur, gemmis æquari, aut etiam præferri solet Psal. 18. *Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum.* & sup. cap. 3. *Pretiosior est cunctis opibus.* Heb. *Lapidibus.* & infra cap. 31. *Procul, & de vltimis finibus,* &c. Heb. *Procul ab vnionibus pretium eius:* & passim alia, *Quocumque se verterit, prudenter intelligit.* Nimirum Princeps, qui fidem non fallit, sed promissa beneficia opportunè reddit, quidquid animo suo destinauerit felicissimè perficiet. Omnes enim subditos sibi deuinctos habet, alios quidem acceptis beneficiis, alios autem accipiendorum certissima opinione & expectatione. Placet etiam hæc expositio, sed addo verba illa, *Gemma gratissima,* &c. secundum hanc interpretationem ad opportunitatem collocandi beneficii referri posse hoc modo. Beneficium, quod præstolantis expectationi omninò respondit, scilicet temporis, loci, quantitatis, & aliarum circumstantiarum opportunitate, non dissidet à gemma aliqua pretiosissima perelegantis annuli pala inclusa, sicut enim gemma foramini suo aptissimè inserta, longè pulcior, ac speciosior est, sic etiam beneficium tempore suo opportunè collatum longè gratius existit. Hac similitudine vsus fuit Seneca in libro 2. de Beneficiis.

Cæterum licet ex præfatis interpretationibus quædam satis accommodatæ videantur, mihi tamen origines penitus rimanti, & cum nostra vulgata lectione attentius conferenti, nouam viam adire opera

pretiū visum est. Premittere autem oportet *Sachal*, ut supra obseruauimus, non solū donum liberaliter colatum, sed etiam mercedē operarij significare. Vnde Septuaginta reddiderunt, *Merces gratiarū*, &c. Rursus illa verba, quæ ex originibus ad verbū expressa sic habent, *In oculis Domini eius, manifestum Hebraïsmum continent*. Quoties autē modus iste loquendi aliās occurrit (occurrit autem sæpè) syncerissimè exponitur à Vulgato, supra cap. 1. Hebraïca sic habent: *Frustra iacitur rete ante oculos omnis Domini ale*. Vulgatus autem transtulit, *ante oculos pennatorum*, & Gen. 37. Heb. *Ecce Dominus somnij venit*. Vulgatus autē sic: *Ecce somniator venit*, & sup. ca. 3. *Ne prohibeas bonum à Dominis suis*. Vulgatus, *Noli prohibere benefacere eum, qui potest*. 2. Reg. 1. *Ecce currus & Domini equitum*. Vulgatus, & equites, & alia sexcenta. Ergo pari ratione in hoc loco siquidē per nomen *Sachal*, merces accipiatur (ut nuper dixi) *Dominus eius* erit mercenarius. Et quidem mea sententia ea fuit Vulgati nostri mens, cum ait, *Gēma gratiosa expectatio prestolantis*. Prestolantem enim appellauit operarium mercedem expectantem, atque nomine expectationis mercedem ipsam intelligit, cuius expectatione laborat. Itaque sensus est, merces, cuius spe inductus operarius laborat, maxima fit ab illo, atque cum illa accipit, speciosissimam gemmam. i. pretiosissimā rem capere se putat; ea. n. quæ multo labore constant magnifunt. Itaque Salomon suadet mercedē præsentissimè operatio esse persoluendā, quia magnopere illius perceptione gaudet, ex quo fit, ut res sibi demādatas benè, ac sollicitè exequatur, id sibi vult illud, *Quocūque se verterit prudenter intelligit*. i. quidquid ex præscripto conducentis præstare iubetur, prudenter, & accuratè obit. ergo sic accipiendum est verbum *intelligit*, quasi attentius peragit, quemadmodum etiam Hispanè dicimus, *En rindo en esto*. i. hoc ago, vel huic rei peragendæ sedulus incumbo: six exponunt multi illa verba Psal. 13. *Vt videat si est intelligens, aut requirēs Deum*. i. sedulo incubens. Et Psal. 31. *Noluit intelligere ut benè ageret*. i. noluit accuratè & intentè huic rei vacare. & Pl. 40. *Beatus vir, qui intelligit super egenum, & pauperē*. i. qui pauperi iuuādo incumbit. & Pl. 100. *Vt intelligam in via immaculata*. i. vt studiosè per illam ambulem, & alia passim. Cum hac interpretatione concinjit Thargus, habet. n. *Quocūque se verterit, prudenter agit*, & ex Hebraïzantibus etiā non pauci eodem modo transtulerunt. Itaque Salomon his verbis suadet illis, qui operarios conducunt, vt ipsi laborum, & operarum mercedē, quā præsentissimè persoluant, siquidem res suas benè, sollicitè, & attentè peragi velint. Possūmus etiam addere (quemadmodū nuper de beneficiis opportunè collocatis dicebamus) mercedem operarij cum gemma cōponi, quia cum non differtur, sed opportunè in fine laboris exsoluitur, similis est gemmæ fotamini suo inclusæ, quæ ibi gratior, atque venustior est, nam merces dilata parum grata accidit mercenario.

Ad extremum, difficile est translationē Septuag. cum originibus in concordiam adducere, sic n. habent. *Merces gratiarū disciplina his, qui vtuntur, quocūque se verterit prosperabitur*. Itaque pro gemma disciplinam reddiderunt. fortasse autem nomine gemmæ in aurem acceperunt, atque hanc disciplinæ, seu correptionis, quæ auribus excipitur, symbolum esse rati (iuxta illud, *In auris aurea, & margaritum pretiosum qui arguit sapientem & aurem obedientem*, infra cap. 25. vers. 12.) disciplinam loco gemmæ subiecerunt: sensus autem talis esse

videtur disciplina, doctrina & correptio his, qui illi acquiescūt, mercedem grātam, & copiosam affert: deinde commutatur numerus multitudinis in singularem (quod quā vulgare sit in scripturis nemo ignorat.) *Quocūque se verterit prosperabitur*, nimirum is, qui disciplinæ obtemperauerit, quidquid aggressus fuerit felicissimè conficiet. Hactenus de loco difficili.

IX. *Qui celat delictum, querit amicitiam: qui altero sermone repetit, separat fœderatos.*

QVI celat delictum, &c. Hebr. *Tegens prauaricatores querit amorem, & iterans in verbo separat ducem*. Alij legunt, *qui mutat verbum, separat, &c.* Pagninus. *Qui improprietat aliquid, diuidit duces*. Caiet. *Diuidit socium*. Chald. *Et qui repetit sermonem diuidit amicum*. Septuag. *Qui celat iniuste facta, querit amicitiam, qui autem odit celare, diuidit amicos, & domesticos*. Reperitur hic vox *חילח* *Aluph*, de qua alibi diximus, significat. n. Chiliarchum ducem, nec non familiarem, & coniugem, ab *אלפ* *Eleph*, quod mille & familiam notat.

Sententia quidem horum verborum perspicua est. *Qui celat* (inquit) *delictum, querit amicitiam*. i. qui acceptam iam pridem iniuriā, vel aliud quodlibet delictum ab amico admissum, obliuione perpetua sepelit, nec illud sermonibus amplius vsurpat, is quidem pacis & amicitia studiosus est, *qui altero sermone repetit, separat fœderatos*. Qui scilicet oblitterata iniuria, obruto delicto, & pace inita, vel semel in altero sermone præteriti delicti, vel iniuriæ memoriā refricat, quasi refricatis vulneribus pacem amicitiamque dissoluit, atque eos, quibus cum pacem inierat & fœdera percusserat à se diuellit. Plutarchum quidem hac similitudine vsus memini; sicut vulnera, inquit, quæ sæpius solutis vinculis, quibus obligari debent, explicantur, & fricantur, non coalescunt, nec cicatricem obducunt; sic amicitia & fœdera, quæ semel iniuriarum obliuione & abolitione copulata sunt: nam si cœctæ iam, & quasi obligata, iniuriis rursus explicentur, & iteratis sermonibus attritentur, numquam satis cœeunt, vel obducta cicatrice coherent, quinimò in dies amplius intabescunt & insanabiliter dirimuntur. Huc spectat etiam illud, *Vniuersa delicta operis charitas*, supra cap. 10. vers. 10. vers. 12. vide quæ in eum locum dedimus.

Aliæ verò lectiones, quod spectat ad sententiam, à nostra nihil abeunt. Illa solum Emphasim habere videtur, *qui mutat verbum, separat amicos*, nimirum qui delictum vel iniuriam haud fideliter refert, sed verbis amplificat, & extollit, dissociat quidem amicos. Hæc autem translatio & explicatio alteri interpretationi parum diuersæ locum facit, vt scilicet verba isthæc non de amico delicta familiaris sui commemorante & refricante, sed de tertio accipiantur, qui inter duos intercedit, cui Salomon præscribit rationem, qua dissidentes & discordes, paci, atque concordia restituere debeat: itaque ait, *qui celat delictum, querit amicitiam*: nimirum is, qui iniuriam vel delictum ab alio in alterum admissum eleuat, & quoad fieri potest, deprimat, atque obtegat, hic sanè pacem & amicitiam facillè inducit. *Qui altero sermone repetit, separat fœderatos*, qui scilicet sæpius in-

Gen. 37.

2. Reg. 1.

Psal. 13.

Psal. 31.

39.

Psal. 40.

Psal. 100.

Thargus.

culcat delictum vel iniuriam, vel qui illud amplificans, & extollens aliter narrat, quàm acciderit, immortales discordias, & inimicitias inmittit inter familiares, vel domesticos. *Vel separat ciues*, inter se, aut etiam *maritos* à coniugibus suis, omnium quipè eadem omniño ratio est. Parabola igitur ad id tota spectat, vt Salomon conciliandæ aut dirimendæ amicitiæ duas præcipuas rationes tradat. Vt vir pacis studiosus alteram adhibeat, alteram vitet. Lectio septuaginta vtriquè expositioni etiam inseruit, tametsi D. Antioch. in Pande. Sanctissime Hom. 64. de arcano tegendo, & mysterijs seruãdis, exposuerit ad hunc modum. *Qui celat iniuste facta, querit amicitiam*, id est. qui delictum ab alio admissum, & sibi secreto traditum omnino apud se tacitè opprimit, hic studet amicitia. *Qui autem odit celare, diuidet amicos, & domesticos*, scilicet à seipso, quasi dicat qui ex aduerso mysteria reuelat, amicissimos etiam, atque domesticos soluta concordia à semetipso distrahit. Cæterùm duæ superiores interpretationes mihi accommodatiores videntur.

Antioch.

X. Plus proficit correptio apud prudentem, quàm centum plaga apud stultum.

42

PLUS proficit, &c. Hebr. Descendit increpatio, vel clamor ad intelligentem præpercutere stultum centies. Chal. Penetrat increpatio intelligentem magis, quàm percutere stultum centies. Alij legunt: *Conterit clamor intelligentem*, &c. Omnibus autem his translationibus locum facit verbum originale נחח Nachath. Septuaginta: *Conterunt mina cor prudentis, stultus autem flagellatus non sentit*. Theodot. Vincet correptio intelligentem, plus quàm percussio in imprudentem, omnia in idem recidunt.

Sententia est valde perspicua. Plus, inquit Salomon, proficit correptio apud Sapientem. Hebr. Clamor, Septuaginta: *Mina*, parum interest. Nimirum vox aliqua superioris elatior, vel leuis minarum intentatio, vel parum seuera correptio efficacior est ad sapientem coercendum; *Quincentum plaga apud stultum*. Numerus finitus pro indefinito, hoc est, quàm innumeris plagis ictus ad stultum, & vecordem hominem comprimendum, & emendandum. Efficit hoc sentiendi dissimilitudo, & nobilitas ingenij, & morum: quemadmodum enim accidit in corporibus, vt illa, quæ molliora sunt leuiter icta plurimum doleant, quæ autem duriora sunt, & callosa, etiam si grauiter percutiuntur indolentiam quandam insensibilem habeant; sic item in animis contingit: est enim sensati hominis ingenium molle, atque mores faciles, ex quo fit, vt vel leuiter minis, aut correptionibus ictus doleat, & resipiscat; stulti autem hominis cor prædurum est, atque mores, obductis callis rigidi, quapropter innumeris plagis attritus non sentit, non dolet. Item dissimilitudo hæc stulti, & sapientis ad ingenuitatem spectat: Nam experimento didicimus generosos equos vibrato desuper vimine, aut excusso verberare cursum arripere; ex aduerso degeneres onagros plagis multis fortiter impactis vix moueri. Hinc est illud Quinti Curtij lib. 6. *Nobilis equus umbræ virgæ regitur, ignavus nec calcari quidem potest*. Et de homine

Quint. Curt.

A probe sic Hieronym. cuius verba citat sic Dionys. *Nihil necesse est bis pungeri non recalcitrantem, cui sua ratio est magistra, cui propria conscientia virga*. Ergo Salomon hac parabola præscribit modum, & rationem qua stulti, & sapientes corripiedi sunt; cum his enim leniter agendum est: nam quilibet, quantumuis leuissima increpatio illos coercet, cum illis autem seuerius, & acrius, nam post multa verbera vix resipiscunt. Vnde non ineptè quispiam dixit stultos *porcorum more condiri*, & laporem concipere; constat enim polypos multis ictibus macerari ad esum, aliter enim præduri sunt, & ingratum saporem habent. Lege Gregorium, Pasto. Cur. 2. parte cap. 10.

B

XI. Semper iurgia querit malus: Angelus autem crudelis mittetur contra eum.

SEMPER iurgia querit, &c. Hebraic. Profecto rebellis querit malum, & nuncius crudelis mittetur in eum. Chaldaus: *Vir amarus querit malum, & Angelus crudelis*, &c. Septuaginta: *Contradictiones suscitatur omnis malus. Dominus autem Angelum immisericordem imittet ei*. Theodotion. *Exacerbationem suscitatur, &c. Schol. Angelum crudelem. Symmach. Angelum sine visceribus, seu, euisceratum*.

43

Non vnam huius loci sententiam excogitarunt interpretes. In his ergo Iansenius & Caietanus de illis quidem exponendum putant, qui seditionem, & rebelliones excitant in populos, aut qui iurgia, & seditiones spargunt inter familiares. Itaque ait, *Semper iurgia querit malus*, nimirum qui procliuus est ad militiam. Hebraicè, *rebellis vel amarus*. Nimirum vir suoapte ingenio, contentiosus, moribus asper, & acerbus, gaudet quidem discordijs, & contentionibus excitandis, aut seditionibus pertrouendis. *Angelus autem crudelis mittetur contra eum*. Hoc est, vel à Principe destinabitur ad eum carnifex crudelis, qui illum neci dedit: vel à Deo dæmon aliquis immaniissimus, qui nunc quidem in hac vita illum molestijs, atque laboribus excruciet, ac tunc demum, cum ex illa excesserit, ad supplicia rapiat æterna. Addit autem Caietanus prius Hemistychium duplicem translatione fortiri posse, sic scilicet, *Tantum rebellis querit malum*. Nimirum alij quidem, cum euenit occasio, malum aggrediuntur: at vir contentiosus assiduo discurrat, molitur, & architectatur mala. Vel aliter, *Tantum rebellis querit malus*. Ex quo duplex etiam sensus erui potest. Prior est: non nisi malus aliquis, perniciosissimus, & profligatissimus homo seditiones excitat. Posterior est, malus, atque peruersus homo rebelliones dumtaxat cogitat, contentiones molitur. Et quidem omnes istæ sententiæ veræ sunt, atque contentiosi hominis mores præclare expriment, ad quem iure optimo crudelis angelus destinari dicitur, scilicet dæmon aliquis fauissimus, vt meritas ab illo pœnas exposcat. Nam ita quidem decebat, vt aduersus iurgiorum, & contentionum studiosum hominem dæmon emitteretur, qui suoapte ingenio contentiosissimus est.

Caietani

Sed licet hæc prior interpretatio iuxta præscriptum modum disposita non displiceat, tamen crediderim aliter melius conformari pos-

44. Rodolph.

se ad hunc modum. *Semper iurgia querit malus* scilicet vir acerbus, & contentiosus assiduò meditatur bella, & contentiones, obuios quosque petit, & cum omnibus confligit; Quid tum postea? *Angelus crudelis mittetur contra eum.* Nimirum aduersus eum hominè, aliquis alius homo superior viribus & sauius adeò emittetur, qui in certamen descendens illum deuincat, & immanissimè cum illo agat. Et quidè sapius Deus Optimus Maximus in contentiosos homines, ad hunc modum animaduertit, quod supplicium sceleri omnino respondet. Itaque per Angelum crudelem, aut euisceratum, seu immisericordem, non dæmō, non carnifex, sed homo alius immanis, & ad conflegendum robustior à Deo destinatus ad pugnam accipiendus est, sic enim coherentior euadit sensus.

Secunda interpretatio est Rodolphi, qui putat locum de illis esse edisserendum qui correptionibus aduersantur. Vt sensus sit. *Semper iurgia querit malus.* Septuaginta: *Contradictiones.* Nimirum vir impius impudenter obloquitur, & contradicit corripientibus, & adhortantibus. Ergo aduersus hunc vecordem hominem, qui obiurgationibus, & increpationibus non acquiescit, immanem aliquem dæmonem emittet Deus vt qui superiorem benignius corripientem ferre non potuit, seuerum carnificem perpeti cogatur. Hæc ille. Caterum licet in scopum sententiæ intuitus mihi videatur Rodolphus, tamen illum non omnino confixit. Nam sensum ad hunc modum instituendum esse censeo. *Semper iurgia, aut contradictiones querit malus,* &c. Scilicet aduersus hominem peruiacem, & obduratum, qui superioribus benignè hortantibus, aut etiam corripientibus semper contradicit, & obloquitur: destinabitur quidem à Deo superior alter immanissimus, atque euisceratus, qui omnè exuens humanitatem illum acerbissimè torqueat. Itaque per Angelum superiorem, aut Dominum intelligo, vt sæpè aliàs in scriptura, atque versum istum ad superiorem sententiam esse reuocandum censeo. Cum enim Salomon de duplici correptionis genere præfatus fuisset, altero leni, & mansueti, quod exhortationibus, increpationibus, & minis fit: altero seuero, & immiti, quod plagis, atque verberibus exercetur, iam nunc addit ad eum, qui contra vnus superioris benignius admonentis, vel increpantis verba sese obfirmauerit, & impudenter contradixerit, alterum superiorom, seuum & crudelem immittendum esse à Deo, qui deposita clementia, verba in verbera commutet, & leniores increpationes in plagas, & vulnera. Interim etiam docet Salomon, superiorem, qui prius humanissimè, ac benignissimè subditum monuit, cum illum procacem, & peruiacem expertus est, exuta hac persona facilis, atque benigni præfatis, aliam seueri, atque crudelis superioris induere, & verba in verbera cōmutare debere. Nam, superiorem Proteum quendam agere oportet, qui ouis aliquando mansuetudinem, quandoque etiam Leonis immanitatem præ se ferat: qui nonnumquam ignis adurentis formam suscipiat nonnumquam in aquam abluentem, & emundantem soluatur. His enim duabus potissimum ignis, & aquæ formis fabulosum illum Proteum ludere solitum tradunt Poëta. Virgil. lib. 4. Georg.

Aut acrem flamme sonitum dabit, atque ita vincis.

Excidet, aut in aquas tenues delapsus abibit.

Virgil.

A Et Ouidius 18. Metamor.

*Interdum faciem liquidarum imitatus aquarum
Flumen eras, interdum vndis contrarius ignis.*

Ouid.

Superiorem autem euariandis fornis Proteum illum imitari oportere docet D. Gregor. Nazianz. oratione 1. Apolog. de fuga in Pontum, cuius magna pars ad hoc argumentum spectat. Itaque expedit sæpè aquæ in morem per lenes adhortationes subditorum maculas eluere, aliquando etiam ignis forma suscepta vrere, ac torere.

Nazianz.

B XII. *Expedit magis vrsa occurrere raptis scæ-
tibus, quam stulto confidenti in
stultitia sua.*

EXPEDIT magis, &c. Hebræa ad verbum. *Occurrere vrsus orbatum in virum & non stultum in stultitia sua.* Chaldaus. *Occurrit vrsus, i. terror viro sapienti & non commouetur, & stultus in stultitia sua cadit,* Septuag. longè aliter *Incidit sollicitudo viro intelligenti, imprudentes autem excogitabunt mala.* Symmach. verò concinit cum nostra. *Occurrere vrsa orbatæ virum, & non stulto in stultitia sua,* supple expedit.

C Vna ferè est omnium interpretum mens qui verba ista accipiunt, vt sonant. *Expedit magis vrsa occurrere raptis catulis,* &c. Satius nempe est in vrsam incidere cum raptis catulis furit sauius, quàm in stultum aliquem qui sua stultitia fretus temerè agit, ac temerè loquitur. At tu, inquires, huic animanti obuiam ire satius est, quàm stulto? Caietanus. Quia vrsus (inquit) agit solo impetu furoris, quem eludere non est difficile: at stultus temeritati suæ astum aliquem adiungit, sed friget hac ratio. Rodolphus, quia licet animal istud ferocissimè, & immanissimè sauiat, tamen humana industria sæpè superatur, aut cauetur; stultus autem nulla arte, aut viribus domari potest. Hugo. Quia vrsa vi, ac robore, aut etiam arte demum vincitur, at stultus nullis rationibus superari potest. Hactenus interpretes.

D Caterum ni mea me fallit mens, aliquid aliud sibi vult Salomon in hoc loco: existimo autem illum perstare in eodem argumento, atque de his agere, qui correptionibus, & animaduersionibus, non acquiescunt, itaque ait. *Expedit magis vrsa occurrere raptis scætibus, quàm stulto confidenti in stultitia sua.* Nimirum satius est vrsæ raptis catulis furenti sese obijcere ad eam coercendam, quàm stulto cuiquam temerè in sua scelera debacchanti per correptionem, vel adhortationem sese opponere ad eum comprimendum & emendandum: huius. n. sauitia, & immanitas, morsus & rabies in præceptorem suum vrsinum furorem longè superat. Expendere autem libet huius comparationis peruentæ concinnitatem. Primò igitur stultus iste vrsæ, non autem vrsæ ad similes esse dicitur, quia vt auctor est Aristoteles de hist. an. li. 9. cap. 1. *Vrsorum in genere præter morem aliorum animantium femina animosior est, ac ferocior.* Ex quo fit satis ineptè agere illos, qui studio solo discedendi à nostro vulgato interprete vrsum conuertunt. Addidit autem *raptis catulis*, huius enim erga catulos valde impensus amor, atque adeò, sublatis, sauius furit. Hic autem prolis amor incipit ab ipso conceptu, nam ex quo vterus ingrauescere incipit seruandæ sobolis studio

Arist. latet adeo, vt ex Aristot. hist. lib. 6. cap. 36. & *Plin.* alibi, vrsam grauidam venari perraro, aut numquam accidat. Cùm verò fœtus enititur, rudes primum illos & informes in discretis membris parturit: at prolis tantus amor est, vt catulos lingua sua lambendo quasi elaboret, atque elimet, donec ad sui formam, speciemque perducatur, lege Aristoteli locis citatis, & Plinium lib. 8. cap. 36. Adde Ambros. lib. 6. Hexameron. cap. 4. vbi appositè ad mores, sic scribit. *Vrsa quidem fertur informes vtero partus edere, sed natos lingua fingere, atque in speciem sui, similitudinèque formare. Non miraris inserta pijs oris officia, cuius naturam pietas exprimit: vrsa igitur partus suos ad sui effingit similitudinem, tu filios tuos instituere similes tui non potes.* Igitur cùm vrsa in catulos suos tam impensus sit amor, idèo illis à venatore direptis ferocius & immanius sauit. Propterea non modo in hoc loco, sed etiam in alijs furoris cuiusdam impacati exemplum adduci solet. 1. Reg. 17. Chusi quàm esset formidandus Dauid suo exercitu cinctus hac similitudine significauit Abaloni; *Tu, inquit, nosti patrem tuum & eos, qui cum ipso sunt esse fortissimos, & amaro animo, veluti si vrsa raptis catulis in saltu scuiat.* Et Osee 13. Deus vt suam in aduersarios immitem iram significaret, adiunxit. *Occuram ei, quasi vrsa raptis catulis.* Et in vniuersum vrsorum maximè ferox, & truculentum genus: quos Oppian. lib. 3. Cyneg. ita describit.

*Immanes vrsi, crudelis gens, fera membra
Viles hirsuto, densoque teguntur amictu,
Deformes species, facies inhonesta, cruenta,
Tetrica ferrati dentes, & magnus hiatus,
Atraque feruentes exhalant ora vapores.*

Hæc omnia ad terrorem pertinent. Ergo Salomon, vt stultum in præceptorem, eius scelera corripientem, quibusdam quasi furij actum describeret accommodatissimè illum cum vrsa composuit, cùm raptis catulis in obuium incurrit, laniat, discerpit. Stultus n. impia sua cõsilia, veluti quosdam animi sui informes, ac degeneres fœtus fouet & adamat: Quapropter si horum perficiendorum copia illi auferatur, si conatus illius obiecto aliquo impedimento retardentur, omni quidem vrsa crudelius, atque immanius in eum furit, qui illius impietati sese obiecit.

Sunt qui specialiter per vrsam stultitiam adumbrari voluerint, quia Plin. in eo lib. 8. cap. 36. sic sentit. *Nec alteri animalium in maleficio stultitia solertior, sed tantum ipsa verborum series satis prodit mendum ibi esse, ac potius legendum astutia solertior, nam vrsam callidum imprimis, atque dolosum esse docet Arist. lib. 6. Historia. cap. 6. Basil. hom. 10. in Hexam. cùm præmississet singulos homines in semetipsis numerosam quandã belluarum omnium multitudinè circumferre, sic addit. *Dolus quoties in anima, doli fraudisque concinnatrice sibi delegit domiciliũ, vrsò quouis in suo speleo collatebrante implacabilior est.* Ambros. vbi supra. *Vrsa inquit insidians, est. n. plena fraudis fera.* & cap. 13. Apocalypseos, in vrsi forma Antichristum contemplatus ait, *Per vrsam, qui callidissimum est animal eius astutia ad decipiendos homines demonstrari potest.* Itaque vrsus in vniuersum non quidem stultitiæ, sed potius astus & calliditatis symbolum præbet. Possumus tamè quosdam illius conditiones ad stultitiam referre. Primò quia vt tradunt Aristot. Plinius, & alij locis supra adscriptis, vrsò caput valde infirmum, & imbecille, adèo vt in caput prouens vel leniter exturbatis sensibus dementetur. Vnde*

igitur tanta stulto dementia, vt leuioris cuiusdam correptionis ictu quis demèteretur, & in suum doctorem, aut præceptorem insaniat? Sane non aliunde, nisi ex capitis imbecillitate, i. ex stultitia. Ad hæc vrsus furore percitus lapides à tergo iacit, non satis obseruans, in quem mittat: similis etiam est stulti ex correptione, vel animaduersione furentis rabies, maledicta quidem, probra, & contumelias velut à tergo iacit, neminem veretur, non superiorem, non doctorem, non amicum, aut alium quemlibet, in omnes enim ex æquo furorem effundit suum. Denique vrsus vulneratus, vt tradit Solinus. cap. 3. iram diutius alit, adèo vt post aliquot menses, imò etiam annos, vulnerantem agnoscat, atque in magna multitudine venatorum illum adoriatur. Nil sane stultis magis ad simile, quorum est, iram ob increpationes, vel correptiones diutius in pectore nutrire, adèo vt non post menses solum, sed etiam post annos in superiores, ac præceptores suos illam euomere soleant. *Ira, enim (vt ait Sapiens) in sinu stulti requiescit.* Sed de hoc alibi.

47
1. Reg. 17.

Osee 13.

Oppian.

48
Plin.

Arist.
Basil.

Ambros.

B

C

D

E

Præter duas iam præmissas interpretationes subest quidem alia, atque alia. Priorem nobis offert translatio Caldaica, quæ sic habet. *Occurrit vrsus, terror viro sapienti & non commouetur, & stultus in stultitia sua cadit.* Quæ verba sic illustro. Stultus, scilicet furore percitus in sapientem hominem vrsi in morem sauiantis impetum facit. Sapiens autem constanter agit, stat quidem imperterritus, atque sauiantis impetum excipit, donec stultus demùm euictus cadat. Et quidem propterea sapiens stultum facili negotio prosternit, quia ictus suos in caput illius intèdit: nouit enim quod quemadmodum vrsus caput infirmum, & imbecille habet, sic etiam insipiens capite, hoc est ratione, & consilio debilis est, atque adèo vulnera sua in caput destinat, scilicet optimis rationibus, & documentis cum illo agit, quibus euictus stultus in stultitia sua cadit. Hæc verba sic accipienda esse existimo. *El necio cae em su necedad*, id est, tam diu sapiens constanter persistat in correptione, & exhortatione, donec stultus resipiscat, & suam ignorationem agnoscat.

Posteriorem interpretationem petere licet ex translatione Septuaginta, quam cum originibus in cõcordiam adducere, non est difficile, sic enim habet *Incidit sollicitudo viro intelligenti, imprudentes autè excogitabunt mala.* Fortasse Septuaginta vocem illam *ἰνδύω*. non quidè ad *ἰνδύω*. id est vrsum reduxerunt, sed ad radicem *Dabab* *דָּבַב*. quæ significat infamiam, vel contumelijs contristare, nam pro sollicitudine in græcis est *ἰνδύω*, quæ vox angorè animi notat. Itaq; ego sic interpretor tu videris. Homini quidem sapienti, cùm contumeliosè corripitur, & probro aliquo petitus increpatur, incidit quidem mæror, tristitia, & sollicitudo eius sceleris euadendi, cuius insimulatur. At stultus, & insipiens, non ita, sed correptionibus percitus mali aliquid in corripientem effunderè meditatatur. Fieri etiam potuit, vt Septuaginta verba vt assolent omittentes, sententiam illorum amplexi, per vrsam immitè eam sollicitudinè animum cruciantem, & lacerantem acciperent. Aiunt enim vrsam catulis à venatore orbatam in semetipsam furorem conuertere, atque iniuriæ suæ pœnas à semetipsa immani laceratione expectere, ita tradit Conradus ex locuplete autore, & quod caput est venatoribus, & pastoribus, qui inter vrsas vrsosq; assiduè degunt, ita persuasum est. Ergo sensus erit. *Incidit sollicitudo viro intelligenti.*

Solinus.

49

50

Nimirū cum vir intelligens, ac prudens arguitur, quaedam sollicitudo, & angor animi illum inuadit similis uisā in seipsam ob prolis furta saeuientem; non enim in præceptorem suum, aut doctorem, sed magis in semetipsum furorem concipit, & delictorum suorum pœnas exigit à seipso; secus stultus: hic enim in suum præceptorem rabiem ac furorem effundit.

XIII. Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius.

16

QVI reddit mala, &c. Hebræa non dissonant. Chald. etiam concinit. Septuaginta. *Non mouebuntur mala à domo eius.*

Interpretes communiter locum istum de ingratitude in uniuersum exponunt, ut sit. Deum seuerissimè in ingratos omnes animaduertere solitum, *Qui reddit mala pro bonis*, qui scilicet accepta beneficia iniurijs compensat. *Non recedet malum de domo eius.* Hoc est sceleris istius supplicium à familia & à facultatibus non aberit, ut respōdeat pœna tanto crimini. Nam qui ad eum modum beneficia & merita quæ ab alijs accepit, maleficijs, ac demeritis rependit, omnia illa, quæ ex Dei beneficentia obtinuit, scilicet familiam, & opes, merito amittit.

Hugo.

Sed tamen hæc interpretatio nimis ampla mihi uisā est. Hugo igitur illam pressius accipiens de his quidem exponit, qui ex impatientia in sibi exprobrantes, vel molestiam aliquam inferentes probra, & maledicta retorquent, sic. n. scribit. *Omnis qui male facienti sibi irascitur, reddit malum pro bono, nam omnis molestia & tribulatio bona, & salutaris est homini, vel ad satisfactionem, vel approbationem, & incrementum virtutis: qui igitur tribulanti se irascitur, quasi puer scabiosus est, qui matri lauanti caput eius irascitur & conuiciatur. Item eiusmodi tribulatio, aqua est ad extinguendum ignem concupiscentiæ: qui igitur tribulanti irascitur similis est illi, cuius domus ardet, & afferenti sibi aquam ad extinguendum conuiciatur. Item tribulatio panis est animi. Thren. 3. saturabitur opprobrijs, qui igitur tribulanti irascitur, similis est cani, qui manum porrigentis sibi panem mordet, & paulo post, ita subdit. *Sed dicet quispiam; Et si bona faciant tribulantes, non tamen benefaciunt, quia non hoc intendunt, & ideo non sunt sustinendi? Amice, spine, quæ uineam tuam claudunt, & custodiunt, hoc non intendunt facere, sed si ideo reijcis stultus es.* Hactenus Hugo. Ego uero aliter illam superiorem sententiam coarctandam & promendam puto accommodatè ad superiora, in quibus de correptione beneuolè excipienda sermo est. Itaque ait Salomon. *Qui reddit malum pro bono.* Nimirum si quis admonitionem & correptionem salutarem, qua superior, aut præceptor illius crimina arguit, ægre fert, atq; probra, maledictis & contumelijs vicem illi reddit (id. n. est malum pro bono reddere) ab eo certe Deus seuerissimas pœnas exposcet. *Non recedet malum de domo eius*, aut enim in seipso, aut in familia, aut in facultatibus promeritas pœnas dabit. Deus. n. erga improbos ita se gerit, ut quoties uerba & increpationes ad ipsos coercendos non satis possunt, plagas & uulnera adhibeat. uel aliter, *Non recedet malum de domo eius.* Malum accipe pro culpa, hoc sensu. i. Qui ea ratione ob correptiones in præceptore concitatus pro accepto beneficio probra ingratus re-*

62

A fert, numquā effugiet mala illa uel culpas, ob quas arguitur, sed hærebunt semper ipsi ac domui eius. Quam uero turpe sit bonam & salutarem redargutionem iniurijs, atque contumelijs remeteri eleganter docuit Clemens Alexand. lib. i. pædag. capite 5. *Quemadmodū, inquit, speculū non est malum deformi, eo quod ipsum ostendat qualis sit, & medicus non egrotanti malus, quod ei febrem annunciet: non. n. medicus est causa febris, sed ipse febrem arguit. ita necis, qui reprehendit ei male uult, qui laborat animo, nec ei delicta adiungit, sed ea, quæ insunt peccata ostendit, ut auertatur homo à studijs suis. Pende uerba illa, atque ei peccata adiungit.* Nam ea est improborū hominum infania, ut perinde esse existiment crimina eorum argui & insimulari, ac si illis omnino imponerētur, uel adiungerentur. Optimè igitur Chrysofomus hom. 44. in Epistolam ad Corinthios. *Ergo qui arguitur nō ægre ferat, quod sit. n. medicina est, & inimicitia. Si autem medici uerunt & non reprehenduntur, uel inuis uocantur. etiam si sepe aberrant à fine, sed & qui dolent, dum ueruntur, & secantur beneficiose affici existimant ab his, qui hunc dolorem excitant; multo magis eum, qui suscepit reprehensionem ita affici oportet, ut eum, qui corripit pro medico habeat, non pro inimico.*

Clē. Alex.

Chrysof.

C **XIV. Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum: & antequam patiatur contumeliam, iudicium deserit.**

QVI dimittit aquam, &c. Hebr. *Aperiens aquas principium contentionis, & antequam misceatur lis, dimitte.* Chald. *Qui effundit sanguinem, sicut aquam suscitata iurgia, & antequam exardescat lis dimittenda est.* Sept. longè aliter. *Potestatem dat sermonibus principium iustitiæ, precedit autem egestatem contentio & iurgium.* Theodot. concinit cum nostra. *Qui dimittit aquam, &c.* Metaphor. sanè loquutio, est. n. Hebraicè, *qui aperit aquam:* at, inquires, unde translatio petita est? mitto Lyratum, cuius expositio parum accommodata est, nam sic ait; *Qui dimittit aquam bibèdo uinum nimis forte, ac merum, rixarum, & contentionum, quarum maximam uim ebrietas parit, causam offert.* Ergo hæc prætermissa interpretatione, Rabbi Salomon, &

62

Rabbi Salomon.

D ex hoc alii similitudinem ductam existimant, ab eo, qui fluminis alueum corrumpit, nam licet initio ruptio uel ostium exiguum sit, tamen ipsa met aqua lapsu suo paulatim uiam exerit, & tantum, tamque amplum aperit sibi tramitem, ut nulla ui comprimī, ac coerceri possit. Ergo secundum hanc similitudinem sententia non uno modo confirmari potest. Plures ergo sic aiunt. *Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum.* i. qui rixas & contentiones orditur, similis est illi, qui fluminis exundantis alueum aperit: nam sicut hic paruum licet exitum suffodiat, nihilominus aqua erumpēs amplio rem sibi tramitem facit, & agros latè exundare consueuit; sic etiam qui initium dedit contentioni quantumlibet exiguum, maximis discordiis ostium aperit: nam ipsa per se contentio paulatim alitur, & in magnam euadit discordiam: aded ut sapius magnæ adinstar inundationis populos, atque urbes latè impleat, & quod ex leui quadam duorum contentione auspiciatum est dissidium, in seditionem, & ciuilia bella transeat.

Addit Salomon. *Et antequam patiatur contumeliam iudicium deserit*, si verborum sonum, & tinnitum sequamur, videtur quidem Salomon eius hominis, qui rixas & contentiones alijs immittit, ingenium describere, qui statim atque contentioni ostium referavit, fugit, ac sese in tutum vendicat, priusquam illum concitati belli, aut rixæ inundatio inuoluat, & contumeliis, iniuriis, aut etiam plagis, quæ in contentionibus copiosissimè affluunt, obruatur. Et quidem sæpius ita contingit, vt discordiæ callidus molitor initio nascentis contentionis sese subripiat, alios in stadio, & in agone dimittens, atque adedè cautius cauendus est. Cæterùm si origines penitus rimentur, à sè-su isto longè absunt. Nam primitiua ad verbum sic habent. *Et antequam misceatur lis, dimitte illam*. Itaque Salomon id consilii nobis dat, vt initio antequam lis, & contentio iam oborta exundet & solita incrementa capiat, illam deseramus. Nam quemadmodum paruam rimam, aut exitû, per quem aqua erumpere cœpit, obturare facile est, cum autem ipsa sibi amplum tramitem referavit, non item: sic etiam contentionis primò nascentis exitum obstruere non est difficile, at vbi excreuit, & præruptis obicibus exūdauit, comprimere & coerceri non potest. Hunc ad sensum vocanda est lectio vulgata hoc modo. *Et antequam patiatur contumeliam iudicium deserit*, qui discordiæ initium præbuit quacumque ex causa, similis est ei, qui fluminis alueam aperuit, atque adedè si sapit, antequam vis contentionis obortæ, quasi inundatio aliqua illum contumeliis, & iniuriis obruat, litem deserit, & velut obturatis meatibus contentionem intercipit: itaque hæc parabola docet rixas, & contentiones initio comprimendas.

64
Greg.
Mag.

Ad præfatam etiam similitudinem reuocare licet Magni Gregorij expositionem, qua hoc solum differt à superiori, quod primam contentionum originem, seu rimam altius petit: itaque illum, qui aquam aperit non eum esse dicit, qui contentionis primordia tentauit, sed longius progreditur, & à sola silentij violatione ducit initium, illumque aquæ primum ostium referare affirmat, qui os ad loquendum laxauit. Sic enim scribit libro 7. Moral. cap. 18. *Sape dum ab otiosis verbis nequaquam lingua compefcitur, ad temeritatem quoque stulta contentionis effrenatur: quibusdam enim gradibus desidiosa mens in fouea lapsus impelitur. Nam dum otiosa verba cauere negligimus ad noxia peruenimus, vt prius loqui aliena libeat, & postmodum detractionibus eorum vitam, de quibus loquitur lingua mordeat: quandoque autem usque ad aperta contumelias erumpat, hinc irarum excitantur stimuli, oriuntur rixæ, acceduntur faces odiorum, pax tota extinguitur cordium. Vnde bene per Salomonem dicitur; Qui dimittit aquam caput est iurgiorum, aquam quippe dimittere tantumdem est linguam in eloquij fluxum relaxare. Hactenus ille, qui tantarum contentionum alluionem ex eo solum fluere affirmat, quod per eloquendi redundantiam aquæ exitus reclusus est. Similia verba habet lib. 3. c. 11. *Boni, inquit, viri freno consilii retinent præcipitationem verbi, & cautè considerant ne relaxantes lingue lasciuam auditorum conscientiam in causa locutione transigant, vnde bene per Salomonem dicitur; Qui dimittit aquam, &c. Aqua quippe dimittitur cum lingue fluxus effrenatur. Sed dimissor aque caput iurgiorum efficitur, quia per lingua incontinentiam discordiarum origo propinatur.**

A Alij rursus aliter metaphoram istam conformant, existimant enim similitudinem duci ab aqua in lacu stagnante, & ad secreti obseruationem referunt hoc modo. *Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum*. Scilicet, qui mysterium sibi commissum, non quidem vt efflueret, sed potius vt more stagnantis aquæ contineretur, referat, & in vulgus abire sinit, dissoluendæ amicitia causam præcipuam, iurgiorum, atque dissensionum animam offert: & quidem arcanorum reuelator satis aptè componitur cum eo, qui stagnantem alicuius lacu aquam prærupit. Adest huius similitudinis autor non pœnitendus Petrus Blesensis in opusculo de amicitia. *Qui reuelat*, inquit, *arcana, amicitiam perimit: nam sicut pisces cum stagnantis lacu aqua effluxit illico intermoriuntur, sic etiam vbi animus pereffluit, gratia interit, emoritur benevolentia*. Sed tamen hæc interpretatio prioris Eimistychij cum posteriori non cohæret.

Pet. Bles.

B Non nemo etiam metaphoram aperientis aquam aliò rerulit, existimat enim illam petitam fuisse ab aquis irriguis, quæ rixarum, & contentionum satis vberem copiam agricolis offerre solent, dum quilibet aquam in suum agrum deriuare contendit, vt sensus sit. *Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum*, idest qui lites, & iurgia suscitatur, similis est illi, qui riuali alueum, seu ductum aperit, & in suum prædium deriuat, tunc cum alijs ius competit ad prædia sua infundenda, quod magis contentionibus, atque rixis causam præbere solet. Quod perinde est, ac si dicat, omnes lites, & contentiones, quæ in qualicumque materia suboriuntur, simile exordium habere his, quæ in aquarum partitionibus euenire solent, nimirum quolibet aquam in suum prædium regere volente. Hispani dicunt. *Cada vno quiere tirar el agua asu molino*. Nam dum cuius commodis suis studet, & res alias sibi sumere satagit, alijs etiam ex aduerso easdem obtinere contendentibus, vniuersa litium, & contentionum exurgit dissimilitudo, iuxta illud Iacobi 4. *Vnde bella, & lites in vobis: nonne hinc ex concupiscentiis vestris, que militant in membris vestris? concupiscitis, & non habetis, occiditis, & zelatis, & non potestis adipisci, litigatis, & belligeratis, &c.* Quapropter antequam lis misceatur, dimitte illam, inquit Salomon, hoc est aquam. Rem scilicet, super qua contenditur missam fac, antequam lis, & disceptatio permisceatur, secundum illam Christi Domini sententiam, *Ei, qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, da ei, & pallium*

65

Iacob. 4.

C Matth. 5. Ad hunc etiam sensum accersere licet vulgatam translationem. *Et antequam patiatur contumeliam iudicium deserit*, nimirum is, qui nouit totam litium, & contentionum originem ex eo fluere, quod quilibet aquam in suum prædium regere vult, velut Hispani dicunt. *Porque cada vno quiere Nebar el agua asu molino*, litem sponte deserit, & rei, de qua disceptandum erat, iacturam libenter facit, ne aut contumeliosè causa cadat, vel saltem contentiosi, ac litigiosi hominis probrium sibi inurat, aut litigiorum molestias perpeti cogatur.

Mat. 5.

Ad præmissas huius metaphora non iniucundas interpretationes accedit etiam Hugonis placitum, qui similitudinem istam à vase aliquo, vel dolio ductam existimat, quod per rimulam aliquam effluere permittitur, vt sensus sit. *Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum*. Ad cogitationes animi refert Hugo. i. *Qui cogitationem fluxam, & labilem non coercet, sed per rimas cor-*

66

dis sui, dolij ad instar pertusi effluere finit, iurgiorum causa existit, quia homo exhaustis cogitationibus verbis redundat, inquit Hugo, & verborum multitudinem ira sequitur, & contentio, &c. Itaque D. gregor: iurgia & contentiones ex verbis originem trahere asseruit. Hugo autem altius rem exquirens culpam omnem in cogitationibus confert. Est etiam qui hanc pertusi dolij similitudinem aliter per accommodationem expendit. Nam Plutarchus in lib. de amicitia, quoddam *gratiarum dolium* comminiscitur minime pertusum, hoc autem memoriam esse dicit, quæ omnia ab amico in amicum profecta merita continet, ac nihil effluere permittit. Igitur iuxta hanc Plutarchi sententiam verba Salomonis sic accommodata. *Qui dimittit aquam*: qui scilicet quasi ex dolio perforato eam abire finit; nimirum qui accepta ab amico beneficia ex memoria, quam *gratiarum dolium* esse decreuimus, effluere permittit, iurgiis, atque discordiis initium præbet: nam memoria beneficiorum, ac meritorum abolita, subit statim iniuriarum recordatio, quæ contentionibus atq; discordiis causam præbet. Hæc etiam interpretatio, & similitudinis explicatio cum sequenti clausula confui non potest.

Accedat etiam his alia expositio. Aliquis n. excogitare posset similitudinem hanc dictam ex molendinis, hoc modo. *Qui dimittit aquam caput est iurgiorum*, nimirum is, qui iurgia suscitatur, similis est ei, qui meatum aquæ aperit, qua influente rota molaris citato impetu prouoluitur: sicut enim sæpè accidit, ut aqua immissa, molaris rota ob seminis molendi defectum, vel ob impetum nimium, ignem concipiat, & totius molendini incendium adducat; sic etiam euenire solet hominibus. At quænam est, inquires, rota ista molaris, quæ tantum discordiarum excitat incendium? libens dico. Rotam istam descripsit D. Iacobus cap. 3. *Lingua inquit, constituitur in membris, quæ maculat totum corpus, & inflamat rotam uacuitatis inflamat a gehenna.* In quæ verba istiusmodi scholium coniecit Varablus. *Lingua est quæ adducit in discrimen totum hominem cum inconsultè mouetur, ut more molendinorum totum molendinum incendat, ubi nimio motu ignem conceperint.* Itaque linguam cum molari rota componit, quia sicut hæc vel seminis molendi defectu, vel motu nimio ignem excitat & totum molendinum incendit: sic etiam lingua in familiaribus colloquijs, cum non subest aliqua utilis materia, quam, ut ita dicam, molat, subiectum sibi lapidem atterit. Ad detractiones, probra, & contumelias se recipit, quibus rixarum, atque contentionum ignem suscitatur, adeo ut ab illius scintillis non vna tantum domus, sed vrbes magnæ nonnumquam deflagrent. Aliquando etiam licet seminis molendi, hoc est loquendi, utilis materia suppetat, à motu nimio ipsa per se lingua incalescit, & ignis scintillas eiaculatur. Nam in multiloquio numquam deest peccatum. Aptè igitur Salomon ait: *Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum.* i. qui linguam laxans iurgia, & contentiones excitat, similis est illi, qui rote molari plusquam satis est aquæ, immittit, subdit: *Et antequam misceatur his dimittit.* Nimirum linguam compesce, & verba opprime, hoc est enim aquam interciperet, & continere, ne mola concepto igne molendinum incendat, ibi sibi vult noster Vulgatus, cum ait: *Et antequam passiatur contumeliam, deserit iudiciu,* nimirum vir prudens contentionem soluit, antequam aduersa-

rius calumniator probra in illum regerat, atque infamiam notam aliquam ipsi inurat.

Chaldæus denique aliter huius metaphora similitudinem soluit. Sic enim ait: *Qui effundit sanguinem sicut aquam suscitatur iurgia, & antequam exardescat lû dimittenda est:* quæ verba hunc sensum reddunt, qui iurgia & contentiones ceteris, sæpius ex paruo dissidio eò seditionum, & bellorum reipublicam adducit, ut sanguis largissimè aquæ in morem effundatur. Quapropter, inquit, lis initio comprimenda est antequam sæuiat. Vel aliter Similitudo ducta est à rogo nimium incenso, qui aqua leuiter inspersus, & irroratus, magis ac magis inardescit, ut sensus sit, cum contentione aliqua suborta, & iamiam inflammata, sanguis hinc, vel inde effunditur, perinde est, ac si aqua rogo, aut fornaci alicui nimium incenso inspergatur, quæ quidem non extinguitur, sed magis inflammatur, atque inardescit. Quapropter lis omnis, & contentio antequam exardescat restinguenda, & opprimenda est.

Sed difficilius est translationem Septuag. cum originali in concordiam adducere, exploratum. n. sapientissimos illos interpretes ommissis verbis sententiam tenuisse. Ita n. legerunt. *Potestatem dat sermonibus principium iustitia, præcedit autem egestatem contentio & iurgium.* Et quidem sententia ad lites & causas ciuiles spectare videtur: suadet autem Salomon ab his abstinere, quia paupertatem maximam afferre consueuerunt. Itaque ait, *Potestatem dat sermonibus seu orationibus principium iustitia,* loquitur autem de orationibus, quas ad iudices habent causarum, aut litium patroni: & sensus est; suscipiendæ, atque agitandæ litis copiam facit iustitia. Nimirum quicum iustam causam habet, potest quidem licitè ius suum apud iudices actionibus, & orationibus tue-ri. Non inficior. Illud tamen experientia duce noui, lites & contentiones ferè in paupertatem, & rerum angustias homines adducere. Quid certius? Ergo Salomon metu paupertatis, in quam fere litigatores omnes incidunt, à litibus suscipiendis deterret. At, inquires, qua ratione hæc translatio Septuag. cum originali lectione coheret? *Aperiens aquam principium,* aut *caput contentionis.* Profecto, si fas est dicere, non modo apud Græcos, & alias quasdam gentes, clepsidrarum usum solemnè fuisse ad pernetiendas litigatorum orationes, & actiones, quas ad iudices habebant, sed etiam apud Iudæos, (quod fortasse ex alijs Sacrae scripturae locis coniectari licet) facilis admodum est nexus vtriusque lectionis. Nam aperire aquam tunc perinde erit, atque litem, seu actionem inchoare per quandam venustam allegoriam. Nota est clepsidrarum structura & usus. Apuleius quidem in asino illam descripsit hoc modo. *Et ad dicendi spatium vasculo quodam in vicem colli gracilitate fistulato, ac per hoc guttatim defluo infusa aqua ad populû sic orat.* Per hanc verò Græci sic dicendi tempus distribuere solebant, ut actor clepsidram aperiret, & per spatium aliquod diceret, rursus noua aqua infunderetur patrono, tandem iudici. Hinc nata illa dicendi formula: *Inaniter aquam consumis.* i. tempus orationi, vel actioni præscriptum vanissimis nugis exteris: nec non illa. *Aqua præterfluit.* i. rei petendæ actio iam non subest, & aliæ eiusmodi. Et quidem illa verba Isaia cap. 40. *Ecce gentes quasi stilla sicula, &c.* aliqui ad clepsidram referunt, quæ guttatim aquam perstillat, nam aliorum vasorum, aut calicum vulgarium non est accommoda-

Gregor.

Hugo.

Plutarch.

Iacob. 3.

69
Apuleius.

Isaia. 40.

ea similitudo. Quapropter, *Aperire aquam*, secundum hanc interpretationem, perinde est atque litem inchoare seu actorem esse in lite: idque Septuaginta propterea cauendum suadent, quia in egestatem declinare solet. Vulgatus autem ideo cauendum dicit, quia leues discordiæ in magnas euidit. Hanc expositionem reliquis præferendam puto.

Quod si hæc minus placeant, dicimus quidem Septuaginta. *Aquam aperire*, aut dimittere metaphoricè accepisse pro eo, quod est initium dicendi facere in iudicio: nam ab aquis & fluminibus ad orationem multæ elegantes translationes ducuntur, nam orationem labi, fluere, atque flumen orationis dicimus, & alia id genus.

XV. Qui iustificat impium, & qui condemnat iustum, abominabilis est uterque apud Deum.

Qui iustificat, &c. Hebræa non dissonant. Septuaginta sic habent. *Qui iustum iudicat eum, qui iniustus, iniustum autem eum, qui iustus, immundus & abominabilis apud Deum.* D. Ambr. lib. 1. Offic. c. 27. paulò aliter. *qui, n. (inqui) iustum iudicat iniustum, iniustum verò iniustum, execrabilis erit apud Deum, ut quid abundant iustitia imprudenti.* sic ille extulit extrema verba, pro quibus codices Septuag. hodie habent. *Ut quid diuitia abundant imprudenti.*

Locus perspicuus est. Aliqui in vniuersum exponunt de his, qui per falsam rerum æstimationem, & adulationis studium impios homines commendant, & eorum vitia, vel excusationibus eleuant, vel virtutum nominibus celebrant, ut potè qui auaritiam & sordes illorum parcitatem appellat, & profusas largitiones liberalitatem dicunt, & alia id genus. Hi, n. iustificat impium. Ac rursus illi, qui ex aduerso iustorum virtutes vitio ducunt, nimirum parcitatem vicissim sordes nominant, atque liberalitatem profusionis nomine deturpant, & sic de aliis; hi iustum condemnare dicuntur. Vtrique verò Deo iniusti & abominabiles, & immundi sunt multis de causis: Quia dum vitiorum ac virtutum nomina, & naturas permiscant & confundunt, cunctam officiorum cognitionem & usum euertunt. Vnde Plutarchus in Moralibus sic ait. *Nam dum virtutis vocabula vitiiis tribuunt, & vicissim virtutibus vitiorum nomina dedunt, insciunt affectum seminarium, & habitum animi, unde seu fonte omnia vitia officia proficiuntur.* Nam cum virtutum habitus instar fontium quorundam obtineant, à quibus officia cuncta proficiuntur, ac semina quædam sint, quæ bonas actiones progerminant, sanè qui virtutes cum vitiiis confundit, similis est ei, qui cum semine bono adulterinum permiscet, nec non illi, qui publicos fontes veneno inficit, vel sordes obfundit, ac cœnum. Ad hæc, qui ad eum modum virtutes cum vitiiis componunt, fidem virtutibus detrahunt, & vitiiis auctoritatem conciliant, ac demum omnem honestatis speciem deturpant, propterea Deo abominabiles existunt.

Ceterum posterior expositio est accommodatior, quæ locum istum de iudicibus exponit, qui gratia, aut muneribus corrupti impios absoluunt, & iustos condemnant, itaque ait, *Qui iustificat impium*, scilicet, qui iudicio suo iustum esse decernit eum, qui reus est. *Et qui condemnat iustum*, reum videlicet peragens eum, quem ab omni culpa immunem esse nouit, *Abominabilis est apud*

A Deum, Deo scilicet valde iniustus est: quia cum omnis iudex vicariam Dei potestatem exerceat, illi per omnia similis esse debet: quapropter sicut nulla munerum corruptio, vel personatum acceptio Dei iustitiam flectere potest, sic etiam Vicarius illius omnem se gratiam, & corruptelam arceret debet, qui verò aliter se gerit diuinæ execrationi patet.

XVI. Quid prodest stulto habere diuitias, cum sapientiam emere non possit?

Quid prodest stulto, &c. Hebræicè sic ad verbum. *Ut quid hoc pretium in manu stulti ad acquirendam sapientiam, & cor non, Septuag. Ut quid diuitia imprudenti, acquirere. n. sapientiam excors non poterit.* Ambros. ut nuper obseruauit. *Ut quid iustitia abundat & imprudenti, &c. Chald. Ad quid prodest negotiatio stulto, qui non habet cor, neque scientiam.*

Huius loci sententiam diuersæ translationes euariant. Primitiua lectio hunc sensum reddere videtur. *Ut quid pretium in manu stulti ad acquirendam sapientiam, cum excors sit.* Nimiùm frustra stultus fortunis, ac copiis affatim abundat, quibus sapientiam sibi parere posset, cum præ sua insipientia id præstare negligat. Illud verò *in manu stulti*, ad libertatem pertinet, qua diuitias in comparanda sapientia usum conferre posset. At, inquires, qua ratione sapientiam diuitiis parere licet? Occurrit Hugo Cardinal, nomine sapientia virtutem notari, quæ Eleemosynis liberaliter largiendis, atque in vniuersum recto diuitiarum usu acquiritur. Rodolphus autem nomine sapientia cognitionem boni capiendam putat, atque hanc libris coemptis, & præceptoribus pretio conductis comparari posse affirmat, quæ stultus præ sua stoliditate non facit. Chaldæus habet. *Ad quid prodest negotiatio, vel mercatura stulto, qui non habet cor, neque scientiam?* Nimirum frustra stultus negotiatione, aut mercatura ditescit, cum præ sua stultitia partis uti nesciat.

Sed quia præmissæ expositiones, & alia his ad similes parum accommodatæ aliis visæ sunt, ab externis fortunis ad internas diuitias, & copias se recipiunt: quorum signifer est Caietanus. Ut sensus sit. *Quid prodest stulto habere diuitias, cum sapientiam, &c. i. frustra stultus mente, memoria, voluntate, & aliis facultatibus præditus est.* (hæc enim sunt innatæ hominis opes & fortunæ) cum ad sapientiam comparandam propter cordis, & sensus inopiam, eas adhibere, aut collocare nesciat. In quam sane expositionem libenter irem, nisi alia sese offerret interpretatio cum nostro, & cum originali textu coherentior.

Ergo per diuitias externas fortunas intelligo, atque earum contemptum à Salomone suaderi existimo, cum per se solæ sunt, & sapientia illis socia non hæret. Igitur illud. *Quid prodest*, perinde est, ac *nihil prodest*. Quapropter memoria repetere oportet id, quod supra dixi cap. 6. vers. 12. (nescio an alibi) eam dicendi formulam in scriptura non tantum significare aliquid inutile, ac nullius usus, sed etiam nocuum. Sapient. 1. *Custodite ergo vos à murmuratione, qua nihil prodest.* id est quæ obest plurimum, & ca. 5. *Quid nobis profuit superbia?* id est, multum nobis obfuit. Ierem. *Verè mendacium possederunt patres nostri vanitatem, qua eis non profuit.* & ad Hebr. 1. *Optimum est gratia stabilire cor, non escia, qua nihil profuerunt am-*

Pluta ch.

71.

B

C

D

Sap. 1.

Sap. 5.

Ierem.

Ad Heb. 1.

bulantibus in eis, & passim alia, quæ non solum utilitatis expertem, sed etiam plenum damni, & detrimenti usum sonant. Iam intelligis. quò tendã. Salomon igitur sic ait: Quid prodest stultitia. nihil prodest, imo obest plurimum diuitiarum insanam quandam vim obtinere. Cùm sapientiam emere non possint, nimirum cùm careat ipse sapientia, sine qua diuitiæ valde nociuæ sunt, atque hanc sapientiam copiis suis quãlibet ingentibus cõparare non possit, quia fortunæ, & opes ingentes sapientiam non tam augent, quàm extenuant. Itaque Salomon his verbis monet, opes, cùm abest sapientia, & prudentia ad usum earum moderandũ, diuiti valde nociuas, atque multarum iacturarum causas esse. Ac rursus easdem opes ad parandam sapientiam nihil præstare, cum potius stoliditatẽ, & amentiam afferre soleant. Aristot. lib. 2. Rhetor. cap. 19. Diuitiæ nihil fere aliud sunt, quam fœlix amentia. Adde Chrysof. Hom. 7. in Epistol. ad Colossen. vbi plura de hoc argumento. Quid ergo, inquit, diuitibus fuerit insipientius, hoc autem fit ex animi desideriorum vi, & appetentia. Et iterũ. Nonne vides quomodo insanientes faciunt diuitias, quomodo intumescant, & æstuent? quas enim nugas non sibi describunt magis quam qui Hippocentavros effingunt, & Chymera, & Serpentes, & Scillas, monstris videris eos effingentes. Et si quis velit vnã eorum effingere cupiditatẽ, nihil videbuntur, nec Scilla, nec Chymera, neque Hippocentaurus, si cum periculo illo conferantur, sed videbis illã habere omnes simul belluas. Sed tamen verba isthæc alibi dabitur, & expendemus: hîc verò ad eum sensum sic refero. Quamlibet diuitis hominis cupiditatẽ omnes simul belluas in temetipsum cogere dicit Chrysof. quia omnium stoliditatẽ, & ex pertẽ rationis amentiam conflatur, factus, si licet dicere, cunctis irrationalibus irrationabilior, velut monstrum ex pluribus belluis conflatum.

Arist.
Chrysof.

XVII. Qui altã facit domum suam, querit ruinam: & qui euolat discere, incidet in mala.

73

Qui altam facit domũ suam, &c. Hæc verba desiderantur in originibus. Itaque noster Interpres ex textu Septuag. in suam translulit editionem. Septuag. verò ad verbum sic habent. Qui excelsam habet domum suam, querit contritionem qui autem tortuose accedit ad descendendum, incidet in mala. Sic habet textus correctior, quam lectionem postea examini subiiciemus.

Prioris partis cum posteriori difficilis nexus est. Ergo aliqui vnã ab altera seiuungunt, & neutram cum altera coherere existimant. Itaque prius Hemistichium bifariam exponunt. Qui altam facit domum suam, querit ruinam. Nimirum qui opes suas, & fortunas in immensum cumulant, & exaggerant, earundem euerisionem, & extremam iacturam querunt. Itaque nomine domũs, diuitias intelligunt, vt sæpè alibi, & similitudo ducta est ab his, qui ædes non ad perpendicularum sed indirectis muris aut parietibus attollunt, quæ quo altius eriguntur, eo certiori, & grauiori casu ruunt: ad eundem modum, qui diuitias exædificant, absque iustitiæ, & æquitatis perpendicularo, quo altius earum molem euehunt, grauiorem similiter, atque certiore ruinam sibi accersunt. Huic adsimilis est sententia illa Eccles. 21. Qui ædificat domum suam impendens alienis, quasi qui colligit lapides suos in hyeme. Nimirum similis est ei, qui bruma vrgente parietes construit ocys ruituros:

A nam eo tempore calx, cœmentũ, & alia bitumina gelu rigentia minime coalescunt, ita etiam facultates alienæ numquam inter se coherent, & in vnã rem coeunt, sed solutæ, & diiectæ ruunt. In quibusdam codicibus est. Sicut qui colligit sibi lapides in tumultum sepulchri: quia nimirum ruentes mole sua ipsum opprimunt, & altissimè sepe liunt. Quæ similitudo est etiam accommodata; significat etiam diuitias malè partas malè quoque dilabi, atque earum iacturam dominis suis sapius mortem maturiorem adducere solitam.

B Altera interpretatio præmissa verba ad tumorem, & superbiam refert ad hunc modum. Qui altam facit domum suam, querit ruinam. Nimirum qui superbas, & insanas moles suæ mentis elatione attollit, ruinã miserabilem sibi ipsi accersit, & quidem secundum eam ex offensionem similitudo ducta videtur ab ædibus, quæ nullo firmo firmamento subnixæ altissimè eriguntur, cum his enim aptissimè componuntur superbiorum vasta molimina, & cogitationes vanæ sine fundamento humilitatis. Humilitas enim fundamentum est profundè iactũ. Audi vñ Chrysof. Hom. 25. in Genes. Virtus, inquit, non est, nisi coniunctam habeat humilitatem, qui hoc fundamentum recte iecerit, poterit in quantum voluerit altitudinẽ structuram excitare. Hæc maxima est munitio, hîc murus inexpugnabilis, hæc turris incoccussa hæc omne continet ædificium, non sinens ipsum, vel à ventorum violentia, vel ab imbrum impetu, vel ab spirituum videri. sed omnibus insidijs inaccessum facit, & inuictum, quasi ex adamante constructum esset. Et rursus hom. 21. in Epistolam ad Romanos. Nihil, inquit, humilitate potentius petra est fortior, & adamante solidior, & in maiore nos securitate collocat, quàm queant vel turres, vel vrbes, vel muri. Vt igitur in solida simus petra fundati relicta arrogantia humilitatem sectemur. Mitto verba Augustini in serm. 10. de verbis Domini, quia familiaria sũt Magnus esse vis, à minimo incipe, cogitas magnã fabricam construere celsitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis &c. Ergo superbiam hoc proprium est magnas moles & altissimas turres abque villo fundamento supra arenam, ne dicam supra ipsius aëris instabilitatem, architectari, ac propterea illi ruina præsto est.

Chrysof.

C Secundum præmissas expositiones prioris Hemistichij, & posterioris, nullum nodum tradunt interpretes, sed absolute quasi nouam sententiã subijci existimant. Et qui euolat discere, incidet in mala. id est, qui edoceri, atque erudiri ab alijs recusat, sapius offendens corruet, & multa mala committer, vel multas ærũnas sibi accerset. Ego verò id ad superbiam referendum esse dicerem: Nam doctrinam, & disciplinã detrectare non minima superbiam, & tumoris pars est. Is autẽ, qui doctrinã, & disciplinam præ superbiam aspernatur, similis esse dicitur illi, qui altissimã domum molitur, quia propriæ sapientiæ tantũdem tribuere, vt ab alijs erudiri negligas, & alios præ te contempnas, nil aliud est sane, quàm mentis suæ fastigiũ & arcem opinione tua super omnes aliorum arces sine fundamento attollere. Hinc autem infelix casus, & misera ruina.

D Sed licet hæc expositio satis apta videatur, tamẽ si tota sententia à Græcis originibus exactè petatur, alia subest opposita interpretatio: præmittere autem oportet, extrema verba ex Græcis ad vnguẽ expressa sic afferri, ὁ δὲ τὸ κρονιάζων, uolens, id est, obliquans, & intorquens discere, incidet in mala. Existimo ergo hic sermonem esse de his, qui sine magistri, & præceptoris institutione, sa-

E

pietiae structuram aliquam erigere volunt, quos in multos errores decidere necesse est. Itaque ait Salomon. *Qui altam facit domum, quarit ruinam, qui autem doctrinam detorquet, incidet in mala*, sic conuertendum esse cenleo, quasi dicat, sicut is, qui aedes altius attollit sine perpendiculi, ac regulæ examine, ædificium statim ruiturum condit: sic etiam sapientia, quæ sine præceptore, ac doctore construitur, velut indirectus, & incuruus paries, vbi alti⁹ erecta est, multos erroribus depressa ruit: sic intelligo illa verba, *Qui detorquet doctrinam*. Noster autem interpres sensum tenuit cum transtulit. *Qui autem euolat discere*. Nam præceptoris institutio, & informatio adinstar est perpendiculi, ac regulæ quo sapientiae structura regitur, ne vilis erroribus incuruata deprimatur. Lege Plutarchum in libello de officio auditoris.

XVII. *Omni tempore diligit qui amicus est. & frater in angustiis comprobatur.*

Omnino tempore, &c. Hebr. *Et frater ad angustiam nascetur, vel, natus est*. Pagninus. *Propter angustiam remouendam nascitur*. Chal. *Et frater ad tempus angustiae natus est*. Septuag. *In omne tempus animus sit sibi, fratres autem in necessitatibus utiles sint, huius enim rei gratia nascuntur*. Alij denique conuertunt ex Heb. *Et frater in angustia nascetur*.

Duas omnino huius loci præcipuas expositiones inuenio: Altera est eorum, qui locum istum inter amicum, & fratrem partiuntur, ita ut prior pars ad amicum spectet, posterior fratri adscribenda sit. Altera eorum, qui vtramque vni amico tribuendam esse, atque hunc fratris nomine cenferi putant: ergo iuxta priorem expositionem sensus sic confirmandus est. *Omni tempore diligit amicus*. Nimirum verus, & non adulterinus amicus amicitiam nullo tempore intermittit: sane triplici ex capite amicitias tempus labefactare solet. Primum est *satietas*, nam quidam assidua alicuius consuetudine, & familiaritate satiati gratiam deserunt, aduersus quos est illud Tullij in Lelio. *Non enim amicitiarum esse debent, sicut aliarum rerum satietates*. Nam in amicitia quæ vetustissima, eadem suauissima sunt. Secundum est *etatis*, & morum dissimilitudo, quæ ex temporis commutatione accidere solet. Tullius ibidem, *scipio*, inquit *minor dicere solebat, nihil difficilius esse, quam amicitiam usque ad extremum diem permanere, mutantur enim aliquando mores, alijs aduersis rebus, alijs etate ingrauescente*, &c. Tertium est, *fortuna commutatio*, quæ volente etiam tempore euenire solet. Hinc est illud.

*Cum fueris diues, multos numerabis amicos,
Tempora si fuerint nubila, solus eris.*

Ergo Salomon hæc omnia complexus ait. *Omni tempore diligit amicus*, i. fidus, & constans amicus ceptam amicitiam numquam intercipit, non. n. satietas, non etatis, aut morum diuersitas, non denique fortunæ commutatio, quæ temporis decursu euariari solent, illius benevolentiam variam, aut instabilem reddunt. Vnde eleganter Antonius in Melissa ex Menandro sic addit. *Aurum quidem probari solet igne, amici vero benevolentia tempore arguitur, qui enim tempore secunda fortuna amico adlatatur, temporis est amicus, non amici*. Hinc etiam fit amicū longo tempore explorandum esse. Cum enim tempus in omne suscipiatur, haud perbreui temporis interuallo probandus est. Vnde Plutarchus falsum Zeuxidis responsum eleganter ad hanc sententiam flexit in lib. de amicitia in multos diffusa, sic enim scribit, *Itaque ut Zeuxis pictor quarenti-*

bus cur tardius, longoque tempore pingeret, respondit; Ego longo tempore haud dubie pingo, id est aternitati; sic perpetuam amicitiam constare non licet, nisi longa vita consuetudine exactoq; iudicio. Addit aliquid esse, quod longas temporis moras redimere, & cōpescere possit, scilicet aduersam fortunam, qui enim in aduersis perstat, & gratiam non intermittit, is demum sine alio examine in familiarem consuetudinem excipi potest. Et quidē licet tres illas temporis varietates cōplex⁹ videatur Salomō, quas nuper adscripsim⁹, cū ait, *Omni tempore diligit amicus*: sed præcipue de hac fortunæ cōmutatione capiendus est, ut infra dicem⁹.

Addit Sapiens. *Et frater in angustiis comprobatur*. Si de germano fratre id intelligam⁹, perpicua sententia est, erit n. sensus; amicū & fratrem eodē animo præditos esse oportere, ita ut amicus nulla temporis vicissitudine, & frater vicissim nulla aduersitate gratiam deserat. Frater n. tunc demum fraternū animū prodit, cū in aduersis fratri suo præsto est. Hinc est illud Isocr. apud Maximum in sermone de amore fraterno. *Nō decet fratres, ut lances in statera, altero humiliato alterū extolli: quin pot⁹ vbi alter depressus fuit, alter ex naturæ consensu ad similitudinem & æqualem depressionem sese demittere debet, & eandē cū fratre alicā subire*. Huius fraternæ gratiæ optimum exemplū producit August. lib. 2. de ciuit. c. 25. militis cuiusdā, qui cū fratrem à se peremptū in bello agnouisset, facti huius pertæsus sibi ipsi manus attulit, & fraterno cadaveri se adiunxit. *ut par, inquit, esset vtriusq; alicā*. Origenes habet, *Et frater ad angustiam nascetur*. nimirum propterea multi ab eisdē parentibus fratres edūtur, ut sibi mutuo in angustiis, & calamitatibus præsto sint. Optima est Petrarchæ sententia, ait enim: *Decet, inquit, eos, quos eiusdem alui angustia continuerunt, numquam sibi in quibuslibet calamitatum, & ærumnarum angustiis deesse*.

Cæterum posterior expositio, quæ vtramq; sententiæ partem amicis tribuit, mihi videtur accommodatio. Itaque ait Salomon, *Omni tempore diligit amicus*, de hoc supra, *Et frater in angustiis comprobatur*: non vna huius extremæ partis vis. Interpretes quidem ferè ita accipiunt, amicus fratrum animum erga amicum gerere debet: hoc enim vera amicitia suadet, eiusque fides in angustiis & calamitatibus exploratur. Quid certius? Hinc est illud Isocratis ab eodē Maximo productū. *Amicos ex vita calamitate, & periculorum participatione probato, aurū enim igni probamus, amicos autē in rebus aduersis dignoscim⁹*: ab Isocr. autem sumpsit Poëta,

*Scilicet, ut fuluum spectatur in ignibus aurum,
Tempore sic duro est inspicienda fides.*

Accedat Plutarch. apud D. Anton. vbi supra, *Equi bonitate in bello, amici vero fidem in calamitate iudicamus*. Et Menander apud eundem, *Equi vsum asperitas via prodit, & amicū beneuolum calamitates discernunt*, mitto alia. Ratione offert alius Poëta apud Pseudo-Augustinum in lib. de Amicitia. c. 3.

*Non est persona, sed prosperitatis amicus,
Quem fortunatenet dulcis, acerba fugat.*

Verumtamen, ni fallor, aptior alia sententia subest illis verbis ad hūc modū *Et frater in angustiis comprobatur*. Nimirum amicus in omne tempus diligit, & cū in angustiis, & calamitatibus perstat, in gratia omnino fratrem se esse prodit. Quasi dicat, & in angustiis frater esse euincitur. Et quidem amicitia, cū arctior est, fraternam gratiam non solum attingere, verum etiam superare, docet infra Salomō c. 18. *Vix amabilis ad societatem magis amicus erit, quam frater*. Hanc sententiam luculentam reddit lectio originalis, *Et frater in angustia nascetur*, ita lego, non ad angustiam, nimirum eum amicū, qui

Plutarch.

Cicero.

Ouid.

Anton.

Plutarch.

77.

Maxim.

August.

Plutarch.

Maxim.

Ouid.

Plutarch.

Pseudo
Aug.

78.

in aduersis semper tibi aderit, tanquam frater est alium quem in angustia denuò tibi natū estimare debes. Nota est illa familiaris sententia, *Amor autē parit, & amicitia amicos gignit*. Ego uerò addo, amicitia veros, & minimè degeneres amicos in prospera, & secunda fortuna iucundè & cum voluptate concipere, sed in aduersitate, & angustia cū maximis (ut heri solet) doloribus eniti, & in lucem edere. Aptè igitur Salomon: *Et frater, seu amicus in angustis tibi nascetur*. Fortasse autem documentum cuiusdam vim habet: Quasi dicat, in secūda fortuna concipere licet amicos, hæc enim animos conciliare solet, ac parere, & palam profiteri non nisi in aduersa; Nam in partu dolores intercedere necesse est: ad id spectat sententia D. Gregor. Nazianz. in tractatu 45.

Nazianz.

*Fidis amicis nil puta prestantius
Quos casus asper parturit, non pocula,
Qui profutura consulant, non que placent.*

XVIII. *Stultus homo plaudat manibus suis, cum sponderit pro amico suo.*

79.

Stultus homo, &c. Heb. *Homo carens corde percutiens manum spondet sponsonē ad faciē amici sui*. Chald. *Pangit manum suam*. Sept. *Vir imprudēs plaudit, & congaudet sibi, cū etiam spondēs sponderet suos ipsius amicos*. In quibusdā codicibus est. *Suum ipsius amicum*, de singulari, & additur, *& in suis labiis condit ignem*. Sed tamen hæc verba exacta sunt à Complutensi, Regio & Vaticano.

Huius quidem eloquutionis vim, si perstemus in originali, ex vulgata lectione supra enucleauimus c. 6. ver. 1. Vbi etiam aliquid diximus ad lectionem Septuaginta spectans, atque adeò nihil hinc præter ea scribendum puto.

XIX. *Qui meditat̄ur discordias, diligit rixas: & qui exultat ostium, querit ruinam.*

80.

Qui meditat̄ur discordias, &c. Heb. *Qui diligit prauaricationem litem diligit, eleuans ostiū suum, querit ruinam*. Chald. *Qui querit peccatum, diligit rixam, & qui exultat portam suam, querit intentum*. Septuag. *Amans peccata gaudet rixis, & durus corde non occurret bonis*. Symmachus & Theodot. concinunt cum nostra, in quibusdā etiā libris mendosè legitur, *& qui exultat os suum*.

Priorem partem (ut alias parum aptas interpretationes missas faciam) sic edisserendam puto, ut *discordias meditari*, ad animum referatur, id est, diuersa, & discrepantia sentire, ita ut sensus sit. Qui studet illis contradicere, atque his aduersa, & pugnantia sentire (ita enim fert quorundam ingenium, ut alienis sententiis numquam acquiescant, sed omnibus obloquentur & contradicant;) si sanè rixas adamant, & contentiones quæ inde sæpius euenire consueuerunt: nam obloquentiones, & contradictiones ferè rixas parere solent.

At posteriorem partem cum hac priori innodare difficile est. Caietanus ergo nexum non curat, sed nouā sententiā ratus, nouā, atque singularē expositionem commentus est ad hunc modū. *Qui exultat ostium, querit fractionem* (sic ipse legit) id est, quicumque usurpata auctoritate claudit ostiū suū, volēs scilicet fontes, qui illam ingrediuntur, seruari impunes, hic sanè fractionē querit, quia eius fores à magistratu, vel à principe ad reos producēdos effinguntur. Hæc tamen interpretatio mihi coacta videtur. Nō tamen difficile esse etiā lectionē Caiet. ad sensum prioris Hemistichij reuocare, hoc modo. Qui alie-

Caiet.

Anis opinionibus, ac sententiis numquam acquiescit, sed suis nimium adhærens reliquis cōtradicit, ac sese obiicit, & rixas sibi accersit, hic certè similis est illi, qui fores domus suæ occludit. Vulgò n. dicimus, ut aliquē prorsus alicui sententiæ addictū esse significemus. *Es hombre que seucira de golpe*. Ergo hic homo fractionē forium querit: nam qui ad eum modum aliorū iniuria sese claudit, ut quoque; & iniuria effraetis seris recludi solet, & quod sponte seruire recusat, ut cogitur. Aliter etiā similitudo duci potest ab eo, qui fores domus suæ seris fortissimis mutiuit, quas cū postea facile referare non possit, effringere cogitur. Quæ similitudo aptè cadit in aliā expositionē quā Rodolphus nō leuiter insinuat. *Qui meditat̄ur discordias*. Nimirum qui rixarum, & contentionū causas apud se arcano versat, iniurias sibi illatas memoria repetēs, *Diligit rixas*, quia meditatio hæc & agitatio iniuriarum quamlibet iniūta arcana sit, & quasi quibusdā seris occlusa in animi penetralibus contineatur, tandem aliquando in manifesta bella, & rixas erumpit; hæc autem eruptio violenta est, fores effringit, ac seras retundit. Itaque Salomon suadet discordiarum veterum causas obliuioni tradendas esse, nam si memoria repetantur contineri quidem non possunt, sed omnes seras, & repagula rescindunt, & immanissimè læuiunt.

Rodolph.

B

Cæterum cum istæ expositiones in vulgatam lectionem minimè quadrent, alias estigare oportet accommodatiores. Iansenius quidem de nexu etiā prioris partis cum posteriori minimè sollicitus, posteriorem sic edisserit, *Qui exultat ostiū querit ruinam*. Ostium quidem capitur pro domo per synecdochen, accepta scilicet parte pro toto. Itaque hæc sententiā haud dissimere videtur ab illa superiori. *Qui altā facit domum suam querit ruinam*, imò illam ex hac profectā putat Iansenius. Itaque sensus est, qui superbiam, & animi elationē supercilij sui fastigiū attollit, & supra cunctos euehi curat, ruinam, & casum miserabilem sibi accersit. Lege multa, quæ in eum locum contulimus. Cæterum si hæc Iansenij coniectura non displicet, & ostium accipiatur pro domo, sensus profecto, me iudice, ita conformari poterit, ut posterior pars priori respondeat. *Qui meditat̄ur discordias, diligit rixas*. Is autē contentionū & rixarū amator similis est illi, qui ita extollit domum suā, ut vicinas despiciat, atque illis imminet. Sicut enim aduersus illum, qui ad eum modū ædes suas cum aliorum iniuria euehit, vicini litem mouere, ædificiū inhibere, ac demum obventa lite adigere solent, ut quidquid cōtra ius fastigium altius extulit, diruat, atque fastigiū deponat: sic etiā accidere solet superbis, qui cū se suāque omnia præponere,

81.

Iansen.

C

D & in quandā alius iniuriam, & contumeliosam celsitudine attollere moliantur, omnium in se odia, atque discordias concitant, qui nō prius illis oblectari, & bella mouere celsat, quoad detecto fastigio ad aliorū conditionē se deponant. Itaque Salomon secundum hanc interpretationem potissimam discordiarum, & contentionum causam in superbiam, & elationem confert, atque id sibi voluit cū ait, *Et qui exultat ostium, vel domum suam, querit ruinam*.

Secundā interpretatio est Rodolphi, qui ostiū in sua germana significatione accipit pro porta; intelligit autē per metaphorā os notari, hac ratione. *Et qui exultat ostium, querit ruinam*. Nimirum qui os suū eleuat maiora pollicendo, quam quæ adimplere, & exequi possit, hūc ruere, atque promissis suis minimè stare necesse est: existimat enim Rodolphus locū istum neccendum esse cum superiori, in quo de sponsonē sermo est. Hugo ad detractiōnē refert hoc modo. *Qui exultat ostium suum, &c.* id est, qui os suum

82
Rodolph.

os suum ita extollit, vt Principes, ac superiores suis detractationibus, & obloquutionibus attingat, hunc sane ipsorum Principum, ac superiorum mole oppressum ruere necesse est, quia vel Principes in suos detractores inuchi solent, vel quia superiorum, ac praepositorum famam laedere Deo imprimis iniuriosum est. Lyra, *Oris exaltationem accommodatius ad iactantiam refert hoc modo. Qui exaltat ostium, &c.* Qui scilicet os suum eleuat, semetipsum iactando, & alios praese contemnendo, *Quaerit ruinam;* Quia scilicet, qui ad eum modum sese iactat, multos sibi consciscit inimicos, qui illum ad ruinam impellunt; atque hac ratione posteriorem hanc partem cum superiori non incongrue contextit: & quidem si hac ratione per ostium os accipiendum omnino esse ego decernerem, praemissam metaphoram sic soluerem. Quemadmodum si quis domus suae ostium, quod ad ingrediendum, & egrediendum facile, & planum esse oportet, a terra eleuet, atque erecto limine attollat, huc domo exeuntem non semel impingere, ruere, ac illi di necesse est: sic etiam eum, qui oris sui ostium per elationem, & iactantiam altius tollit, verbis labi passim necesse est, nam sermones, vt ita dicam, ab ore exeuntes, in ipso limine impingunt, & quidem pleraque oris peccata ex superbia, & elatione proficisci nullus inficiabitur, cum id passim doceat Augustinus.

August.
83.

Verum enim vero vt dicam quod sentio, ostium quidem in sua germana significatione accipiendum puto, non autem pro domo per synecdochen, nec etiam pro ore per metaphoram. Existimo autem hominem describi praeduro ingenio, ac difficilibus moribus, quem sine inuita adire non licet, sunt enim eiusmodi homines non pauci contentiosi, rixosi, & difficiles, ad quos nemo accedit, qui vulnus aliquod non referat. Salomon igitur hos illi ad similes esse dicit, qui limen domus suae exaltat, & altius tollit, sicut enim in domum, cuius limen & ostium elatius, quotquot adeunt impingunt, atque ruunt: sic etiam ad contentiosum & difficile hominem aditus difficilis est. Quapropter quotquot ad illum ingredi volunt, in limine ipso illiduntur. Itaque illa verba, *Qui exaltat domum, quaerit ruinam,* illa inquam, *quaerit ruinam,* non de ruina domus, non etiam de ruina eius, qui domum condidit, sed de ruina eorum, qui domum adeunt capiendam, & per similitudinem praemisso modo edisserenda sunt. Hanc expositionem commendat translatio Septuag. qui dimissis verbis, sententiam sic tenuerunt. *Et durus corde non occurrit bonis,* hoc est, homo durus ingenio, & agrestibus moribus, nemini etiam bono acquiescit, quasi dicat nulli sui copiam facit, vel aditum ad se facilem praebet. Accedit etiam nexus prioris partis cum posteriore, qui secundum hanc interpretationem optime adstruitur. Denique cum familiari, & vulgato loquendi modo cohaeret tam linguae sanctae, quam aliarum. Nam in scriptura passim ingredi ad aliquem, est ipsum alloqui, & apud Latinos *adire aliquem,* est ipsum affari. Seneca in Hercul. fur. simile aliquid scripsit.

Seneca.

*Ille superbos aditus Regum,
Durasque fores expers somni colit.*

Cicero.

Et Iulius ad Attic. *Difficilior inquit ad Antonium aditus esse dicitur.* Et ad Ligar. *Magnis occupationibus eius, a quo omnia petuntur aditus ad eum difficiliores fuerunt.* Ex aduerso etiam alibi sic scribit. *Commendo, inquit, tibi hominem sicuti tua fides, & meus pudor postulat, tantum vt faciles ad te aditus habeat, nimirum vt beneuolum & facilem illi praebas, accedit etiam Virg. 4. Aeneid.*

Tom. 2.

A *Sola viri molles aditus, & temporamoras.*

Ille igitur ostij sui exaltator atque eleuator dicitur, qui difficiles ad se aditus facit praefato iam sese

Virgil.

XX. *Qui peruersi cordis est, non inueniet bonum: & qui vertit linguam, incidet in malum.*

Qui peruersi cordis est, &c. Hebr. *Peruersus corde non inueniet bona, & vertens se in lingua sua cadet in malum.* Caiet. *Iniquus corde.* Chald. *Et qui peruersus est in lingua sua, incidet in malum.* Septuaginta. *Vir facile mutabilis in lingua incidet in mala, cor autem imprudens dolor possidenti illud.* commutant, scilicet sedem, verborum, sed non euariant.

84.

Huius loci sententiam non eodem modo conformant interpretes. Plures quidem existimant hinc verbis dolos in vniuersum prohiberi ad hunc modum. *Qui peruersi cordis est non inueniet bonum,* id est, qui subdola agit in corde suo, vt alii insidias parat & fraudes moliat, nihil vnquam boni capiet, ita enim decet, vt qui malum aduersus alios excogitat, boni proprii exors fiat: *Et qui vertit linguam suam, incidet in malum.* Nimirum qui non corde solum dolos architectoratur, sed etiam lingua ludificat proximos in eadem ipse calamitates incurret, quas aliis parat. Sic Rodolph. Caiet. autem animaduertit, posterius carmen priori praeferi a Salomone, sic enim ait. Ille quidem prior est illo, quanto grauius est incidere in malum, quam carere bono, sed tamen haec leuiora sunt.

Reliquas expositiones peperit modus ille loquendi. *Et qui vertit linguam suam,* quem examini subiicere oportet, Hebraice est: *נִפְחָךְ Nephach.* a radice *Naphach.* Vni autem huius verbi expendens ex Hebraeis aliquis affirmat, Primo & praecipue dici de figulo, qui lutum conuersione rotae in varias formas effingit. Isaia 29. ad verbum ex Hebr. *Vertere vestrum vere, sicut lutum figuli.* id est, sicut lutum figuli conuertimini, & migratis in varias formas, & Iob. 38. *Restituetur, vt lutum signaculum.* Heb. *Vertet se, sicut lutum figuli.* Hinc vero ad quamlibet conuersionem, & commutationem & metamorphosin significandam ascisci docet.

85.

Ergo Hugo Cardinal. de adulatione exponit, per hanc enim lingua, vt ad principum voluntatem, & gratiam sese temperet, in omnes formas migrare solet adeo, vt dicere possis adulatorum figuli in more lingua sua, tanquam vdam luti massam, in quamlibet speciem commutare solitum: vide quae supra diximus ad illa verba, *Labiū veritatis firmū erit,* quomodo autem adulatoris lingua varias formas suscipere solet Polipodis exemplo adubrat Basilii, qui novos subinde colores euariat iuxta lapidum species, quibus adhaerescit. Plutarchus autem similitudine praeterfluētis aquae, quae cum nullo colore praedita sit, subiecti soli speciem refert. At melius fortasse alter minime penitendus autor, eundem cum aqua marina contulit, quae cum nullo etiam colore imbuta sit, caeruleum desuper imminentis caeli colore reddit: sic etiam adulator superiorum, ac principum formas excipit, & sui dissimilis pro re nata sese adaptat. Alibi etiam Plutarchus adultores cum lineis, ac superficiebus componit, quae nec inflectuntur, nec producantur, nec mouentur per se; flectuntur autem, producantur, & migrant cum ipsis corporibus, Ita, inquit, *adulator suoque quidem affectu non mouetur, sed cum irato irascitur, cum gaudente ridet,* &c. Praetereo Chamæleontes, Protheos, vasa vitrea, & chrystalina, & columbarum colla, &

Hugo.

Basil.

Plutarch.

C

quæcumque alia, quæ versicoloris, seu alternas A
species induunt. Ex his enim ad adulatorum lin-
guas norandas exempla, & similitudines ducunt
Plutarchus, Aristot. Seneca, & alij.

Hugo.

Secundò, idem Hugo præmissa verba ad detra-
ctionem referri posse existimat: nam detractores
quoque linguas suas vertunt, & euariant, aliter
enim, præsentibus, aliter absentibus loquuntur.

86.
Rodolph.

Tertiò, Rodolphus eum linguam suam vertere
dicit, qui fidem fallit, & promissis non stat. Existi-
mat enim Salomonem adhuc de sponsione agere,
& sane infidelis, & fœdistragi hominis lingua lutù
figuli imitatur, quæ in mentis instabilitate, seu in
rota quadam volubili singulis cõuersionibus mutatur,
nec sibi similis est: ad hæc interpretationem
pertinere videtur lectio Septuagint. quæ sic habet. B
Vir facile mutabilis in lingua incidet in mala.

Plato.

Quartò, demum alij (quibus ego assentior) de
mendacibus exponunt, quorù lingua instar figli-
nae rotæ conuersa, & rotata res pro arbitrio effin-
git, & in quaslibet formas cõmutat. Vnde Plato in
Sophista, in edaces figulos appellat. *Figuli, inquit,
sunt mēdaces, hi enim fabulas, illi vasa fingunt.* Hæc
ergo expositionem ideo præferendam censeo, quia
iuxta illâ posterior hæc pars priori ad vnguē res-
põdet. Nã prius quidẽ Salomon dolosũ incescit,
cũ ait, *Qui peruersi cordis est, non inueniet bonũ.* i.
quo dolos corde instruit omnis boni expertus erit,
& qui vertit linguã suam, id est mendax, *incidet in
malum*, vel qui in mendacio deprehensus multa-
bitur, vel quia opprobrium sibi inuret: vel aliter.

XXI. *Natus est stultus in ignominiam suam:
sed nec pater in fatuo letabitur.*

Natus est stultus, &c. Hebraicè. *Generans stul-
tum ad tristitiam sibi.* Pagninus. *Quis generat
stultum ad tristitiam suam generabit illum.*

Et non letabitur pater stulti. Caietan. *Et non letabitur pater vilis,* hoc est de generis filij. Chald. *Qui generat stultum mœstus est ei.* Septuaginta. *Non letabitur pater super filio indisciplinato: filius autem prudens letificat matrem suam.*

Nostræ lectionis sententia perspicua est. *Natus est stultus in ignominiam suam,* &c. Nimirum miserum est stulto nasci, cum id sibi ad ignominiam cedat, adeo ut hic si saperet præferret quidem minime natum esse. Ratio autem in promptu est, quia homines æqui rerum aestimatores, famam bonam, & opinionem, vitæ antepone solent, vnde pro fama tuenda libenter mortem oppetant: ergo in eum, qui ad ignominiam nascitur merito dicemus illud, *Melius erat illi finitum non fuisset homo ille,* cum præstet non viuere, quam infamia laborare. Addit, *sed nec pater in fatuo letabitur,* id est, pater, qui maximam ex filiis suis voluptatem capere, cui filij in delictis esse solent, si filium stultum susceperit, non letitiam sed merorem inde hauriet. Nam parentes propterea in filiis gaudere consueuerunt, quia vitam suam in illis produci, atque famam, genus, & maiorum stemmata ipsis obeuntibus haud intermori putant, si filij superstitibus sint: ergo cum præstet non viuere, quam infamia laborare, stultique filij ad ignominiam, & infamiam nati sunt, utique parentes in filiis stultis, atque adeo infamiae labe aspersis, se viuere non gaudent, imo fatius ducunt memoriam, genus, sua denique omnia cum ipsis demum emori, quam in illis viuendo dedecus eorum sibi adurere, & post mortem, si licet dicere, vitam infamem agere.

LECTIO quidem originalis vtramque partem parenti accommodat, *Generans stultum ad tristitiam sibi, & non letabitur pater stulti.* Est autem eiusdem sententiæ cõgeminatio, quæ familiaris valde est in sacris litteris. Ergo in textu Hebraico est *77 toled,* à radice *alad,* quæ significat gignere: est autem Benoni, seu participium actiuũ: noster autem interpres videtur legisse *77 tulad.* in Paul. mutatis punctis, scilicet in participio passiuo. Septuaginta verò de more suo, ne in hac sententia solemnis aliis antithesis desideraretur, sic extulerunt verba ista. *Non letabitur pater in filio indisciplinato, filius autem prudens letificat patrem suum,* quæ sententia omnino concinit cum ver. i. capitis 10. ad illũ, & quæ ibi diximus in hunc locũ cõice.

XXII. *Animus gaudens etatem floridam facit: spiritus tristis exsiccat ossa.*

Animus gaudens, &c. Hebr. ad verbum. *Cor latum benefaciet medicina,* id est, ad instar optimi medicamenti corpori medetur, ne morbis deficiat, & tabescat. Chald. *Cor gaudens pulchrum facit corpus.* Septuag. *Cor latum facit bene habere, viri autem tristis siccantur ossa.* Symmach. *azadivis inliar:* id est etatem efflorescere facit: extrema autem verba Aquila sic transtulit. *Spiritus peruersus exsiccat ossa.* Theodor. *Spiritus compunctus.* Symmachus. *Spiritus humiliatus.* Addit Rodolphus ex Rabinis aliquem sic locum istum reddendum existimasse. *Cor latum iuuat aciem oculorum.*

Huius loci sententiam aliqui nimis abiciunt, cum enim legant, *Cor latum benefaciet medicina,* ad hunc modum exponunt. Medicamentum quodlibet tunc quidem proficit, & iuuat, cum alacri animo est, qui illud excipit: nam qui tristi, & deiecto animo accipit, vim eius experiri non solet. Ita docet Cornelius Celsus de Medic. lib. 4. & ratio ipsa suadet, quia animi anxietas, & sollicitudo per se ipsam ægritudo quædam est, ut statim dicemus, quæ si ad morbum alium accedat, plane insanabilem, atque immedicabilem reddit. Tum etiam quia, ut docet Cornelius, tristitia & sollicitudine, quemadmodum etiam timore, cor, & viscera frigent; atque adeo medicamenti decoctionem impediunt. Consonat illud Menandri. *Multorum maiorum causa omnibus est suapte natura tristitia, propter hanc etiam insania oboritur multis, & ægritudines incurabiles.* Item Hieronymus in Isa. *Animi latitia interdum corporis dolores mitigat, quod si ad agrotationem corporis accedat ægritudo animi, duplicatur infirmitas.* Hæc tamen expositio, quæ ut iacet accepta, humilis est, spiritualem ad sensum vocata illustrior redditur. Ergo dicamus Salomonem secundum eam interpretationem similitudine medicinæ hoc inuulisse; quod quemadmodum medicamenta corporea ægris anxii, & tristibus prodesse non solent: sic etiam nullum spirituale amuletum tristitia, & merore confectis salutare est, non consilium, non adhortatio, nõ animaduersio, nõ aliud aliquid, tũ quia tristitiæ passio per se morbus quidam est, qui cum alteri spirituali ægritudini hæret, illam immedicabilem reddit: tũ etiã quia animus ipse ex merore, & tristitia frigesces nullũ spirituale medicamentũ decoquere potest, nõ cõsiliũ, non correptionẽ, non item alia, quæ nisi de coquantur, & digerantur, salubria quidẽ esse non possunt. D. Antiochus in Hom. 25. de tristitia sic scribit. *Neuisquam, inquit, admittenda est tristitia, nec eiusmodi accipienda im-*

88.

Cornel.
Cels.

Menand.

Hieron.

89.

portuna aegritudo animi, & infra. Monachus mœrore
 intabescens a simili est ei, qui æstuantis febre labo-
 rat, nullo hic pacto mentem ad contemplationis sur-
 rigit studium, neque ad orationem sinceram, non ad-
 hortationem, non consilium excipiet. Tunc sane
 morbos curatu difficiles existimant medici, cum
 duo aduersi, & complicati (ita ipsi appellant) in
 vno atque eodem homine coeunt, nimirum cum
 idem homo lienis, ac iecoris morbo laborat, vel
 aliis similibus, quia medicamenta, quæ ad mor-
 bum alterum pellendum accommodata sunt alter-
 rum quidem augent, atque fouent. Ad eundem
 modum, qui spiritali quopiam morbo affecti
 sunt, & insuper tristitia, atque ægrotudini animi
 locum fecerunt, quodammodo immedicabiles
 redduntur, quia cum alij animi morbi austerioribus
 medicamentis plerumque opus habeant, ac
 rursus tristitia mitioribus remediis indigeat, & au-
 sterioribus irriteretur, sane austeriora illa, & acerbata
 medicamenta si adhibeas, tristitia fouetur, si au-
 tem mitioribus, & suauioribus vtaris, reliqui spi-
 rituales morbi, ac febres accenduntur. Ob eam
 causam tristitiæ ac tædio obsistere, omnemque
 animi angorem pellere suademur, ex aduerso au-
 tem lætitia, & gaudium cum animum recreant ad
 omnia spiritalia medicamenta salubrius excipiē-
 da illum mirificè comparant, nam remediorum
 austeritatem & acerbicatem suauitate sua leniūt,
 & ad ea excoquenda, & dirigenda satis caloris
 suppeditant. Quapropter optime Salomon, *Ani-
 mus gaudens bonam faciet medicinam.*

90

Ad eundem modum de altera lectione decer-
 nendum est. *Cor latum iuuat aciem oculorum.* Ex-
 ploratum enim est tristitiam, & angorem animi
 oculos perstringere, & hebetare solitam. Hinc
 est, vt tristes lucifugæ sint, & tenebras libentius
 petant: non solum quia tenebræ tristibus gratio-
 res sunt, sed etiam quia mœror oculos hebetat,
 argumento sit, quod in his pallentes oculi, vt au-
 tor est Aristoteles, extinctas faces imitantur, ex
 aduerso autem lætitia lumina acuit, & quodam-
 modo accendit: id verò ad animum referendum
 est, & per similitudinem sic accipi debet. *Cor la-
 tum iuuat aciem oculorum*, id est, lætitia quidem
 corporeos oculos acuit, sicut tristitia vicissim eor-
 dem hebetat, sed multo magis eadem lætitia ani-
 mi oculum, id est mentem detergit, quemadmo-
 dum tristitia mœrorque perstringit. D. Basilius
 Seleuciæ Episc. oratione secunda de Lazari susci-
 tatione. *Annon*, inquit, *tristitia intensa mortem ge-
 nerat, annon animi perspicuitatem, & aciem obscu-
 rat, ita vt nihil eorum fere, quæ conueniūt, innotescere
 valeat? Ergo tandem aliquando mentis oculum ad
 cælum subleuemus, & missa tristitia quod spirita-
 le est animo versemus.* Hæc ille: licet præterea eam
 lectionem ad Vulgatæ nostræ sensum vocare. *Cor
 latum iuuat aciem oculorum*, id est iuuentam ver-
 nare facit: nam in senibus oculi caligant, & hebes-
 cunt: itaque concinit cum illo. *Animus gaudens
 ætatem floridam facit.* Nam vigor ætatis, vel ma-
 ximè in facie, atque in oculis efflorescit. Huc spe-
 ctat etiam translatio Septuaginta. *Cor latum fa-
 cit bene habere* id est valetudinem adducit. Chal-
 dæus, *pulchrum reddit corpus*, omnia in idem reci-
 dunt. Vide quæ nos diximus supra cap. 15. vers. 3.
 ad illa verba. *Cor gaudens exhilarat faciem*, &c.
 Nam prioris huius Emystichij sententia ab illa,
 nec latum vnguem, discedit. Subdit.

Aristot.

Basil.

91.

Et spiritus tristis exsiccat ossa, id est membra om-
 nia conficit, & exhaurit, tristitiâ quippè non ani-
 mus solum, sed etiam corpus tabelcit, & angor ip-

fas ossium medullas exedit, Galen. de sanitate tuè.
 da. libr. 3. ca. 16. *Ex tristitia*, inquit, *homines magis
 graciles, & magis aridi, ac minus dicto audientes
 plane cernuntur.* Sed exactissime Corn. Celsus
 hanc siccitatem descripsit de med. lib. 1. cap. 3. *Spi-
 ritus*, inquit, *cum grauius hominem affligunt, non
 modo infirmant, verum etiam & resoluunt, & absumunt,
 & caloris ebullitionem toti corpori conciliant
 tantam, quæ temperamentum calidius, si eiusque, &
 corpus gracile, & aridum efficere queat.* Demum
 Hippocrates, tristitiam & curam, morbum cura-
 tu difficilem esse docet, in lib. 2. de morbis, vbi sic
 scribit. *Curæ in visceribus veluti spina esse videtur,
 atque illum pungere.* Succedat memoria illa lectio
 Theodotionis. *Spiritus compunctus exsiccat ossa*,
 congruit enim cum hac Hippocratis sententia:
 quò etiam spectasse videtur Dauid, cum ait, *Con-
 uersus sum in ærumna mea dum configitur spina*, id
 est tristitia. Adde etiam afflictionem, & angorem
 animi tribulationem appellari, à tribulis, vt docet
 D. Isidor. lib. 10. Etymolog. nimirum, quia tan-
 quam tribuli, ac spinæ cor pungit. Addit Hippo-
 crates. *Vbi hæc anxietas animum corripit, lucem, at-
 que homines fugit, & tenebras amat, & timor inua-
 dit, aridus est, & ad contactum dolet, & expanescit,
 & terriculamenta, & somnia horrenda videt.* Lege
 plura in supra adscripto loco.

Galen.

Corn. Cels.

Hippocr.

Theodotio

Isidor.

C **XXIII. Munera de sinu impius accipit, vt
 peruertat semitas iudicij.**

Munera de sinu impius, &c. Hebr. *Munus è
 sinu impius capiet ad peruertendum semitas
 iudicij*, Chald. *Vt declinet à via iudicij*, Sept. *Acci-
 pientis munera iniuste in sinibus, non prosperantur
 via, impius autem declinat vias iustitiæ.*

92.

Duplicem ad sensum hæc verba accedere licet.
 Prior est Iansenij. *Munera de sinu impius accipit*,
 &c. Nimirum homo impius ex sinu suo munera
 clam producit, eaque iudici vel magistratui offert,
 vt mentem illius ad se flecat, & iustitiæ amissim
 detorqueat: quod quidem per inde est, ac si dicat;
 Munera & dona iudici offerre ad eius beneuolen-
 tiam elucrandam, eius sane est, qui cum causæ, at-
 que iuris sui infirmitatem nôrit, contra ius fasque
 petitam rem obtinere volens iudicem donis ado-
 ritur, vt mentem illius, iustitiamque detorqueat:
 nam ex aduerso, qui litem iustam defendit, & æ-
 quitati suæ confidit, à donis, & largitionibus ab-
 stinet. Itaque hæc sententia secundum præfatam
 expositionem admonet magistratus, vt nouerint
 eos plerumque iniustos esse, & lites, causasque ini-
 iustas tueri, qui illos donis, & muneribus clam ad-
 oriuntur; id enim est eorum consilium, vt quid-
 quid æquitati deest largitionibus compensent.

Iansen.

93.

Posterior expositio communis, quam idem
 Iansenius alteri adnectit, & præfert, præmissa
 verba ad illum refert, qui munera accipit hoc mo-
 do. *Munera de sinu impius accipit.* Nimirum impius
 iudex oblata sibi clam munera & dona libenter
 accipit. *Vt peruertat semitas iudicij*, vt scilicet
 his corruptus æquitatem, & iustitiam deserens
 ei causam, & litem adiudicet, qui plus donauit.
 Semitas autem iudicij appellat Salomon leges,
 à quibus iudicem exorbitare & pedem efferre
 non licet. Ergo has semitas rectas, & tritas mu-
 nera peruertunt, euertunt videlicet, ac delent,
 quia iudicem cogunt, vt desertis semitis tritis ac

Alciatus. rectis auiā diuerticula sequatur. Ætius Iurifconsultus apud Alciatum leges *vias* appellat *Regias*, & *Imperatorias*, ac statim addit. *Ab his quidem indices vi, aut pretio declinantes alias vias, vel potius diuerticula extrinserunt.* Hæ sunt, inquit Alciatus, corruptæ, & adulteratæ legum interpretationes, quas dum alij, atque alij deinceps sequuti sunt, pro viis tritis, hoc est pro legibus haberi cœperunt. Ergo cum Salomon ait eos, qui munera accipiunt vias iustitiæ peruertete, sic accipe, magistratus muneribus corruptos regias, & imperatorias vias deferere, & diuerticula, falsas scilicet, legum interpretationes captare. At quis non doleat hoc nostro sæculo tot, tamque dissimiles, ne dicam transuersas, imo sibi aduersantes oppositasque vias, non aliunde, nisi ex iudicium corruptelis adiuuentas, & excogitatas fuisse? sane iurisperitos nostros ludibrio habuit, & luculentam illis plagam infixit, quisquis ille est, qui librum suum ita inscripsit, *Communes contra communes*: eorum videlicet variam opinandi, & leges interpretandi instabilitatem coarguens. At quid, inquires, in dissimiles adeo legum expositiones ipsos compulit? vis atque pretium, inquit Ætius, nimirum largitiones, & munera. Translatio Septuaginta perspicua est.

XXIV. In facie prudentis lucet sapientia: oculi stultorum in finibus terra.

94. **I**n facie prudentis, &c. Heb. ad verbum. *Cum faciebus intelligentis sapientia, & oculi stulti in extremo terra.* Chald. *Vultus prudentis hilaris est in sapientia, & oculi stultorum in profundis terra.* Sept. *vultus intelligens viri sapientis, oculi autem imprudentis ad extrema terra.* Symmach. concinit cum nostra.

Iansen. Rodolph. Primam expositionem ad origines referunt Iansenius & Rodolphus hunc ad modum. *In faciebus intelligens sapientia*, nimirum homo intelligentia & prudentia præditus sapientiam tantum, id est virtutem, & honestatem præ oculis habet, hanc impensius optat, & votis omnibus exquirat. Ad hunc sensum etiam referri potest lectio vulgata. *In facie prudentis lucet sapientia*, id est prudenti sola sapientia fulgere, ac splendere videtur, id quod vulgo dici solet, *Esō es loque luce. Oculi autem stultorum in finibus terra*, id est stulti & vecordes homines vota, atque desideria sua rebus terrenis adiciunt, *In finibus terra*, hoc est totius orbis imperium ambiunt, & ditionem suam ad vsque vltimos mundi fines pertingere cupiunt, sic Rodolphus & Iansenius. Ego verò ita quidem acciperem. *In finibus terra*, hoc est in limitibus prædiorum, & fundorum, quasi dicat, stultis quidem, atque vecordibus id tantum in votis est, vt suorum prædiorum, ac fundorum limites ac fines amplificent.

95. **Clarius.** Secunda expositio est Clarij ad hunc modum: homo prudens semper in prospectu suo habet vnde discat sapientiam. Stultus autem putat eam longissimè distitam, scilicet in extremis terra, & ideo nunquam inuenit eam.

Tertia interpretatio, quam duo præfati Iansenius, & Rodolphus etiam tradunt, & reliqui fere interpretes amplexantur, sic habet. *In facie prudentis lucet sapientia*, hoc est, sapientia, seu probitas, quamuis in animo est, tamen perspicua sui argumenta in facie, & in vultu, & in reliquo hominis habitu prodit, ibi splendet, ac fulget. *Sed oculi*

A *stultorum in finibus terra.* Nimirum stulti oculos vagos, & instabiles in longissima, & valde diffusa iaciunt, hoc enim stultitiæ maximum argumentum est. Itaque sapientum modestiam, & compositum totius corporis habitum commendari, ac rursus insipientis immodestos, & inordinatos motus, & gestus describi existimant. Hunc sensum reddere videtur translatio Septuaginta, quæ sic habet. *Vultus intelligens viri sapientis*, id est, vultus viri sapientis præ se fert intelligentiam, & sapientiam. Nam Philosophia, & morum compositio, vultum componit, & colore suo imbuat. D. Greg. Nazianz. in oratione 14. de pace sic scribit. *Quin etiam pulchrum illum sublimium virorum florem, hoc est pallorem, & compositam loquendi rationem, & incessus grauitatem cum mansuetudine coniunctam heri Philosophiam appellabamus &c.* Itaque sapientitiæ succus ex Nazian. pallor est, & quidem sapientis vultum eleganter descripsit Lucanus, *Lucanus.* cum ait.

Talis inest habitus qualem nec dicere mæstum, Nec fluidum, lata, sed tetricitate decorum.

Accedit etiam Tullius in libr. 3. de Oratore, qui *Cicero.* de omni animi motu in vniuersum sic scribit. *Omnis motus animi suum quendam à natura habet vultum, & sonum, & gestum, animi imago vultus est. Nam hæc una pars corporis quæ quot animi motus sunt, tot significationes & commutationes possit efficere.* Cassiodorus li. 4. Epist. Est, inquit, in ipso motu, gestu tenenda veracundia. *Habitus enim mentis in corporis statu cognoscitur, hinc homo cordis vestri absconditus, aut leuor, aut iactantior, aut turbidior, aut contra grauior, & constantior, & purior, & maturior æstimatur. Itaque vox quædam est animi corporis motus.* Ergo *in facie sapientis lucet sapientia*, hoc est micat & splendet. *Vultus seuerus*, inquit Augustinus, *custos est disciplina, atque probitatis, hic si absit, veluti fax leuitatis vento exposita resinguitur.* Itaque seuerum, pallidum, & grauem viri prudentis vultum laternam quandam imitari affirmat, in qua probitatis, & honestatis fax sic clauditur, vt niteat, sic patet, vt leuitatis, & immodestitiæ ventos arceat. Aptè igitur Salomon: *In facie sapientis lucet sapientia*, scilicet vt in laterna fax, sic sapientia, & probitas in seueritate, & grauitate vultus nitet.

C Terciam interpretationem nobis offert paraphrasis Chaldaica, quæ sic habet: *Vultus prudentis hilaris est in sapientia, & oculi stultorum in profundis terra.* Nimirum vultus prudentis, & sapientis lætitiā, & decoram quandam amœnitatem præ se fert: at facies stulti demissa, deorsum spectans, oculi deiecti, & ima despicientes: hic enim est habitus tristis, & mœsti hominis. Itaque illud, *In finibus terra*, Hebraicè: *In extremo terra*, ad profunditatem re ulit Chaldaus, & lectionem vulgarem eundem ad sensum vocare fas est, hoc modo; *In facie sapientis lucet sapientia*: nimirum sapientis faciem nitentem, placidam, scilicet, atque amœnam reddit sapientia: *Oculi stultorum in finibus terra.* Hoc est stulti deiecto vultu præ tristitia, tanta attentione terram intueri solent, vt ipsam oculis suis peruadere, & ad profundissimas ipsius centri partes acie sua pertingere velle videantur. Et quidem vultum placidum, & decoram lætitiā sapientem imprimis decere nemo inficiatur, eam scilicet, quam bene sibi consciamens parit; Plutarchus in Moral. *Vt frontis non deest humor semper ex eo scatens, sic probi viri semper adest gaudium, etiam si res extrema mutentur.*

D **E**

XXV. Ira patris, filius stultus, & dolor matris, quæ genuit eum.

97.

Ira patris, &c. Hebr. *Et amaritudo genitricis suæ.* Chald. *Filius stultus exasperat patrem suum, & exacerbat matrem suam.* Septuaginta: *Ira patris filius imprudens, & dolor ei, &c.* Theodotion: *μυεασις, id est, exacerbatio, ei, quæ genuit eum.*

Sententia est perspicua, & ab ea, quam nuper expendimus vers. 21. parum abludit, & quidem accommodatè Salomon patri iram, & indignationem dedit, hæc enim virum robustum decet, matri autem dolorem, & amaritudinem, hæc enim molle feminarum ingenium afficere solet. Itaque ait, *ira patris filius stultus.* Nimiram filius improbus, ac degener, patrem suum ad iracundiam concitat adeò, ut cum ipsum corripere opus est, non paternè, sed hostiliter, & crudeliter in illum sæuiat: *Et dolor, seu amaritudo matris, quæ genuit eum.* O factum & omni fera immaniore filium, qui parentem suam, quæ tot illum doloribus semel enixa est, ad novos iterum, & maiores dolores compellit! Lege Augustin. in lib. 5. Confess. ubi Monicam sæpe, ac sæpius illam ingenti dolore repetitis vicibus reparituisse tradit, *Nesciebat inquit, & ideo flebat, & eiulabat, atque illis cruciatibus arguebatur rea reliquiarum Heuæ, cum gemitur reparituriens, quod cum gemitu pepererat.* Aptè igitur Salomon parenti ob filium stultum & improbum, dolorem accommodat. Hebr. *Amaritudo genitricis suæ.* Symmachus: *μυεασις*, sunt qui putant, *μυεασις, μυεασις, μυεασις*, & alia id genus, fluere quidem ab illo nomine, *μυεσις, δος*: quod intybum, aut chicorium, vel agrestem lactucam sonat. Vox autem originalis Hebraica *ממער* Memer, non abit ab hac significatione. Nam Exod. 12. ubi legimus: *Et azymos panes cum lactucis agrestibus*, in Hebræo est, *Memere*: id est, cum amaritudinibus. Ergo sensus est, filius improbus intyba, & amaras lactucas, vel si quid acerbius est, parentem suam vorare facit, hoc est, animum illius acerbitate, & amaritudine affatim replet. Plinius quidem lib. 20. c. 8. huius oleris medicam vim extollit, sed ad perpurgandas mulieres maximè salubrem esse docet, sic enim scribit: *Mulierum quidem purgationibus adeo prodest, ut mortuus partus irahat, & quidem sæpius hoc medicamento vitur Deus.* Nam ad expurganda indulgentissimarum matrum peccata, filiorum contumaciam, & impietatem permittit, ut his quasi intybis acerbissimis voratis, antea cætas culpas, & crimina expient, & emortuos partus egerant, eos scilicet, de quibus Beatus Iacobus c. 3. *Concupiscentia cum conceperit parit peccatum, peccatum verò cum consummatum fuerit, generat mortem.* Huc spectavit etiam Augustinus, qui antiquæ suæ erga parentem impietatis, & contumaciæ pertasus ait, suam insolentis animi peruicaciam parenti suæ ad purgationem exhibitam. Hac tamen purgatione matres alia magis indigent.

August.

Exod. 12.

Plin.

Iacob. 3.

XXVI. Non est bonum, damnum inferre iusto: nec percutere principem, qui recta iudicat.

98.

Non est bonum, damnum inferre iusto, nec percutere principem, qui recta iudicat.

Agnificos super rectitudinem, lectionem Caietani postea subiiciam. Chald. habet. *Mulctare iustum non est bonum, neque percutere iustos, qui dicunt recta.* Septuaginta: *Neque fas insidiari principibus iustis.* Symmachus Hebraici textus vim expressit.

Rodolphus existimat hæc verba ad proximè præcedentia referri posse, hoc sensu: *Non est bonum, damnum inferre iusto.* Hebr. *Condemnare iustum.* Nimirum valde impiè, ac temerè agit, qui ob delicta filij parentem damnat: sæpè enim accidit, ut parens pius, iustus, & qui sedulam, & accuratam educandis filiis operam nauat, eosdem ob difficile ingenium, & degeneres mores contumaces experiat. Non probo. Caietanus itaque sic legit: *Etiã condemnando ad iustum non bonum, ad percussendum principes super rectitudine:* exponit autem ad hunc modum. Quamuis impium sit iustum damnare, & infontem veluti reum mulctare, tamen non propterea aduersus Principes, & magistratus consurgere, & eos aut lædere, aut violare licet, quod infontem aliquando reum peragant, & supplicio afficiant, si tamen iustè, & secundum allegata, & probata sententiam ferunt. Itaque hic locus docet iudicium arbitria, & decreta à nemine iudicari, vel damnari debere. Ad hunc sensum vulgatam lectionem allicere integrum est, hoc modo: *Non est bonum damnum inferre iusto*, scilicet iudicis, vel principis sententia iustum damnare, & supplicio addicere nefas est, cum eius innocentia, aut iustitia comperta est, *Nec percutere principes, qui recta iudicant.* i. hoc etiam malum, imò deterior est, lædere magistratus, aut iudices, cum infontem damnant, si tamen iustè, & secundum exceptam probationem id faciunt. Huc spectat illud Epicteti apud Maximum serm. 5. *Vi iusta, inquit, bilanx nec à vera bilance corrigitur, nec à falsa examinatur, sic etiam iudex iustus nec à iustis examinari, nec ab iniustis argui debet.*

Rodolph.

B

B *Etiã condemnando ad iustum non bonum, ad percussendum principes super rectitudine:* exponit autem ad hunc modum. Quamuis impium sit iustum damnare, & infontem veluti reum mulctare, tamen non propterea aduersus Principes, & magistratus consurgere, & eos aut lædere, aut violare licet, quod infontem aliquando reum peragant, & supplicio afficiant, si tamen iustè, & secundum allegata, & probata sententiam ferunt. Itaque hic locus docet iudicium arbitria, & decreta à nemine iudicari, vel damnari debere. Ad hunc sensum vulgatam lectionem allicere integrum est, hoc modo: *Non est bonum damnum inferre iusto*, scilicet iudicis, vel principis sententia iustum damnare, & supplicio addicere nefas est, cum eius innocentia, aut iustitia comperta est, *Nec percutere principes, qui recta iudicant.* i. hoc etiam malum, imò deterior est, lædere magistratus, aut iudices, cum infontem damnant, si tamen iustè, & secundum exceptam probationem id faciunt. Huc spectat illud Epicteti apud Maximum serm. 5. *Vi iusta, inquit, bilanx nec à vera bilance corrigitur, nec à falsa examinatur, sic etiam iudex iustus nec à iustis examinari, nec ab iniustis argui debet.*

Caiet.

C

Maxim.

D

Reliqui interpretes existimant Salomonem duas hinc numerare dignas omni obsequio personas, quas vereri, & colere omnes debent, quas item lædere, aut violari impium est, scilicet virum iustum atque Principem, seu magistratum. Sic Iansenius, & alij, sed tamen ne langueat sententia, vide an inter virum iustum videlicet, ac Principem inita sit comparatio ad hunc modum, *Non est bonum, damnum inferre iusto*, imò impium atque sceleratum est, *Nec percutere Principem, qui recta iudicat.* Quasi dicat, hæc quodammodo paria sunt. Nomine autem iusti non intelligo virum probum, & pium; sed iudicem aliquem integerrimum, & incorruptum. Itaque sensus est, qui iudicem æquissimum à Principe nuncupatum ac præfectum violat, perinde facit, ac si Principem ipsum, cuius ille personam sustinet, læderet, ac violaret, sic enim fert communis hominum consensus iniurias inferioribus magistratibus illatas ad Principem quodammodo spectare. nil certius. Quapropter magistratus occidere aut percutere per legem. i. ad legem Iuliam in P. crimen est maiestatis læsæ atque pari pœna, atque illud, quod in personam Principis admittitur puniendum censerunt Cæsares. Huc spectat etiam illud Demosth. contra Midiam: *Magistratum, inquit, verberans vel prætorem, aut contumeliis afficiens, iniuria publicæ veluti civitatis res est.* Quasi dicat, non dignus tantum ea pœna, quæ in violatores Principum statuta, sed etiam illa, quæ in proditores reipublicæ lata est. Hæc mihi ante alias expositio probatur.

99.

Demosth.

XXVII. *Qui moderatur sermones suos, doctus & prudens est: & pretiosi spiritus vir eruditus.*

100.

Qui moderatur sermones suos. Hebraicè. *Prohibens eloquia sua sciens scientiam, pretiosus spiritu vir intelligens est.* Chald. *Et qui humilis est spiritu vir intelligens est.* Septuaginta: *Qui parcat verbum promere durum bene sentiens, longanimis autem vir prudens.* Aquila, *beneficiens*, pro illis verbis, *pretiosi spiritus*, in originibus est, *ויקר ריח*, *Veichar, ruach*: aliqui verò existimant interponendum esse Iod, hoc modo, *ויקר ריח*, *Vicar*. Nonnulli ergo referunt ad radium *יקר* *Iacar*: hoc est *appretiar*, aut *carum*. Hinc lectio nostra nata est, *& pretiosi spiritus*, &c. Rursus alij eam vocem petunt ex radice *קרה*, *Karah*, quæ significat *concingere*, & quidem ad hanc, ni fallor, spectarunt Septuaginta cum reddiderunt, *Longanimis autem*. Nam vitum spiritus contignati, non alium, nisi fortem, & malorum tolerantem esse existimauerunt. Item alij reuocant eam vocem ad radicem *קרר* *Karar*, duplicantem secundum, id est, frigidescere. Hinc nata alia lectio, quam ex Rabinis multi amplexati sunt. *Frigidus autem spiritu vir sapiens*: de qua postea. Chald. conuertit, *Humilis spiritu*. Videtur autem ad raritatem spectasse, quam significat verbum *Iacar*: ita vt hominem *rari spiritus*, id est qui parcat spirat, pro humili spiritu acceperit. Nam superbos ad maxima quæque aspirare & sibi ingentes spiritus fumere dicimus.

101.

His præmissis si de lectione vulgata sermo sit, sensus quidem prioris Emystichij in promptu est. *Qui moderatur sermones suos, doctus, & prudens est*, qui scilicet modum orationi suæ imponit, qui verbis parcat, atque raros sermones ferit, doctus vtique, ac prudens est: tum quia verba metiri opus maximæ sapientiæ est: tum etiam, quia dum quis tacet, & verba opprimit, prudens vulgo haberi solet, iuxta id quod statim addit: *Stultus quoque si tacuerit*, &c. Caterùm hæc priora verba cum sequentibus confluere haud facile est, & *pretiosi spiritus vir eruditus*. Ergo ad istum nexum sex interpretationes conformare licet, quas tum Vulgata, tum etiam aliæ lectiones spirare videntur.

Prima est, quam vulgus interpretum amplectitur, vt hîc de silentio in vniuersum sermo sit, hoc modo. Qui à sermocinatione, & multiloquio sibi temperat, prudentiæ, & sapientiæ eximiæ vir est. Omnis enim cautus, & intelligens pretiosum habet spiritum. Et quidem spiritus in scriptura sæpius accipitur pro verbis, aut impetu loquendi infra cap. 25. *Non potest in loquendo cohibere spiritum suum*, & cap. 1. *En proferam vobis spiritum meum, & ostendam vobis verba mea*, & alibi. Ergo cum ait Salomon, *Et pretiosi spiritus vir eruditus*, perinde est, ac si dicat, viri sapientis verba esse pretiosa, cara, & rara, hæc enim omnia significat vox originalis. *Pretiosa*, inquam, quia rara, & rursus cara, quia pretiosa: nam quæ rara sunt, magno in pretio haberi consueuerunt, & quæ per magno æstimantur, caro etiam constant. Et quidem raritas verborum spectatur in paritate, paritas autem loquendi in duobus consistit. Primo vt vix necessitate compulsus quis loquatur. Secundo vt cum demum coactè loquendum est, paucis verbis rem

A complectatur, si autem ad hunc modum verba moderari contigerit, sermo erit pretiosus, præsertim si accedat verbis diligens pensatio, & meditatio, nam quæ magno in pretio sunt diligentissimè appendi, & librari solent. Hinc est illud, *Et verbis tuis factis stateram*. Denique illa, quæ tanti æstunantur, non vilius, sed carius vaneant necesse est: ea propter Salomon alibi præcipit, vt sapiens, non nisi interrogatus, aut etiam rogatus, loquatur. Itaque verba sapientis precibus impetranda esse docet Salomon, & quàm caro constant ea, quæ precibus parantur, nemo ignorat.

Secunda expositio, quam tradidit Iansenius, ad **102.** *secreti* obseruationem spectat, ita vt sensus sit. Qui **Iansen.** modum imponit verbis suis, vt nec passim, nec omnia dicat, sapiens vtique, ac prudens est. *Et pretiosi spiritus vir eruditus*. Spiritus, inquit Iansenius, pro *arcano*, & *secretis* accipi consuevit infra cap. 29. *Totum spiritum suum profert stultus* &c. *Sapiens autem reseruat in posterum*, & cap. 25. *Verbi patenti componitur vir, qui non potest. In loquendo cohibere spiritum suum*, id est, qui secretum sibi commissum seruare non potest. Ergo Salomon ait, sapientis, atque prudentis hominis spiritus valde pretiosus est: & quemadmodum quæ magno in pretio habentur diligentissimè asseruari, & thecis includi consueuerunt: sic etiam vir prudentia & sapientia pollens, spiritum suum. i. arcanum sibi commissum, custodit ac seris quàm studiosissimè munit. Hinc est illud Isocratis, qui in **Isocrat.** oratione ad Demo. *sermonum*, inquit, *deposita fidelius ac diligentius, quàm auri, & pecuniarum custodito*. Nimirum quia longè pretiosiora sunt.

Tertia interpretatio est Rodolphi, qui **103.** *spiritum* **Rodolph.** *pretiosum* perinde esse existimat, atque raram quandam intelligendi, & cognoscendi vim: & secundum eam acceptionem sententia ad hunc modum construi potest. *Qui moderatur sermones suos doctus, & prudens est*. Hebr. *Prohibens eloquia sua*, id est, qui silet, ac verba omnino opprimit, sapiens, ac prudens est. *Et pretiosi spiritus vir eruditus*. Ille scilicet pretiosa quadam, & exquisita intelligendi vi præditus est, qui eruditè, grauitè, & serè loquitur, cum opus est. Itaque Salomon docet ad tacendum quidem magnam sapientiam esse necessariam: Caterùm ad loquendum aptè, & appositè cum res postulat maiori, ac præstantiori prudentia opus esse. Itaque eruditus hic appellatur aptè, & disertè loquens. Interim autem suadet Salomon tacere, cum hoc facilius ac tutius sit, quàm illud. Vnde Epictetus sic scripsisse fertur. **Epictet.** *In omni negotio nihil adeo perspicendum est, quàm vt facile tutum, & securum sit, quod agitur, est autem tutius, ac facilius tacere, quàm aptè loqui*. Citatur autem in Enchyridio.

Quartam expositionem obtulit Caietanus, qui **104.** *pretiosi spiritus vir eruditus*, sic acutè magis, **Caiet.** quàm solidè exponit. Verba, inquit, moderari oportune, & disertè loqui, insignioris cuiusdam sapientiæ documentum est, qui autem eam sapientiæ vim adeptus est, magno in pretio haberi debet, non quidem pretio pecuniæ, sed spiritus: pretio inquam spirituali, cui omne temporale pretium immenso interuallo cedit, atque inferius est.

Quintam expositionem spirat Chaldæus, qui **Chald.** de fastu, & iactantia comprimenda locum interpretatur, sic enim habet. *Qui moderatur verba sua disertus est*, id est, qui à verbis abstinet ventosis, & tumidis, prudens valde, atque sapiens est, *Et qui humilis est spiritu, intelligens est*. Is scilicet, qui altos, & ingentes spiritus non proflat, maxima quæ

dam intelligentia pollet. Coniecturam huius loci A initio præmissi, ubi addidi Chaldaum quidem voces illas *Virum ruach*, Virum scilicet vari spiritus accepisse illum qui parè, & exiliter spirat, propterea reddidit, & *qui humilis est spiritu*. Nam quemadmodum superbi, & arrogantes, spiritus ingentes habent, & flatibus suis ubique perstreperunt: sic etiam humiles parè flant, & exiliter spirant. Hanc vnam causam assignat D. Ephren. in titulo de humilitate, ob quam superbi calamitatibus, atque laboribus velut aquis immerfi statim præfocantur, scilicet quia spiritus cohibere, ac continere non possunt: humiles verò laboribus obruti diu sub illis esse, ac tandem emergere valent, quia scilicet rari atque paucissimi spiritus sunt, atque adeo longo tempore sub aquis esse possunt. Sed tamen appositè ad hunc locum, in quo Salomon dicit illum esse intelligentem, & cognitione diuinarum rerum instructum, qui per rari & exilis spiritus est, scribit Diu. Ioan. Chrysofom. Hom. 14. in Genesim, ubi docet humiles Urinatorum in morem (vulgo *Buzanos*, hi sunt, qui ad profunda maris se demittentes cohibito spiritu tandem sub aquis sunt quoad margaritas inde trahant) scripturæ profunditatem adire, atque inde sapientiæ, & prudentiæ præcipua gemmata eruere. *Multa enim, inquit, & in his quo modo sunt lecta recondita sunt, atque adeo opus est, ut in profundiora Dei descendamus. Nam si id agunt, qui margaritas in mari inuenire cupiunt, quoad desideratis peritiantur, multo magis fuerit nostrum animum intendere, ut perlustratis his, quæ in profundo dætorum latent, ad preciosos illos lapides comprehendendos per humilitatem descendamus.* At quid est per humilitatem descendere? profecto nihil aliud nisi spirituum retentione ad profunda demitti, id enim humilitatis proprium est: Sed quia Urinates solent quidem oleo dilato maris profunda illuminare, ut margaritas captare liceat, ad id spectans Chrysofomus attextit. *Sed ne timueris dilecte, cum audis profunditatem, nam Spiritus sancti gratia mentem nostram illuminans, & facile inuenire desiderata concedens, omnem laborem alleviat.* Itaque Spiritus sancti gratiam olei vices agere luculenter satis insinuat ad illustranda profundiora scripturæ dogmata.

Chrysof.

105.
Sept.

Sextam expositionem tandem afferunt Septuaginta, qui verba hæc de mansuetudine, ac mititate exposuerunt ad hunc modum. *Qui parci verbum promere durum bene sentiens, longanimis autem vir prudens.* Nimirum is cumulatur, ac perfectè prudens est, qui à duris, atque molestis verbis abstinet, qui nullius patientiam verbo violat: ille inquam prudentia, & sapientia præstat, qui longanimis, & patiens est, qui probris, & contumeliis petitis ea nequaquam regerit, sed æquo animo tolerat. Quomodo autem tolerantia & longanimitas maximam prudentiæ partem contineant, alibi diximus. Et quidem hic, ut nuper dicebam, Sept. ad verbum sic legendum esse censuerunt. *Contignati autem spiritus vir prudens.* Propterea ad sensum spectantes ipsi reddiderunt. *Longanimis autem, &c.* Is enim verè longanimis, atque patientis nomen vsurpare poterit, cuius spiritus animusque contignatus, & quasi immixtis trabibus compactus est. Iuvat quidem hanc meditationem Chrysofomus, qui in homilia de patientia, *Hanc patientiam validissimam totius edificij trabem appellat, cui reliqua tecti moles incumbit.* Itaque patientia præditus vir animum gerit contignatum, & validis trabibus compactum, neu parietes nu-

Chrysof.

tent, neu tectum ad solum deferatur. Ad hæc spiritus contignati virum appellare licebit eum, qui spiritum suum per mortificationem internam ligno crucis affixit, & concupiscentias suas clavis trabalibus traiecit. Plures interpretationes ex his selige.

XXVIII. Stultus quoque si tacuerit, sapiens reputabitur: & si compresserit labia sua, intelligens.

S Tultus quoque si tacuerit, &c. Hebr. *Obturans labia sua intelligens.* Chald. concinit cum nostra. Septuaginta paulò aliter. *Dementi interroganti sapientiam, sapientia reputabitur; mutum autem qui se faciens videbitur prudens esse.* Aquil. Symmachus & Theod. à Vulgata non abeunt.

Huius loci perspicua adeo est sententia, ut Scholiaste non indigeat. *Stultus, inquit, si tacuerit sapiens reputabitur.* Non ait, sapiens erit, sed dissimulata stultitia sapiens, ac prudens vulgo habebitur; *Et si compresserit labia sua intelligens.* Si scilicet eius silentium eò deuenierit, vt velut obstructis labiis ne verbum quidem promat, intelligentis nomen & gloriam sibi pariet. Huic ad simile est illud Senecæ in Prouerb. *Taciturnitas stulto homini pro sapientia est, tacere qui nescit, nescit loqui.* Extat etiam illud incerti cuiusdam Poëtæ Græci, quod ad verbum redditum sic habet.

106.

Quilibet indoctus prudentissimus est tacens. Sermonem occultans, veluti passionem turpissimam. Item Alcias sic cecinit.

Cum tacet, haud quidquam differt à sapientibus amens

Stultitia est index, linguaque, voxque tua. Ergo premar labia, digitoque silentia signet, Et sese Pharium vertat in Harpocratem.

Seneca.

Alcias.

Translatio Septuaginta paulò diuersum sensum reddit. *Dementi interroganti sapientiam, sapientia reputabitur,* quia non minima sapientiæ pars est sapienter interrogare. Sententia quidem eò spectare videtur, vt quicumque suæ sapientiæ parum fidit, non prius verba faciat, quàm ab aliquo sapiente rogauerit, didiceritque ea, quæ dicturus est: sic enim fiet, vt sapientia alterius ipsi adscribatur: subdit. *Mutum autem qui se faciens, videbitur prudens esse:* hæc posterior pars ad superiorem sententiam pertinet. Vtraque autem hoc significat, virum imperitum duplici quidem ratione sapientiam, & peritiam simulare posse: mirum si aut prius alium sapienterem interrogauerit, quàm ipse dicat, vel si omnino tacuerit, & velut elinguis, ac mutus, ne verbum quidem expresserit. In hominem vehementer taciturnum extat illud Horatij. *Statua taciturnus.* Quod quidem nobilis illius scholiastes sic expendit. Imperatorum, ac principum statuis omnes quidem honorem deferre solent, quamuis enim elingues sint & omnis vitæ, & motus expertes, tamen Imperatores ipsos viuos lineamentis suis representant. Ad eundem modum inquit, viros stultos, si quidem taceant, & ora sua obstruant, cuncti quidem colunt, & obsequio dignos censent, quia sapientum quædam, vt ita dicam, statua, & simulacra sunt. Adde etiam Lucianum in lib. de Historia conscribenda, ubi taciturnos, & silentes, sapientiæ *δωροσφύρα* appellat. Dicebatur autem *doryphora* scutellum illud, quod olim tyranni, & Reges ad custodiam corporis adhibebant. Ergo in tragæ-

107.

Horat.
Epist. 2. l. 2.

Lucian.

Athen. diis, ac comædiis sic isti adibant regum personas, vt adstarent tantum, sed nihil dicerent, vnde Athenæus l. 5. sic scribit. *Neque enim oportet hunc adesse more doryphorematis tacitum, & nihil afferentem in medium.* Ergo ad id spectans Lucianus, tacitos homines, *sapientia doryphoremata* nuncupauit, vel quia sapientiæ quidam veluti sa-

tellites sunt ipsi ad custodiam additi, adeo vt securior inter ipsos procedat, quàm inter alios sapientes nimium loquaces, vel quia in omni actione sapienti, & prudenti, velut in scena tacent quidem, sed tamen personam sustinent suam, & cum loquentibus, & disertè dicentibus computantur.





CAPVT XVIII.

SALOMONIS.



OCCASIONES querit, qui vult recedere ab amico: omni tempore erit exprobrabilis. 2. Non recipit stultus verba prudentia: nisi ea dixeris, quae versantur in corde eius. 3. Impius, cum in profun- tum venerit peccatorum, contemnit: sed sequitur eum ignominia & opprobrium. 4. Aqua profunda verba ex ore viri: & torrens redundans fons sapientiae. 5. Accipere personam impij, non est bonum, vt declines à veritate iudicij. 6. Labia stulti miscent seri is: & os eius iurgia prouocat. 7. Os stulti contritio eius: & labia ipsius, ruina animae eius. 8. Verba bilinguis, quasi simplicia: & ipsa perueniunt vsque ad interiora ventris. Pigrum dei cit timor: animae autem effeminatorum esurient. 9. Qui mollis & dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis. 10. Turris fortissima, nomen Domini: ad ipsum currit iustus, & exaltabitur. 11. Substantia diuitis vrbs roboris eius, & quasi murus validus circumdans eum. 12. Antequam conteratur, exaltatur cor hominis: & antequam glorificetur, humiliatur. 13. Qui prius respondet quam audiat, stultum se esse demonstrat, & confusione dignum. 14. Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam: spiritum verò ad irascendum facilem quis poterit sustinere? 15. Cor prudens possidebit scientiam: & auris sapientium querit doctrinam. 16. Donum hominis dilatat viam eius, & ante principes spatium ei facit. 17. Iustus, prior est accusator sui: venit amicus eius, & inuestigabit eum. 18. Contradictiones comprimit fors, & inter potentes quoque diiudicat. 19. Frater, qui adiunatur à fratre, quasi ciuitas firma: & iudicia quasi vestes vrbiū. 20. De fructu oris viri replebitur venter eius: & genimina labiorum ipsius saturabunt eum. 21. Mors, & vita in manu linguae: qui diligunt eam, comedent fructus eius. 22. Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum: & hauriet incunditatem à Domino. Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum: qui autem tenet adulteram, stultus est, & impius. 23. Cum obseruationibus loquetur pauper: & diues effabitur rigide. 24. Vir amabilis ad societatem, magis amicus erit quam frater.



CAPVT XVIII.

SALOMONIS.

I. Occasiones querit, qui vult discedere ab amico; omni tempore erit exprobrabilis.



OCCASIONES querit, &c. Heb. ad verbum. *Ad desiderium quæret separatus, & in omni existentia miscet se.* Hebr. תְּחִיבָה תְּחִיבָה *T'hoſij* ab. Pagnin. *In omni sapientia,* Caiet. *In omni statuto.* Chald. *Desiderium querit*

separatus, & omne consilium deridet. Noster interpres pressit vestigia Septuaginta, Aquil. verò, & Symmachus. *ἐὶς ἐπιθυμίαν*, id est, ad desiderium, seu voluptatem. Exclamat igitur Caietanus, vel nescio quis Hebræus apud ipsum ad hunc modum (vide quàm dispar est Vulgata lectio ab Hebraica veritate!) nimirum illam mendii, aut corruptionis insinulans. Cæterum nescio an ipse longiùs abeat ab omni pietate. Noster utique Vulgatus in re ambigua haud temerè prætulit lectionem Sept. qui, ut optimè coniecit Iansenius, pro voce תְּחִיבָה *Thaauah*, legisse videntur תְּחִיבָה *Thaanah*, à radice תְּחִיבָה *Anah*, quæ vox significat occasionem, & opportunitatem. Item vocem illam *T'hoſij* quâ tot modis alij, atque alij reddiderunt, ipsi quidem sic extulerunt *omni tempore*. Fluit enim à verbo תְּחִיבָה *Iafah*, id est existere: quid autem aliud est, *in omni existentia*, nisi *in omni tempore*; ut vulgo dicimus, *En qual quæret ac accincento*. Denique extremum illud תְּחִיבָה *Istgalangh*, quod, ut iacet, fluit à radice *Galangh*, putat quidem Iansenius per quâdam litterarum metathesin Hebræis familiarem, à Septuaginta, & Vulgato acceptum quidem pro תְּחִיבָה *Istghah*, à radice *Gaghal*, quæ significat exprobrari, aut probro esse. Addo etiam dici posse verbum illud *Istgalangh*, ut iacet, secundum germanam significationem propriè esse libus se immiscere, aut contentiones excitare, supra cap. 17. vers. 14. & infra cap. 20. vers. 3. nescio an aſibi repetatur in scriptura. Ergo si dicamus vocem illam *exprobrabilis*, non passiue, sed actiue sumi (ut accipi posse fatetur plane Rodolphus) hoc sensu, *erit exprobrabilis*, id est, omni tempore amico suo exprobrabit, nimirum illi obiiciet, ingeretque culpas ex desiderio contentionis, & rixæ: tunc quidem haud necessaria erit metathesis, ut sensus atque verba optimè cadant, & lectio sit appositiſſima. His præmissis.

^{2.}
Rodolph.

Prima interpretatio est Rodolphi, qui Hebraicam translationem amplexus sic illam edidit. *Ad desiderium, vel pro desiderio, querit separatus, & in omni sapientia miscet se.* Sunt videlicet aliqui, qui separati sunt ab omni sapientia, stulti planè, ac vecordes, & tamen sapientes videri appe-

Atunt. hi ergo in omni sapientia se admiscunt, hoc est inter sapientes sese ingerunt, & super omni facultate, arte, & disciplina cloqui, ac sententiam dicere audent. Hoc sane genus hominum passim occurrit, qui cum ignari & imperiti omnino sint, de quibuslibet serio velut sapientes fermocinantur. Consonat autem hæc interpretatio cum superiori versiculo: ad quam sententiam spectauit D. Gregor. Nazian. in oratione prima Apolog. de fuga in Pontum, ubi de his in omnem sapientiam temerè irrumpentibus sic scribit. *At nobis, inquit, nullus docendi, ac loquendi terminus est constitutus, velut olim tribubus, quæ ultra Iordanem, & intra Iordanem olim erant.* Videtur autem Gregorius ad Iordanis etymologiam adludere: nam *Iordan*. Hebraicè significat fluiuius iudicij. Itaque ait, sicut duo decum tribus ultra citraque Iordanem confederunt, sic etiam hominibus nullus est terminus loquendi, ac docendi. Nam etiam citra Iordanem, hoc est, ante iudicium, & maturitatem consilij, ac morum, super his, quæ non satis assequuti sunt, temerè sententiam dicere audent. Subdit Gregor. *Quamplurimi ex nobis, ne omnes dicam, prius quidem quàm primam comam abiecerimus puerilique more balbutire deserimus, si duo aut tria verba pia edidicerimus, eaque non ex lectione, sed auditione sola hausta, prius quàm pallium contraxerimus, aut zona tenus philosophati fuerimus, pietatis speciem quandam nobis illinentes, ô elatum animum! inscientis sublimes scribarum, & legis peritorum primi, ac caelestes nos ipsos designamus, & vocari ab hominibus Rabbi experimus, ubique nostram sententiam dicimus, vel potius ingerimus.* Hæc ille.

Nazianz.

Secunda expositio est Caietani, qui locum istum ex originibus expressum sic extulit. *Pro appetitu aut desiderio quæret separatus, & in omni statuto miscet se.* Explicat autem ad hunc modum. Vir separatus, qui videlicet à communi viuendi, & conuersandi ratione discesserit, hic sane modum aliquem vestigabit viuendi desiderijs, ac libidibus conformem: quapropter ut in aliquam eiusmodi conuersandi rationem incidat, *Admiscet se omni statuto*, id est, omnes omnium nationum leges, sectas, religiones euoluet, aut etiam experietur. Et quidem ex hoc vno fonte sectarum, & hæresum, tanta dissimilitudo scaturiuit, dum homines impij, atque molles aliquam religionem, & legem votis omnibus inquirunt, quæ cupiditatibus, & appetitionibus parendi illis copiam faciat, & conscientia libertatem donet, quia arctioris alicuius sectæ legibus vinciri argè ferunt.

Caietani.

Verumtamè quia præmissæ expositiones à Vulgata translatione omnino abeunt, parum illis tribuendum sentio. Vulgatæ verò lectionis sensus in promptu est. *Occasiones querit, qui vult discedere ab amico*, id est, quicumque veteris amici pertæsus, aut ab alio læsus, vel ex quapiam alia ratione sponte sua à gratia resilire, & fœdera abrumpere vult,

32

Occasiones quarit. (non ita accipio, quasi dicat oportunitatem id faciendi vestigat,) sed ipse sibi fingit iniurias, contumelias, aliaque contentiōnū, ac dissidiorum causas comminiscitur: nam amicitiaē distrahendae studium haec omnia menti offert. Subdit, *Omni tempore eris exprobrabilis.* Iam inde supra animaduerti mihi haud placere eam expositionem; (Qui ad eum modum amicitiam distrahere, & foedera abrumpere cupit, omnibus inuisus, & probrosus erit.) Mallem enim vocem illam *exprobrabilis* actiue sumi hoc sensu, *Omni tempore exprobrabit, & ea illi objiciet, quae animum illius concitent.* Vulgo *Ledara en rostro con las cosas,* hoc enim proprium est eorum, qui concordiam distrahere volunt. Vel certe dicendum, ea verba non quidem de illo, qui amicitiam disfluere vult, sed de eo potius esse accipienda à quo disungi, ac distrahi modis omnibus contendit. De hoc enim apte dicitur, quod *omni tempore eris exprobrabilis.* nunquam non probis ac conuitiis ab illo petetur. Animus enim societatis pertasus, eum quem pridie probabat, & vita ipsa chariorem habebat, nulla in ipso morū mutatione facta, odisse, atque reprobum ducere incipit. Lege Gregor. Nazian. in oratione 14. de pace, cuius verba, et si alibi me dedisse memini, quia tamen accommodatissime in hunc locum quadrant, pauca ex multis adscribā. *Antonie, inquit, dixerat quispiam, & prauis illius, atque vitij architecti figmentum quisquis es, qui ita afficeris. Hic tibi hesternodie pius erat, quoniam patet hodie impius est, cum nec verbo, nec re quidquam vel addiderit, vel detraxerit, sed in eadem sententia haereat, eundem aërem exhalet, eundem solem inspicit, ac si manus, tanquam de numeris, & mensuris interrogatus, idem pl. an. respondeat. At etiam hodie tibi libidinosus, & cortator est, qui hesternodie Ioseph erat. (Huc enim usque contentio progreditur, quae si in na quaedam per stipulam currens, & finitima comprehendens) iudas hodie, vel Casphas, qui heri Elias vel Ioannes erat. &c. Id est, quemadmodum flamma serpens est, quae maximè vicina, & proxima sunt, eo ripere solet; sic etiam vbi quis iracundia incensus est in amicissimos, ac sibi coniunctissimos quosque seruius furit, & in his ipsis, qui nuper gratia, atque amoris fomitem administrabant, odij, & contentiōnis ignis exardet.*

Subdit. *Hac sanctorum eiusdem hominis dissimilitudo ex eo accidit, quia iniquarum regulam, hoc est contentione, atque iracundiam utimur.* Rationem, propter quam vir ille pristinos amicos odio habens, & ab eorum gratia refilire volens, tam diuersum de illis iudicium fert, hanc esse dicit Nazianzenus, quia peruersam, & distortam regulam ad eorum actiones permetiendas adhibet, scilicet iracundiam, & furorem. Sicut enim ea, quae recta sunt, si deflexa, & obtorta regula examinentur, obtorta similiter videtur, atque deflexa: sic etiam amicorum officia, & benefacta, cum ab ira, & furore acerbiam animi explorantur pro iniuriis ac malefactis habentur. Addit Gregorius. *Quemadmodum eadem terra sanus quidem, & minime laevis, fixa, & stabilis est, his autem, qui circum aguntur, & vertigine laborant, mouetur, nimirum aspicientium visio ad rem aspectam transeunte. Aut si manus, quemadmodum idem columnarum interval- lum his, qui propius distant, manus, his autem qui longius sunt, minus videtur, aere scilicet ob interstitium velut surrepto, ac visu ea, quae crassiora sunt, connectente. Ad eundem modum nos quoque ob inimicitiam facile decipimur, nec de eisdem rebus eadem amantes, & non amantes iudicamus.* Atque

infra sic addit. *Quando ab hac crapula emergemus? aut hanc oculorum leuam detrahemus, atque veritatis lucem suspiciemus? Quae haec caligo est? quis hic nocturnus conflictus, amicos ab hostibus non internosens?* Quibus verbis duas alias non inelegantes attingit similitudines, alteram quidem illis. *Aur hanc oculorum leuam detrahemus.* *Leuam Graecè χλιών,* est vitium oculorum, humor scilicet concretus, sic oculos hebetans senum, ut res, quae propius sunt, videre non possint, cum tamen quae aliquo intervallo distant videre sinat. Aptè igitur Gregorius eos, qui veteres amicos familiaritate coniunctos, & proximis inuisos habere incipiunt, leuam oculorum labore affirmat, ea nimirum, quae maximè vicina, & proxima sunt non videntes, atque ad eò in illa impingentes, & illidentes: indistantia verò, & remota. s. in aduersarios, & hostes minime offendentes. Addit. *Quis nocturnus conflictus amicos ab hostibus non internosens.* Sicut enim qui nocte, & in tenebris pugnant non satis dispiciunt, an amico, an inimico plagam infligant, sic qui ad eundem modum amicitia in odium commutata in amicos atque, atque inimicos scruit.

11. *Non recipit stultus verba prudentia, nisi ea dixeris, quae versantur in corde eius.*

Non recipit stultus, &c. Hebr. *Non volat stultus in intelligentia, sed in manifestando eius,* sic ad verbum. Pagninus. *Non volat iustus intelligentiam, nisi ut manifestetur cor eius.* Chald. *Non vult stultus intelligentiam, sed in tristitia immoratur eius animus.* Septuaginta. *Non opus habet sapientia is, qui indiget corde, magis enim ducitur insipientia.* Cassian. in collatione 14. cap. 17. *Non opus sapientia, vbi deest sensus, magis. n. ducitur insipientia.*

Caletanus ex originali lectione talem elicit sensum. *Non volat stultus intelligentiam, nisi ad delegendum cor suum.* Nimirum stultus, si quando ad aliqua intellectu suo penetranda mentem adiicit, ad id quidem spectat, ut aliorum sententias refellens suam proferat, & constabiliat. Itaque iuxta hanc interpretationem, stultitia insinuat Salomon eos, qui aliorum doctorum placita deserentes, & inculantes, suas de rebus omnibus peculiare & ante hac minime auditas sententias promunt. At, inquit, hoc superbi, & elati animi est, non stulti, ac vecordis. Respondet, stultum (ut aliàs saepe admonui) iam hic, tum alibi in scriptura, ad quemlibet in vniuersum vitiosum hominem notandum assumi. Vel aliter. Stultitia hoc tribuit Salomon, quia leuissimis rationibus inductos, tritas doctorum sententias delerere, & proprias comminisci fere insipientum est.

Rodolphus eandem lectionem aliter exposuit, scilicet, *Stultus nequaquam alio animo sapientiam vult, nisi ut doctus vulgo haberetur,* hoc sibi vult, *Nisi ad manifestandum cor suum.* Itaque cum omnibus hominibus innata sit concupiscentia, & auiditas sapientiae, prudens vir eo animo scire desiderat, ut sibi ipsi sapiat, & secundum sapientiae praescripta viuat: at stultus ad id tantummodo spectat, ut sapiens vulgo existimetur. Itaque ille veram sapientiam, hic sapientiae opinionem, & vimbram confectatur. Hoc argumento Plato in eos Philosophos, qui totam Philoso-

Nazian.

C

D

E

Calet.

6. Rodolph.

Plato.

phiam ad inuicem vendicationem, & factum non autem ad vitam informandam referebant, inuictus ait. *Non sapientiam, sed umbram sapientia tenent, umbram ambiunt.* Sic habet in Protagora, & quidem apte: nam illam sapientiam, quæ moribus ipsis non exprimitur, & quæ tota in opinione sita est, umbram quandam esse dixerim. Quia (vt alias umbræ conditiones missas faciam) sicut umbra ea tantum loca attingit aut imbuat, quæ ob corporis interpositionem luce priuata sunt: Sic etiam eorum, qui non sapientiam, sed speciem sapientia habent opinio, non doctos, & sapientes, qui luce intelligentia perfusi sunt, sed insipientum, atque indoctissimorum hominum vulgus imbuat ob lucis defectum: nimirum ob intelligentia, & cognitionis inopiam. At quæ felicitas est, insipientem sapientem videri? nulla sanè. Chaldæus aliter sensum informat, sic enim legit. *Non vult stultus intelligentiam, sed in stultitia immoratur eius animus.* i. cum homini inditus sit quidam ad sapientiam impetus: sunt tamen nonnulli, qui suam ita adamant, & deosculantur stultitiam, seu vecordiam, vt ipsi libentius immorari malint, quàm doceri, & erudiri, quod immensa cuiusdam vecordia, & fatuitatis est. Et quidem hos cum fructibus caprifici, seu fatuæ ficus, insipidis quoque, ac fatuis componit Babilus, quos scilicet nulla arte aut ratione bonum ad saporem adducere licet, in cap. 2. Haic.

Chald.

Septuag. interpretum translatio alium quoque sensum reddit. *Non opus habet sapientia is, qui indiget corde, magis enim ducitur insipientia.* Nimirum ad stultum, & vecordem hominem suadendum, impellendum, seu regendum, non est opus doctis, & eruditis rationibus, cum has minime calleat; is enim fatuis quibusdam, & ineruditis sermonibus melius adduci, & erudiri solet. Itaque Salomon docet auditori doctrinam esse accommodandam, & ad insipientes, ac stultos, fatuas esse, his enim acquiescunt, non aliis. Ad hunc sensum allicere etiam licet Vulgatam lectionem. *Non recepit stultus verba prudentia, nisi ea dixeris, quæ versantur in corde eius.* Stultus videlicet, doctis, atque eruditis sermonibus minimè permouetur, minimè acquiescit. Quapropter doctorem verba sua temperare oportet, atque ea dicere, quæ captum illius non superent, sed cum his concinant, quæ ipse iam tenet: itaque cum stultis doctorem deliperè, ac stultum agere oportet. Vnde Paulus ait. *Sapientibus, & insipientibus debitor sum.* Et Gregor. Nazianz. oratione Apolog. de fuga sic scribit. *Quidam lactis alimonia opus habent hoc est, simplicioribus, & elementaribus doctrinis, nimirum qui puerili animi habitudine sunt, recensque, ut sic dicam, compacti, nec virilem sermonis cibum ferunt, quem si quis ipsis præter vires admouerit, eius pondere oppressi fortasse, atque obruti (animo ad id quod transmissum est astrahendum, sibi que accommodandum haud satis virium habente) pristinas vires labescentibus.* Alibi etiam doctorem cum aucupe componit, qui vt aues euocet in retia, earundem voces tidi aliquo instrumento imitatur: sic enim decet, vt qui stultum, & vecordem hominem erudire vult, voces illius quodammodo reddat, & ad illius insipientiam per quemdam condescensum se demittat. Hæc expositio, quæ cum translatione Septuaginta coheret, adeo mihi probatur, vt existimem Vulgarem aliam, quam Hugo, Ianfenius, Diony. Arfores, & alij interpretes tradiderunt, minus accommodatam esse.

7.
Sept.Paul.
Nazianz.

Ait ergo sic exponunt. *Non recepit stultus verba prudentia, nisi ea dixeris, quæ versantur in corde eius.* Nimirum stultus fastu quodam tumidus, suis sermonibus, & sententiis tantundem tribuit, vt nullius sermones, & sententias quamlibet eruditas, & elegantes, sibi probari ostendat, vel potius omnes despiciat, ac refellat, nisi cum his, quæ ipse sentit, ac dicit, omnino congruant: sed tamen, vt iam dixi, superior expositio reliquis mihi præferenda videtur.

III. *Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit; sed sequitur eum ignominia, & opprobrium.*

Impius cum in profundum, &c. Hebr. ad verbum. *Quando venit impius, venit etiam contemptus, & cum ignominia opprobrium.* Chald. *Quando venit impius in stultitia, venit & in ignominia, & opprobrio.* Septuaginta concinunt cum nostro Vulgato. Sic enim habent. *Quando venerit impius in profundum malorum, contemnit, superuenit autem ei inhonoratio, & opprobrium.* Aquil. Symmach. & Theodotion lectionem originalem expresserunt.

8.

Primitiui textus lectionem exponunt Caietanus, Rodolphus, & Ianfenius ad hunc modum. *Quando venit impius, venit etiam contemptus, & cum ignominia opprobrium.* Nimirum quocumque impius deuenit, bonos omnes contemnit, nec despicit solum eorum facta, sed etiam accusat, & arguit. Nam cum ipse sit improbus, ac sceleratus, neminem probum aut esse, aut videri vult. Ac rursus cum ignominia, id est, cum ignominioso venit opprobrium, is scilicet, cui ignominia nota iam pridem iniusta est, alius quoque similem ignominiam aspergere curat, hoc verò quàm verum sit nemo ambigit. Omnes enim suam vel impietatem, vel ignominiam eleuari, ac minorem reddi existimant, si plures sibi eiusdem socios adiungant. Itaque sententia, secundum eam expositionem, suadet ab impiis, & infamia aliqua notatis longius abstinere. Hunc ad sensum Vulgatam lectionem alligere non est arduum, sic scilicet. *Impius cum in profundum venerit peccatorum,* id est, cum impius eo scelerum, & peccatorum deuenit, vt iam inde euadere, & emergere non possit, *Contemnit, iustos, videlicet, ac probos, opera illorum accusans, & similium scelerum opinionem illis affigens. Et sequitur eum ignominia opprobrium,* hoc est ignominia atque infamia socia est exprobratio, nimirum qui labe aliqua infamiae aspersi sunt alios simili labe inficere volunt. Accipe verba Gregorij Nazian. in Carm. Iamb. de spectaculis ad Seleucum.

NAZIANZ.

Sunt namque multi, more, qui pecudum scatent, Fædaque scabie, grauibus, & morbis simul seque affricantes, subdole hoc certe student vt prauitatis hos sua labe impleant, Cur istud autem? Criminum quo plurimos socios habentes, obtegant labe suas.

Et in oratione 28. de reditu in urbem sic habet. *Omnes impij facile adducuntur, vt vitia sua de alijs partim suscipiantur, partim loquantur.* Et sane è duobus alterum quidem iustis, alterum iniustis sapius euenire solet, inquit August. in Psalm. 25. *Iusti quidem sapius existimare solent se solos iustos accipios esse, ac rursus mali omnes malos esse: ex quo fit, vt iusti per quandam elationem reli-*

August.

quos

quos aspernati ab omnibus secedere velint. Adhuc igitur sic Aug. *Area est Ecclesia huius temporis, sicut diximus, & iterum dicemus, & paleam habet, & frumentum, nemo quarat exire totam paleam, nisi tempore ventilationis, nemo ante tempus ventilationis deserat aream, quasi dum non vult pati secum peccatores, ne prater aream inuentus prius ab auibus colligatur, quam ingrediatur in horreum.* Unde vero accidit, ut iusti se solos iustos existiment? Addit rationem Augusti ab eadem similitudine petitam: *In area quidem ipsa grana ita sunt seiuincta ab inuicem, & non se tangunt, ob palearum interpositionem, ut putet unusquisque cum profecerit se solum esse. Nimirum quemadmodum in area grana ab inuicem palearum interiectu seiuincta sunt, & non se tangunt; sic etiam peccatoribus interpositis, iusti nonnumquam sic disclusi sunt, ut ne se quidem tangant, aut videant: hinc illa plena factio, & elationis opinio probi hominis, quod solus ipse probus sit.*

Rursum inde fit, ut improbi iustos improbos esse apud se statuunt. Subdit Augustinus: *Quicumque longius accedit aream, paleam solam putat, nisi diligenter inueatur, nisi manum porrigat, nisi spiritu oris, id est spiritu purgato discernat, difficile peruenit ad discretionem granorum.* Ergo mali quia à longè rem speculantur, & quia ab omni honestate distanti sunt, neminem bonum, sed omnes sibi similes malos esse decernunt, quantum verò ex utroque errore tam iustis, quam iniustis damnum imminet significat Augustinus subiiciens, *Intendat, & adsit vobis misericordia Dei, ut sic a vobis intelligatur, ut fructificet, & in vobis operetur. Audite breuiter, quis quis adhuc malus est, non putet neminem bonum esse. Quisquis bonus est, ne putet se solum bonum esse. Tenetis hoc? Ecce repero. V. deo quia dico. Quisquis malus est interrogans conscientiam suam, & male sibi renuncians, non arbitretur neminem bonum esse. Quisquis bonus est non arbitretur se solum bonum esse.* Ergo dum sanctissimus doctor sententiam hanc tantopere inculcat, satis innuit eam esse magni momenti. Nimirum quia iustus dum se solum iustum, ac piū esse arbitrat, primo elationi & inani glorie locum facit, & maximam præcipuamque humilitatis abiicit occasionem. Nihil enim magis humanam mentem de illo fastu deiecit, quem virtutis opinio gignit, quam societas aliorum, à quibus se pietate vinci, vel saltem exæquari videt. Hinc Basilus discipulos à Christo Domino binos & binos ad vrbes Iudææ missos fuisse dicit, Lucæ 11. ut alter alteri semet humiliandi, ac demittendi autor, & causa existeret. Deinde tollitur æmulatio, quæ bonos ad virtutem acuit. Improbus autem si omnes simili improbitate præditos arbitrat, exiit verecundiam, delicta sua leuiora ducit, conscientia stimulos hebetat, atque id, quod maximè illum ad resipiscendum, & meliorem frugem adducere posset, scilicet honorum exempla ne attendit quidem. Igitur ob istas, & alias causas Augustinus sententiam prædictam tam serio nobis intimat.

Cæterum in nostra lectione persistamus. *Impius cum in profundum venerit peccatorum contemnit.* Vtique peccatorum profundum non eodem modo capiunt Patres, & interpretes. D. Athanasius contra Arrianos serm. 4. de cæcitate, ac tenebris, exponit, quibus peccata mentem offundunt, ut sensus sit. Cùm impius peccatis suis ad profundissimas tenebras delapsus est, contemnit, i. verecundiam exiit, (sic ipse exponit.) Et quidè cum ipsæmet tenebræ externæ verecundiam adimere soleant, idè enim vitia omnia, quæ turpitudinem,

Tom. 2.

& ignominiam afferre consueuerunt (verbi causa furtum, luxuria, & alia id genus) noctem, & caliginem captare solent: tamen multo magis frontem eluit, atque omnem abstergit pudorem interna animi obcuritas, & caligo: hæc enim ad ea ipsa crimina, quæ alij vix noctu, & in tenebris-admittere audent in ipso sole, ac media luce perpetranda audaciam immittit. De hac caligine interna loquitur Paulus ad Rom. 13. cùm ait. *Abiciamus ergo opera tenebrarum, sic ut in die honestè ambulemus, &c.* & ad Ephes. 4. *Ut iam non ambulantes, sicut & gentes ambulantes in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienatum à vita Dei per ignorantiam, quæ est in illis propter cæcitate cordis ipsorum, qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitia, in operationem immunditiam omnis, in auaritiā, &c.* Ecce qua ratione interna animi cæcitas, & caligo ad imprudentissimam quæque perpetranda pudorem omnem detrahit.

Secunda interpretatio est D. Bernard. de gradibus humilitatis: vbi per hanc profunditatem, in quam hominem peccata impellunt sua, ipsum Dei contemptum accipit. Itaque sic exponit. *Impius cum in profundum peccatorum venerit contemnit.* Nimirum tunc impius ad peccatorum baratrum, & imā profunditatem semetipsum deiecit, ex qua extrahi vix potest. cùm in Dei contemptum, & despectionem incidit. Nam cùm Bernardus peccatorē per vndecim gradus ad profundissimam iniquitatem deuenire, ac demitti dicat, hunc Dei contemptum extremo loco ponit. *Quia sicut perfecta Charitas, inquit Bernard foras mittit timorē in iusto, ac pro homine, sic etiam consummata iniquitas Dei timorē expellit in peccatore.* Illa quidè vt timori succedat a hæc autem, vt eidem succedat contemptus Dei, Et quidè aptè admodum hæc dicta sunt. Nā sicut iustitia timorē Dei antè omnia in animū inducit, sic etiam iniquitas, & peccatū eundē timorē Dei extremo loco expellit. Ita enim fert ordo generationis, & corruptionis vt quod est in generatione primum, in corruptione quidem extremum sit, vt tradit Philosophus.

Tertia interpretatio est. D. Hieronymi in c. 1. Ezech. vbi in peccatorum profunditatem venire sic exponit, vt non tã huius motus terminum notari existimet, quam viā, hoc sensu. *Impius cum venerit in profundum peccatorum, id est, cùm iam ex suo loco deiectus in præceps fertur, in peccata, & scelera omnia contineri nō potest. Putat enim similitudinem duci à lapide, qui vbi per cliuam ad ima deuolui cæpit, nulla vice cohiberi, aut susti potest. Quod si roges quādo ad eū modū in præceps fertur? Occurrit Hieron. Conscientia, iuxta illud, quod in Proverbijs scriptū est, Impius cū venerit, &c. cernimus precipitari apud quosdā, & suū locū amittere, &c.* Itaque docet tunc impiū præcipientem in omnium peccatorum baratrum ire, adeo vt nulla spes illius aut sistendi, aut reuocandi subsit, cùm conscientia iam in decliue fertur, & à suo loco deiecta sui quodāmodo impos ruit. Ergo cū ad eum modū impius in profundum peccatorum per suarum concupiscentiarum prona, & decliua loca conscientia labente ruit, tunc quidem contemnit, ad impudentiam refert Hieronymus cum Athanasio coherens i. abiecto pudore scelera perpetrat. Et rursus in 16. Ezechiel sic scribit. *Adificat autem sibi lupanar, qui tota frontis libertate delinquit iuxta illud, quod scriptum est, Peccator cum in profundum peccatorum venerit, contemnit, &c.* Et quidem verecundiam ab effectu describens Philosophus, dixit esse

D

Ad Rom. 13.
Ad Ephes. 4.

Bernard.

Hieron.

Basil.

10

Aristot.

languinis ascensionem in faciem & genas: igitur licet sic dicere, cum conscientia omnia ruunt, & vel ipse sanguis, qui ex verecundia ad faciem imbuenda ascendere solet, ad ima defertur: sic Comicus ad lenam, quæ omnem exuerat pudorē, sanguis, inquit, illi omnis ad pedes decurrit, vt significaret. i. quàm longissimè à facie distare in quàm pudor illum cogere, atque cōpellere solet.

13
Beda.Casar. A
rela.

Quarta expositio est Bedæ, & D. Casarij Arelat. Epif. Hom. 13. de pœnitentia, qui per hanc profunditatem, in quam impius delabi solet, deiperationē intelligit. De multitudine (inquit Casarius) peccatorū desperatio nascitur, & ex desperatione absque vlla verecundia peccatorum frenata laxatur, & impletur illud, quod scriptum est, Impius cum venerit in profundum peccatorum cōemnit. Ad hanc, expositionem accedit etiam Imperfectus Hom. 40. in Mattheum; vbi, me iudicē, hoc tantummodo differt à Casario, quod per profundum peccatorum grauius aliquod peccatum accipit, quod vbi quis admittit, velut desperata salute, alia sine discrimine perpetrat; & quidē scitè admodum sic scribit. Homo qui aliquod graue fecit peccatum, quasi amplius non habeat, quod iam speret in Deum, alia committit, dicente Salomone, Cum venerit impius in profundum malorum, contemnit: sicut enim infirmus donec medicaster habet aliquam passionē, & sperat, se posse curari, seruat se à nocuis escis, si autem intellexerit insanabilem se esse, iam nō sibi parcit: sic & homo, donec medicaster peccat, & sperat salutem, quantumcumque preest obseruat se à malo, si autem grauius peccando cœperit desperare, iam nihil dubitat facere, quasi qui iam peccatis suis vicit iudicium Dei. Hæc ille.

14
Chrysof.

Quintam & vltimam interpretationem tradit D. Chrysof. Hom. 22. in Genesim. & in Epistola ad Theodorum lapsam, qui profundum malorum, aut peccatorum, ipsam peccandi consuetudinem interpretatur, à qua, quisquis in eam incidit, vix emergere potest; & quidem in ea Homilia sic scribit. Impius cum in profundum ceciderit malorum, contemnit: graue enim graue est, dilecti, capi laqueus diaboli: anima enim posthac, quasi in retibus comprehensa trahitur, & sicut sus in luto volutabra immergitur, sic & iste à mala cōsuetudine obrutus, ne sensit quidem peccatorum suorum fœtorē. Id est, quemadmodum sus vb in limū profundè se immerfit, & nasum luto altius inuoluit, luti fœtorem nō percipit: sic etiam impius per assuetudinē peccandi suorum scelerū cœno altissimè obrutus, contemnit, id est, peccatorum suorū grauiolentiam non sentit. Ex premiffis verò expositionibus quarta quidem placet, hæc autem perplacet, atque adeo illam expensis singulis illustrare libet.

15

Cum in profundū venerit eius, sados xar. i. in profunditatē malorū, sados quippè profunditatē adsignificat, abyssum, & quidquid in rebus imū est. Hinc sapius accipitur pro terræ cētro. Itaque licet conuertere, Impius cum in centrū peccatorū venerit, (vt in hunc locum nonnemo obseruauit.) Quid tunc? contemnit. Corpora graua vbi ad centrū deueniunt tria omnino obtinent, vt docet Aristot. in lib. 1. de cælo, & mundo, scilicet, quietē cōseruationē, & vnionem. Ergo si profundū, aut centrū peccatorum, peccandi consuetudinem capiamus, aptissimè dicemus peccatorem cum ad centrū iteratis sceleribus decurrit, tria illa experiri. Primò, quietem, nam in delictis suis mira tranquillitate conuiescit, nec ab his resurgere adnuitur. Secundò, cōseruationem, quia in culpis suis aut sēper, aut diutius perseverat. Denique, vnionē,

A scilicet cum aliis sceleratis, atque impijs, quorum familiaritatē, & vsū quærit, & ab honestis omnibus, ac pijs hominibus plurimum abhōrret. Vel aliter, si cogitemus consuetudinem prædictam criminum ipsorum centrū esse, sic. n. ait. Salomon, In profundū, seu in cētrum peccatorum, aptius dicemus peccata ipsa in hoc centro tribus illis gaudere, primum quietē, non n. iam conscientiam vrgent, aut exturbant, aut agitant; deinde cōseruationē, nam ad obitum vsque perdurant; denique vnionē, quia repetita scelera cōeunt, & velut cōglobata mutuo sibi hærent. Hoc sibi vult illud verbum, contemnit, quod non eodem modo expli-

Hugo.
Lyra.

B conscientiam. Lyra Cōemnit suppl. cia. Hinc quies, nā cum hæc duo, scilicet conscientia criminis, & timor supplicij, peccatoribus quietem adimere soleant, quicumque, illa profus abiecerit, ac deposuerit, nihil iam habet, quod quietē illius interturbet. Rursus Lyra exponit. Contemnit omnem correptionem, pœnitentiam, omnemque medicinā. Hinc cōseruatio peccatorum, quæ sola pœnitentia deleri possunt, aut correptione emendari. Denique supradicti patres, Hieron. Athanas. Chrysof. & alij verbum contemnit, perinde esse existimant, atque exuit verecundiam, & frōtem perfricat. Hinc vnio, & conglobatio scelerum, quæ repetitis criminibus accidit: nam pudore neglecto delicta facile iterantur. Hæc de consuetudine peccandi.

Hieron.
Athanas.
Chrysof.

C Sed ne quid desit huic commentario, præter ea quæ hætenus ex doctrina Patrum decerpimus, addit etiam Hugo Cardinalis, quædam alia, quæ per profunditatem peccatorum significari posse autumat. sic. n. scribit. Profundum peccatorū potest dici contumacia, pertinacia, defensio, iactantia, desperatio, presumptio, excacatio intellectus, corruptio affectus. Sed tamen omnia persequi longum esset, atque inutile. Hoc tantummodo hîc subscribere libet, nouū, sed locupletē auctorem, quatuor malitiæ, ac peccati dimensiones accommodatè excogitasse, videlicet altitudinem, longitudinem, latitudinem, & profunditatem. Altitudo, inquit, peccati est iactantia, & elatio: tunc scilicet, cum aliquis in sceleribus gloriabundus exultat, iuxta illud, Quid gloriaris in malitia, qui posens es in iniquitate: Latitudo est inanis præsumptio de diuina misericordia, hæc. n. quidquid timor adstringit, & in angustias cogit dilatat, atque exporrigit. Huc spectat illud, Exaltatio oculorum est dilatatio cordis, infra cap. 21. de quo ibi. Longitudo est consuetudo & assiduitas peccandi, vel perseverantia in delictis, hæc. n. crimina in longum perducit. Denique profunditas est desperatio salutis hæc. n. animum quasi in imum baratrum deturbat, atque inde emergendi spem adimit, vt iam inde ex Patribus obseruauit. Itaque qui gloriatur in delictis, peccati altitudinem obtinet, qui de misericordia Dei inaniter præsumit, in latitudine est; qui peristat, perseveratque in peccatis, ad longitudinem spectat; qui demū sceleribus suis pressus in desperationem salutis decidit, ad profundūque vsque deuenit, atque adeo ad illum referenda sunt verba Salomonis. Impius cum ad profundum peccatorum venerit contemnit, &c.

16
Hugo.

D Posteriori Emystichium haud facile nescitur cū priori, iuxta præscriptam expositionē, sic. n. habet. Et sequitur cum ignominia opprobrium, sic tamè exponi debet, Hic qui ad eum modū, vel ad desperationem adductus, vel ob cōsuetudinem peccatis suis altissimè immerfus est contemnit. i. pudorem exuit, quia non veretur infamiam, nec metuit

17

ignominiam, hic inquam non propterea liber est ignominia & opprobrio; quin potius hæc illi cumulantur & accrescunt: quasi dicat, dum non percipit suam ignominiam & infamiam, hæc magis, ac magis, augeri solet.

III. Aqua profunda verba ex ore viri; & torrens redundans fons sapientia.

Aqua profunda. &c. Hebr. *Aqua profunda verba oris viri, torrens scaturiens vena sapientia.* Chal. *Aqua profunda os viri, torrens redundans fons sapientia.* Sept. *Aqua profunda sermo in corde viri, flumen autem scaturit, & fons viva.* In quibusdam codicibus, pro *scaturit*, est *apam dicitur*. *Flumen proficiens.* Aquila, Symmach. & Theodot. lectionem originalem expresserunt.

Hæc verba nostra Vulgata, vt cum translatione Septuag. & cum originibus cohæreant, sic inter se confluenda sunt, vt talem sensum reddant, verba & orationes viri sapientis sunt quidem aqua profunda, & torrens redundans, & fons sapientia; nimirum profundam aquam, & redundatam torrentem, & viuum fontem imitantur. Igitur Beda sententiam sic conformat, vt per eam Salomon innuere voluerit, quàm varia, & dissimilis oratio ex viri sapientis ore fluere solet, sic. n. scribit. *Et quia ex ore doctorum fidelium quedam mystica, & occulta, qua solutori cõprehenduntur industria, quedam item aperta, & facilia ad intelligendum profuunt, idèò aquam profundam, & torrentem dicit esse redundantem.* & sanè hæc distributio verborum, & orationum mihi accommodatè, & scitè addita videtur. Non. n. abnuo tribus illis similitudinibus aquæ profundæ, torrentis, & fontis, orationis affluentiam notari, qua vir sapiens præditus est, sed interim eiusdè orationis varios cursus significari non dubito.

Sed cogita tres illas similitudines duplici modo concipi posse, vel ita quidem vt crescat oratio, vel certe ita vt decrescat, & minor fiat, possumus. n. sic accipere, per aquam profundam, fluuium valdè profundum, & copiosum, maximam aquarum vim alieo suo volentem per torrentem riuum parioris affluentia, per fontem, id quod sonat, sic verò per gradus suos decrescunt similitudines. Rursus aliter capere possumus, per profundam quidè aquam, stagnantè aquam, cui significationi non parum facit vox originalis *גמון* *Ghamunim*: per torrentem redundantè illum, qui imbris fluentibus affluit & redundat, mox verò exhauritur & deficit: per fontem verò perennem, & inexhaustam scaturiginem, sic verò incrementa capit oratio, ab stagnante enim pergat ad fluentem, & ab ea quæ ad tempus fluit, ad eam quæ perenniter manat.

Prima igitur expositio est Iansenij, qui singulorum verborum accommodatam applicationem parè curans sic ait: Verba sapientum profundis aquis, & redundanti flumini, & fonti perenni conferuntur, propter eorum affluentiam, quæ numquã penitus exhauriri potest. Sed signatè cum profundiori aqua conferri dicit, vt significetur sermones sapientum non ex ore, sed ex imo pectore per assiduam meditationem proficisci. Ducta. s. similitudine à fontibus, & fluuiis, qui ex vastissimorum motuum profundissimis visceribus enascuntur. Nam quemadmodum montium perennes aquæ non in ipsis scaturiginibus subito fiunt, sed per occultos ductus & meatus, vel ex mari, vel certè ab ipsis im-

manium motuum recessibus percolata, & expressa ad suas scaturigines feruntur. Ita etiam sapientum sermones, non equidem ex ipso ore subito, & ex tempore erumpunt, sed ex imo pectore per omnes iudicij, atque meditationis assidua ductus percolata similiter & expressa, tandem aliquando ad os veniunt. Vnde quemadmodum aquæ eò dulces, ac salubres magis fluunt, quò longius per angustias telluris venas colata, & transfusa ad scaturiginem accedunt: sic. n. quidquid est falsum, & amarum, in ipsa via deponunt: sic etiam de verbis, & sermonibus decernendum est, quibus longior meditatio, & iudicij examen adhibetur. Nam per intimi pectoris angustias veluti transfusi & colati, falsa quoque, & amara relinquunt, salem inquam abiiciunt, & vanos lepores, qui orationis grauitatem lædunt, austeritatem & acerbicatem omnem deponunt quæ sermones ingratos reddunt.

Caietanus ad Bedæ expositionem propius accedens similitudines distribuit, & eos sapientis sermones cum aqua profunda conferri affirmat, qui mysticum magis, & obscurum sensum habet, atque adeo à rudioribus ob maximam profunditatem mente tranari non possunt. Rursus illos cum torrente, aut riulo componi, qui profunditatis nihil habentes à rudioribus facile pertransiri possunt. Itaque similitudines ducuntur à duobus fluuiis, quorum alter ob nimiam aquarum vim, & altitudinem pertransiri non potest: alter verò ob earumdem paucitatem facile pertransitur: docetque Salomon sapientem aliquando profunda, & mystica eloqui oportere, quæ vulgus peruadere non possit: nonnumquam etiam perspicua & plana, multitudini omnino peruia. Addit Caietanus fonti demum sapientis orationem ad similem dici, ob doctrinæ suæ puritatem, & candorem, vel ob perennitatem inexhaustam.

Rursus, alij sapientis orationem aquam profundam, & riuum in morem fluentem, atque fontis, instar manantem dici autumant, quia sapientis est ipimum doctrinam in semetipso velut stagnare & ad propriæ vitæ informationem altissimè in corde cohibere, ac tunc demum in alios, quasi torrentem effundere, & quasi fontem cunctis hauriendum propinare. Faciet quidem huic expositioni id, quod nuper attigi, scilicet iuxta vocis primitiæ germanam vim pro aqua profunda stagnantem aquam posse conuerti.

Sed licet præmissæ interpretationes accommodatae sint, tamen secundum præfatam rationem crementi, aut decrementi orationis, aliter atque aliter interpretari licet. Nã si oratio dicto modo per gradus suos descēdat ac decrescat ita scilicet. *Vt aqua profunda, ingentem fluuium, torrens redundans minorem riuum, fons denique pariorè aliquam venam adsignificet; sic sensus institui poterit, vt non vni, atque eidem sapienti hæc verba tribuantur sed multis, ita vt omnes omnium sapientum sermones; & orationes describantur ad hunc modum: Ex his, qui sapientum nomina ferunt, alius quidem orationem vberem & affluentem fluminis instar ingentis effundit: quemadmodum olim Hieronymus Hilarium, aut nescio quem alium, *eloquentia Christiana Rhodanum appellauit*, alibi *Eridanum*, Alius tamquam riuus sermonem voluit, alter demum seu fons verba emittit. Quibus verbis suadet Salomon nullius opis, aut momenti esse sapientiam illam, quæ pro sua facultate in proximis non effluit, vel fluminis in morem affluentissimè, & vberissimè, vel riuum ad instar parcius,*

18

Beda.

20.

Iansen.

21

Caietani.

22.

Hieron.

Plutarch.

vel fontis in morem parcellimè. Ad id spectavit Plutarchus in Pericle, qui tres illos Græciæ eloquentiæ parentes, Demosthenem, Isocratem & Æschinem, eloquio suo nobilitans, Demostheni orationis flumen tribuit, Isocrati riuum accommodat, Æschini fontem adscribit. Quas similitudines nō nemo in tres etiam Ecclesiæ Græciæ doctores cadere voluit, Chrysostomum, Nazianzenum, & Basilium; ex quibus Chrysost. quasi flumen vberem, & copiosam orationem voluit, Nazianzeni eloquentia riuum imitatur, ac demum Basilij sermo fontem perenniter fluentem adumbrat. Item D. August. in lib. 4. de doctrina Christiana, postquam præmisit illa verba Tullij in lib. de Oratore. *Is erit demum eloquens, qui poterit parua submissè modica temperatè, magna granditer dicere.* Quibus triplex styli genus cōplexus est, graue, temperatum & demissum. Addit graue cum flumine ingenti, temperatum cum riuo affluentem, demissum cum perenni fonte posse componi. Ad extremum autem docet, hæc orationis genera ab eloquente viro esse varianda: sic. n. scribit. *Interpositis verò quæ sunt dicenda summissus, bene reditur ad ea, quæ opus est granditer dici, ut oratio dictionis impetu, sicut maris est as alterner.* (scilicet nunc graui genere intumescat, nunc detumescat æstuantis pelagi in morem) *Ex quo fit, ut græde dicendi genus, si diuisus est dicendum, non debeat esse solum, sed aliorum generum interpositione varietur, et tamen generi dictio tota tribuatur, &c.* Ergo Salomon viri sapientis orationem informans his verbis, fortasse etiam tribus illis similitudinibus fluminis, riuus, ac fontis, luculenter expressit, qua varietate sapientis sermo condiri debeat. s. ita vt nunc grauius, nunc temperatè, nunc etiam summissè dicat, quod non modò ad orationes, & conciones publicas, sed etiam ad familiares sermones referri potest, in his enim dictio etiam varianda est, & seria grauique cum leuioribus nonnumquam temperanda.

23

Denique si aliter seriem harum similitudinum ordinemus, & orationem per suos gradus ascendere, & crescere dicam⁹, ita scilicet vt per aquam profundam stagnantem aquam, per torrentem verò, illum, qui pluuiis affluentibus exundat, sed mox deficit, per fontem verò, perennem, & inexhaustam venam accipiamus, sensus quidem sic institui potest, vt Salomon virorum sapientum dissimilitudinem describat. *Aqua profunda verba ex ore viri, &c.* Nimirum ex sapientibus viris alter est, qui doctrinam non paruam facultatè, & copiam adeptus est, sed cohibitis, & stagnantibus aquis adsimilè: Nam cum sibi ipsi sapiat, nihil doctrinæ, in alios effundit. Alius verò occurrit, qui more torrentis, vicissim per interualla exundantis, & deficientis paruo tempore doctrinam suam proximos (licet sic dicere) per alluionem quandam irrigat, sed statim intermittit, ac deficit. Alius deniq; est cæteros longo interuallo superans, qui fontem perennem imitatur, non enim cohibet, restagnatq; doctrinam, nec etiam exundat, sed leniter illam, & pro captu, auditoribus instillat: primus quidem nihil agit, secundus violenter agit propterea ocyus deficit, tertius cum lenitate agit, ideò perennis est illi vena. Itaque Salomon secundum hæc expositionem, docendi mensuram, modumque præscribit, affirmatque doctrinam non esse claudendam, & cohibendam, ne prosit: non item effundendam, ne deficiat, sed parcius instillandam, vt duret. Et sanè doctrina violentior, atque vberior, quàm par est, auditorem nō erudit, ea verò, quæ parè instillatur, eum mirificè informat: quod quidè alia satis adsi-

A mili comparatione pluuiæ vehementioris, ac lenioris exposuit D. Gregor. Nazian. in oratione Nazian. 15. de plaga grand. Nam profecto, inquit, nec maior pluuiæ vis minore utilior est, cum illa ob vehementiam suam terram abstrahat, atq; ipsa etiam sorte agricolam mulcet; hæc autem leniter, ac sensim labens & ad ima vsq; penetrans, agrum pingue reddat, atque agricolam comodo afficiat, spicamque ad maturum fructum alat: Nec item in sermonibus is, qui vberior est, ac copiosior, sapientiore fructuosior, ac conducibilior est. Ille. n. postea quàm exigua voluptate auditorè affecit, abscessit, simulq; cum percusso aere solutus est, nihil amplius supra hoc virum habes, ac per linguam leporem auribus præstigijs quasdam effudit: Hic autem in mentem penetravit, ac dilatatum os Spiritu sancto implevit, ortuq; suo longior existit, atq; ingentem paucis syllabis segetem edidit. Pende verba illa, *Ortuque suo longior existit*: Pertinent quippe ad superiorem sententiam. Innuunt autem quod què admodum lenis pluuiæ diutius perseverare & terram infundere solet, quàm tempestas, aut nimbus, hic enim quò vehementior est, eò rapidius, ac velocius pertransire solet: sic etiam eius doctrina, quæ parcius, ac lenius animos auditorum implevit longior est, eius autem qui nimbi adinstar auditores obruit, ocyus abit, ac deficit. Pergo ad alia.

C V. Accipere personam impij non est bonum, vt declines à veritate iudicij.

A Accipere personam, &c. Heb. *Accipere facies impij non bonum ad peruertendum iustum in iudicio.* Chald. *Neque declinare à iudicio contra iustum.* Sept. *Mirari personam impij non bonum, neque sanctum declinare iustum in iudicio.* Aquila, Symmach. & Theodot. *Accipere personam, sicut nostra.* Caiet. legit. *Eleuare personam, impij non bonum, ad inclinandum iustum.* Iustitia quippe Principis, ac Iudicis trutina est, in qua litigantium iura componuntur: quapropter sicuti qui vnum libræ brachium eleuat, alterum ex aduerso premit, sic etià Iudex, qui alterius partis ius exaggerat, & rationes extollit, oppositam deponit, ac deprimit. Hoc autem, inquit Salomon, non est bonum, id est, pessimum est.

24

Minus enim dicitur, & pl⁹ significatur (inquit Caietanus, & Rodolphus.) Audi Ambros. super Malach. *Inter omnia peccata Sacerdotum illud est maximum, quod non causas, sed personas considerat, & despecto iusto paupere iniustos diuites honorat.* At cur, inquires, tanta hui⁹ criminis grauitas est, vt Sacerd. & Iudicibus pro maximo delicto hoc adscribatur? Subijcio. D. Hieron. super Amos, ad huc modum scribit. *Quicunque consanguinitate, aut amicitia, vel è conuerso, hostili odio, vel inimicitijs in iudicando ducitur, peruertit iudicium Christi.* Non equidem ait suum ipsius iudicium peruertit, sed Christi. Nimirum quia cum Iudex, & in vniuersum omnis superior, vel Princeps, Christi Vicari⁹ sit, & eiusdem nomine, atq; autoritate sententiã ferat, hinc est, vt iniustam sententiã Christi nomine dicere ausus, non priuatam suam iustitiã, & iudicium, sed Christi iudicium violet, aut peruertat: quippe qui causam offert, vt ea iniustitiæ pars ipsi Deo adscribatur, quæ ab ipso, quàm longissimè abest, scilicet personarum ac ceptio, quæ toties in scriptura illi negatur, ad Rom. 2. *Non est personarum acceptio apud Deum.* Actorum 10. *Non est personarum acceptio apud Deum.* & passim alibi. Et sanè de Christi Domini pari in omnes gratia, & fauore, remoto

Hierony.

ad Rom. 2.

Cyprian.

omni personarum respectu, eruditè D. Cyprianus in libr. 1. Epistolarum. 1. *Si dies, inquit, aequaliter omnibus nascitur, si sol super omnes aequalis, & pari luce diffunditur, quanto magis Christus sol, & verus dies, in Ecclesia sua lumen vite aeternae pari aequalitate diffundit, cuius aequalitatis sacrum ortu videmus in Exodo esse celebratum, cum de calo manna diffunderet & futurorū praefiguratione alimentorū panis caelestis cibum Christi venientis ostenderet. Illi enim sine discrimine sexus & aetatis, gomor à singulis aequaliter colligebatur: unde apparebat Christi indulgentia, & caelestem gratia postmodū sequitur à aequaliter omnibus diuisi sine sexus varietate, sine annorum discrimine, sine acceptione personae.* Hanc igitur tantam gratiae aequalitatem, & minimè disparitatem Christi supremi iudicis, ac principis iustitiam laedunt, iudices, ac principes qui cum eius nomine & auctoritate populis iura dicant, personas mirantur, & earum acceptione violant aequitatem, cum potius Christum imitari oporteret, solem videlicet, diem, & aequabilem mannae caelestis partitionē in distributione gratiae, atq; fauoris referre.

Huc spectat ex sententia aliquorū illa verba Pauli. 1. ad Cor. 4. *Mihi autē pro minimo est, ut à vobis iudicer, vel ab humano die.* Vbi per diem humanum magistratum publicum iudicium capiendum esse censent. Quorū? Nimirum quia quemadmodum dies omnibus aequaliter, & sine discrimine nascitur, sic etiam magistratum gratia aequaliter in omnes sese effundere debet nullo personarum discrimine. Audi Bernardum lib. 2. de confid. ad Eugen. *Non parui (inquit) te reum peccati existimes, si facies peccatorum sumis, & non potius causas iudicis meritorum: est. n. vitium, cuius site immunem sentis, inter omnes, quos noui ex his, qui Cathedras ascenderunt sedebis, me iudice, solitarius, quia veraciter, singulariterque lenastite supra te. Huius callidissima vulpecula magnorum neminem comperi satis cauisse versutias.*

VI. Labia stulti miscent se rixis, & os eius iurgia prouocat.

Labia stulti. &c. Hebr. *Labia stulti veniunt in litem, & os eius ad percussiones vocabit.* Chald. *Labia stulti adducunt eum in iudicium, & os eius perducit eum ad rixam.* Septuag. *Labia stulti ducunt eum in malum, & os eius audax mortem inuocat.* Aquil. *ducunt eum in litem.* Symmach. *in rixam.* Omnia in idem recidunt.

Verba haec perspicua sunt, & duplicem ad sensum satis facilem vocari possunt. Prior est. *Labia stulti miscent se rixis.* j. vbi cumque rixae, & contentiones excitantur, ibi adsunt & intercedunt. *Et os eius iurgia prouocat,* nimirum stultus verbis suis non sedat, sed magis acuit, acceditque discordias. Hanc sententiam reddere videntur verba, si ad sonum eorum spectes, & quidem verissimam. Nam inter discordes intercedere ardua res est, & plena discriminis, ad quam vix sapientis industria praestat, nedum stulti vecordia. Est autem in omni intercessione, aut interuentione, quae ad sedandas contentiones suscipitur, duplex discrimen praecipuum; prius est, ipsarum discordiarum incrementum. Nam saepe quia verbū aliquod intercessori temerè excidit, vel quia refricantur iniuriarum vulnera, saepe etiam dum virget obiectae rationes, animus sese acuit ad vindictam, & neu rationibus sibi propositis vincatur maiorem indignationem

A aduocat. Quapropter ille, qui ad eum modum intercessoris personam sustinet, verba sua sic moderari ac temperare debet, ne quid inconsultè dicat, quod animum audientis exulceret; ne iniuriarum memoriam refricet, item ne cogat, sed leniter & placidè alliciat, quae omnia vix sapientissimus aliquis praestare poterit, nedum stultus. Propterea Salomon ait, *Et os eius iurgia prouocat,* scilicet magis, ac magis inflammat. Alterum discrimen est, quod sapius ille, qui ad sedandas contentiones accedit, dum alios paci reddere studet, discordiae & rixae confors efficitur: nam quia alteri parti plus fauet, alteram in se cōcitatur, vel quia nulli acquiescit, vtramque sibi aduersā reddit. Ergo sic inter discordes intercedere, vt quis contentions ipsius particeps non fiat, ac rixis neutriquam se immisceat, sapientissimi hominis est, quod stultus assequi non potest. Ideo Salomon addit, *Labia stulti miscent se rixis.* i. stulti cum nō satis nouerint temperare, ac moderari labia sua, dū pacē inducere volunt, discordiae cōsortes fiunt. *Miscent se rixis.* s. *inseparabiliter* (inquit Hugo) *cohaerent, nam mixtio est inseparabilis miscibilium unio:* nimirum sic se iurgantibus, & dissidentibus adiungunt, vt ita inde alios facilius concordiae restituere liceat quā illos. Denique vltimum discrimen est; quod sapius ille, qui intercedit nescio qua lege plagas, & vulnera referre solet, quapropter prudētissimè & cautissimè ad istiusmodi intercessionem veniendū est: ergo stultus omnis prudentiae & cautionis expertus, quoties hoc intercessoris munus suscipit. plagas & vulnera reportat, hoc sibi volunt Salomonis extrema verba, quae si verbum ex verbo reddas, sic habent. *Os eius percussiones vocabit,* scilicet sibi ipsi ictus, & plagas accerset.

C Posterior expositio binembris est: aut, n. vniuersū hoc stulto tribuitur, quod sermonibus suis rixas, & lites excitet inter alios, & dissidentes nōnumquam ad vulnera & plagas adducere soleat, vel certè (id quod mihi germanū magis videtur) docet stultū dum pleraque temerè, & inconsultè dicit, quibus alios laedit, nō rixas tantū, lites & contentiones, sed etiam ictus vulnera sibi accersere. Hunc sensum reddit Originalis lectio. *Labia stulti veniunt in litem, & os eius ad percussiones vocabit.* Huc spectat etiam translatio Sept. quae sic habet. *Labia stulti ducunt eum in mala; & os eius audax mortem inuocat,* scilicet iisdem verbis, quibus proaciter & temerè aliorum famam violant, mortē quodammodo euocant, & lacessunt ab his, qui laeti sunt, eisdem inferendam. Quid certius?

Chaldaica paraphrasis ad causas, & lites iudiciarias spectare videtur hoc sensu. *Labia stulti adducunt eum in iudiciū.* i. stultus ob temerè & proaciter dicta, & ob probra in alios cōiecta, sapius ante iudices sistitur, & iniuriarum appellatur: hoc etiam frequentissimè euenire cōsuevit. De discordiis prouocandis, aut etiam spargendis, iam inde supra, non paucis locis multa diximus.

VII. Os stulti contritio eius, & labia ipsius ruina animae eius.

Os stulti contritio, &c. Hebr. *Et labia eius laqueus animae eius.* Cōcinūt Septuag. Chald. habet. *Os stulti formido est ei, & labia laqueus animae eius.*

Caietan. sic exponit. *Os stulti contritio eius,* id est, seipsum frangit, ac laedit, quia sibi aduersantia loquitur: Quid inde? *Labia eius laqueus animae*



eius id est, suis ipsius verbis illaqueatur: nam qui pugnancia loquitur, quibusdam laqueis hinc inde implicitus tenetur.

Sed tamē communis interpretatio hæc verba cū superioribus nectit, vt sensus sit, *Os stulti contritio eius*. Nimirum os suum stulto contritionem, & euerfionē afferre solet, quia ob temerē, & incōsultē dicta, multa mala, & grauissimas calamitates sibi accersit. *Et labia ipsius ruina anima eius*. Mortem appellat ruinam animæ quam nonnumquam stultus dicendi licentia, & temeritate sibi asciscit. Septuaginta originalem lectionē expresserunt, & *labia eius laqueus anima*. Quæ verba nō ineptē aliqui ad laqueum referunt, quos fontes neci extremæ addicti præfocantur. Quasi dicat, stultus verbis suis sibi restem inijcit, & laqueo fauces suas premit, & strangulat. Nimirū quia sæpius ob verba temerē pronuntiata vecordes homines eō adduci solent, vt supplicium hoc subire cogantur. Vel aliter, metaphora ducitur à venatione, cui expositioni vel maximē inferuit Chaldaica paraphrasis, quæ sic habet, *Os stulti formido est ei, & labia laqueus anima eius*. Succedat memoriæ id, quod alibi dixi de formidine venatoria; erat quippè rete connectū auium plumis variis, & vstularis, quod tantū terrorem ceruis, capreis, atque aliis feris incutebat, vt eas in fugam verteret, & in laqueos, plagasque cōpelleret. Ideo formidinis nomen trahit. August. Hieron., & aliorum verba supra exhibui. S. ergo dicamus Paraphrastē ad id spectasse, sensus quidem erit, *Os stulti formido est ei, & labia laqueus anima eius*. Scilicet stulti, & dicacis, aut etiam mendacis hominis verba temerē, & inconsultē dicta, ipsi pro formidine, & laqueis sunt. Nā dū ea, quæ falsē, aut temerē semel protulit, veretur, ac fugere vult, ad alia temeraria magis, & falsa dicenda cōpellitur, quibus quasi laqueis, & retibus hinc inde innodatus cōprehenditur sic enim fert dicacium, atq; mendacium mos. Pergo ad alia.

VIII. Verba bilinguis quasi simplicia; & ipsa perueniant vsque ad interiora ventris.

29 **V**erba bilinguis, &c. Hebr. *verba susurratoris lenientia*, & ipsa descenderunt ad penetrabilia vtrius. pro voce illa simplicia, in Heb. est, מלחמין *Mithlahamin*, à verbo *Laham*, quod significat blandiri, & lenire, nec non etiam vulnerare, ac percutere. Vnde Pagninus, Caietan. & alij legunt, *verba susurronis tanquam vulnera*, aut *tanquam percussiones*. Existimant enim verbum hoc *Laham*, non esse aliud, nisi מלה *Halā*, per metaphoram, quod est contere, & vulnerare. Addit autem Pagninus vocem illam apud Arabes idem esse, quod absorpta, & occulta, ita vt liceat verte. *Verba bilinguis, quasi absorpta, & occulta*. Rab. Hemanuel legit, *verba fraudulenta tanquam blanda*. Chal. *verba susurronis dolore afficient illum, & deducunt illum in profundum inferni*. Itaq; per ima vel interiora vtrius baratrum intellexit. Hæc verba absunt hic à textu Septuaginta, sed tamen habentur infra cap. 26. n. 22. vbi ipsissima reddit sententia, *verba susurronis, &c.*

Prima interpretatio est Pagnini, qui cum legit, *verba susurronis, tanquam vulnera, &c.* sic exposuit. Verba illius, qui calumnias ingerit, & ab vno accepta alteri insurrat; videntur quidē non vulnera, sed quasi vulnera, non percussiones, sed quasi percussiones. i. leuiore quidam ictus, aut

A liuores; sed tamen paulatim argentur, & ahimi interna peruadit, hoc sibi volūt illa verba, & descendunt ad intima ventris, id est, paulatim, ac sensim ad cor vsque permeant. Itaque similitudinem duci putat à plaga aliqua, aut liuore exiguo, qui paulatim intabescit, & ad visceta vsque peruenit: huic enim valdē adsimile est fusronis verbum, quod tunc cū primum auditur leuem plagā infligere videtur, sed cū postea cogitatio, & meditatione atrectatur, altius quotidie descendit, & ad cor vsque pertransit. Quid certius? Addit Pagninus, pro susurrone assentatorē cum Septuaginta verti posse. Tūc verō sensus non inelegans cōficatur ad hunc modū. *Verba assentatoris, quasi vulnera*, id est, adulator nōnumquam aliqua dicit liberius, quæ non vulnera, sed quasi vulnera dici debent: est enim assentatoribus valdē solemne fictam quandam libertatem, & seueritatem suis adulationibus inferere, de quo sic Plutarchus. *Nūquā magis adulatur quam cū videntur obiurgare, verberare, & libere loqui*. Et quidē eiusmodi adulatorum plagæ leuissimi qui lem ictus sunt, quorum leuitatem eleganti similitudine adumbravit idem Plutarchus. *In Menandri comedia producitur falsus Hercules clauam gestans non robustā, sed inanem, ac leuem; sic adulatoris libertas mollis est, ac blanda*. Et iterum. *Sicut pulvinaria mulierum, quādo videtur reniti, & obistere capitibus, cedūt magis, & accommodant sese: sic libertas adulatoris tumes quidem, sed in se recipit inclinans*. Igitur adulatorum plagæ nō sunt vulnera, sed quasi vulnera, ferire quidē, atque icere videntur, sed reuera mulcent animum. Hunc ad sensum alliciēda sunt verba, quæ sequuntur. *Et ipsa descendit ad intima vtrius*, id est, mollitudine sua ad cor vsque penetrat, & viscera interna deliniunt. Vnde ex Hebræis alter sic trāstulit, *Et ipsa quasi oleum descendit ad intima vtrius*, ad mollitiem videlicet referens. Concinit Seneca in Epist. 43. *Adulatio, inquit, a pertis auribus excipitur, sed in præcordia intima discēdit*.

Hinc fluit secunda expositio Hebræorum, qui cū sic legendum censcant, *verba assentatoris blanda, aut mollia*. i. blandientia & delinientia, posteriora verba exponunt, *Et ipsa descendit ad interiora ventris*. i. ad animum mollitie sua olei adinstar penetrant, atque illum mirum in modum emolliunt, & effeminant. Adulatio. n. non solum mollia ingenia captat, sed etiam quæ duriora, & sauiora sunt blandimentis suis in molle valde habitudinē traducit. Aug. in Psal. 59. *Falsa, inquit, laus adulatoris, & simulata dilectio rigiditas mentes à rigore veritatis emollit*. Confertur autem adulationis blanda natura, cum oleo, quia olei ad instar penetrat, & emollit. Et sanè docent medici oleum propterea pluribus medicamentis immisceri solitum, quia mollitie sua, & penetrandi facultate herbarum & succorum medicam vim ad interiora defert: vnde alij baiulum, alij vehiculum appellant. Idem verō iudicium est de nociuis herbis, ac succis, nam venenum oleo additum præsentius interficit, oleo videlicet tamquam baiulo vim illius ocyus ad cor transferente. Ergo adulationis blandimenta aptissimē cum oleo conferuntur, quia vitii, & flagitiiis addita illorū virus mollitie sua, & vi penetrandi, quā citissimē in animum traducit, visceraque inficit, & corumpit. Nam qui sua ipsius vitia, & flagitia ab adulatoribus laudari & extolli audit, studiosi illa amat & amplectitur. Hinc Dauid aiebat, *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum, &c.*

Tertia interpretatio est Cajetani, qui locum

Plutarch.

Seneca.

30

August.

Psal. 140.

31

Caiet. istum sic extulit: *Verba bilinguis percussiones, & ipsa perueniunt ad cubilia ventris.* Exponit autem sic verba calumniatoris, aut detractoris, seu adulatoris, (hi enim bilinguium nomen ferunt) reuera verbera sunt, & plagæ, & ictus, nec leues quidē; aut cute tenus inflicti, sed læthales, ut potē qui ad intima viscerum peruadant. Vulgò, *Don penetrates, que llegan alo gueco.* Et sane vultus tunc potissimum altissimè corpus penetrare constat, cum spiritus & anhelitus per ipsum vulnus effluit, & naturalem oris, & narium viam deferit, ita docet Galenus, & alij principes medici. Ergo detractor & calumniator vulnus infligit læthale, & altius animum confodiens, cum famam & honorem proximi lædit. Argumento sit, quod totus hominis læsi spiritus illac effluit, qui hoc vnum cogitat, hoc meditat, & ad vindictam & vltionem totus anhelat. Quid certius? Rursus adulatoris etiā vulnus altè animum penetrat, quia alia ratione totus spiritus eius, qui assentatorē auscultat, per plagæ ictum sensum abit. Utique Dauid veritatem cum spiritu, & anhelitur cōtulit in Psalm. cum ait: *Veritatem meditatit ut guttur meum.* i. veritatē perinde ore & faucibus traham, reddamque tamquā spiritum, aut respirationem (sic exponit nobilis interpret) vt sensus sit, veritatem semper ore meo proficiabo, & veritatem similiter hauriam: loquar videlicet atque audiam semper. Ille ergo qui assentatorum verba auscultat, veluti læthali & penetranti vulnere accepto, illac tota veritatis spiritatio effluit. Nam qui adulationibus locum facit, hoc potissimum damno afficitur, quod numquā veritatem vel accipit, vel reddit, hoc est, nec audit, nec loquitur. Vnde Tullius pro Cælio, *Adulatio, inquit, delet omnem veritatem.* Et in lib. de Amic. *Adulatio aures obstruit veritati.* Quod autem adulatio dum mulcet, luculentam satis plagam & vulnus altissimum infligat, docet August. in lib. de baptisim. contra Donatistas. *Leuius, inquit, debet putari quod gladio immanente, quā quod lingua adulate committitur.* Accedant verba Hieronymi, quæ alibi dedimus. *Plus, inquit, nocet lingua adulatoris, quā gladius persecutoris.* Huc spectat translatio Septuag. *Sermones assentatorum molles, ipsa verò percutiunt in penetralia viscerum.*

32 Etiam si ex præmissis interpretationibus quædam in Vulgatam nostram lectionem quadrent, tamen subest illi alia expositio non inelegans, quæ si ad superiores accedat, quarta est: *Verba bilinguis quasi simplicia.* Illud, *quasi*, pretextum sonat, inquit Hugo Cardin. Quasi dicat, Detractor sepius pietatem obtendens famam proximi admordet, sic. n. loqui consuevit, inquit Hugo. *Deus scit, & sanctissima Virgo, quia non dico, nisi pro bono, & quia tangit cor meum, & quia vellem bonum eius, quæ sunt præparatiua sui mendacii credendi.* Sed grauiori oratione hoc ipsum attigit Bernardus serm. 24. in Cantic. *Alii, inquit, quodam simulata verecundia fuco, malitiam, quam retinere non possunt, adumbrare conantur. Videas præmitti alta suspiria, sicque quadam cum grauitate, & tarditate, vultu mesto, demissis superciliis & voce plangentis egredi male dictionem, & quidem tãto persuasibiliorem, quãto creditur ab his qui audiunt, corde inuito, & magis condolentis affectu, quam malitiosè proficiisci. doleo inquit vehemēter pro eo, quod diligo eum satis. & numquam potui de hac re corrigere eum.* Et alia his similia attexit Bernardus, quæ detractores suis maledictis obtenderē solent, vt vel sic eorum apud auditores fidem faciant. Ita-

que illud, *Quasi simplicia*, sic accipiendum est. i. simplicitatem imitantia, & benevolentiam adumbrantia. Subiungit, *Et ipsa perueniunt vsque ad interiora ventris.* Nemo sanè verbis assequi poterit quantam, & quā profundam plagam detractoris lingua infligere soleat. Bernardus in praefato sermone. *Ferit, inquit, charitatē in omnibus, qui se audiunt, lingua detractoris, & quantum in se est, necat funditus, & exstinguit.* Itaque plaga hæc ad cor ipsum descendit, & charitatem, quæ inibi est, ictu suo configit. Cæterum in sermone de triplici custodia, de isto maledicæ linguæ vulnere elegantissimè Bernardus. *Numquid non lancea est ista lingua, projecto & acutissima, quæ tres penetrat ictu vno, lingua eorum gladius acutus, inquit Propheta: gladi⁹ equidē anceps. imo triceps est lingua detractoris.* Hoc verò ideo dicit, quia præmiserat in detractōne dicentē, auditorē, & eū, cuius fama læditur, vulnerari. Subdit: *Nec verò eiusmodi lingua ipso etiam mucrone, quo Domini latus cōfossus est, crudeliorem dicere verearis. fodit enim hæc Christi corpus, & membrū de membro: nec iam exanime fodit, sed facit exanime fodēdo.* Parum est hoc, inquit Bernardus, *ipsis quoque nocentior est spinis, quas illi in sublimi capiti militaris furor imposuit.* Et quidem non ineptè nouus, sed locuples autor, eas potissimum detractōnes, quibus superiorum fama petitur, his spinis adsimiles esse dixit, quæ Christi Domini cerebrum milites confixerunt Nam Episcopus, Prælator, Rector, & alius quilibet præpositus, vel superior, caput est suæ communitatis, & Christi, qui totius Ecclesiæ caput existit, vices sustinet. Quapropter quicumque illum verbis detractoris pungit, Christi cerebrum quodammodo spinis denuo terebrare dicendus est. Assuit Bernardus. *Seu etiam clavis ferreis nocētior est, quos sanctissimis manib⁹, ac pedibus cōsummatio Iudaica iniquitatis infixit. Nisi enim huius, quod non pungitur, & transfoditur, corpori sui vitā illius vitæ corporis prætulisset, numquam illud pro isto mortis iniuria, crucis ignominia tradidisset.* Quæ verba cautiùs accipienda sunt, ne quis (quod ego aliquando concionatorem perperam dicentem audiui) temerè asserat, Christum scilicet vitam nostram plus fecisse, quā suam, quasi aliter prodigalitatē in simulari posset, utpote qui id, quod apud ipsam interori in pretio erat, pro viliori re commutauit. Nam peritus rerum æstimator Christus satis nouit suæ vitæ infinitum valorem, nostræ item vilissimum pretium, & tanti vnquamque ipse faciebat, quanti erat. Sed nihilominus id, quod pluries æstimabat, scilicet vitam suam pro nostra, quam infinito interuallo viliores esse nouerat, liberaliter impendit, quia hoc ad sui patris gloriā spectare cognoscebat, quam ipse meritò vitæ anteponebat suæ, pro hac verò obtinenda vitam profunderet, non profusionis, sed liberalitatis, & amoris erga nos, & obsequij erga parentem maximi fuit. Ergo Bernardus sic intelligendus est, vt dicat Christum nostram vitam spiritualem suæ prætulisse, non æstimatione, sed factō ipso: hanc enim pro illa re ipsa impendit. Ex quo benè infertur Christum Dominum libentiùs in naturali suo corpore mortem naturalem sustinuisse, quā spiritualem in mystico, cum pro asserendo huius mystici corporis spirituali vitæ, illius vitam naturalem spontè profunderet. Ad hæc, quemadmodum nuper de capite diximus, in eo scilicet præpositos, & superiores adumbrari: ita etiam nunc de manibus, & pedibus arbitrari licet; nimirum

44

in manibus æquales, in pedibus autem inferiores A
notari: vt omnino hinc liquidò conficiatur, num-
quam de superioribus, æqualibus, aut inferiorib⁹
detrahi, quin aliquod Christi Domini membrum
altissimè configatur. Meritò ergo Salomon ait,
Et ipsa descendunt vsque ad interiora ventris.

VIII. *Pigrum deicit timor: anima autem
effeminatorum esurient.*

33

PIGRVM, &c. Hic versus desideratur in
Hebraico textu; petitusque videtur ex trans-
latione Septuaginta interpretum, qui, vt iam in-
de supra non semel docui, sæpius cum aliqua sen-
tentia in Hebræo anceps erat, & duplicem sen-
sum capere poterat, vtrumque expresserunt.
Quod sanè hoc in loco præstitisse mihi persuasum
est. Nam sequens versus ab hoc fermè non abit.
*Qui mollis est, ac dissolut⁹ in opere suo, frater est sua
opera dissipantis.* Hæc autem verba præfati inter-
pretes sic acceperunt, *Mollis*, id est, *piger dissolutus
est*, id est, *timore soluitur, frater est sua opera dissi-
patis*, id est, *bona sua euertit*, & in maximas census
angustias adducitur. Septuaginta verò famè ex-
presserunt, quæ decoctis facultatibus pigris ac-
cidere solet. Ergo præmissam sententiam sic ex-
tulerunt: *Pigros consternat timor, &c.* Sensus autè
est perspicuus, Homines scilicet inertes, & so-
cordes, timor adeundi laboris ab opere deterret.
eos autem, qui ad eum modum effeminatè la-
borem declināt, paupertas, & fames angere solet.
Cæterùm de pigritia, & mollitie alibi non semel
diximus. Illud tantummodo obserua pigros hîc
appellari effeminatos, nimirum quia vita otiosa,
& sedentaria feminas potius decet, quàm viros
strenuos. Hinc illud Iamblici (quod vulgò cir-
cumfertur) allèrentis otium sic esse adumbran-
dum. *Vir imbellis in habitu, & veste muliebri pul-
uinari accumbens.*

Iamblicus.

IX. *Qui mollis est, ac dissolutus in
opere suo, frater est opera
dissipantis.*

34

QVI mollis est, Hebræa ad verbum sic habet:
*Qui remissus est in opere suo, frater ipsi patro-
no corrupens*, reperitur enim hic vox illa בגל,
Baghal, de qua iam inde alibi diximus; sonat
autem Dominum, patronum, maritum, socium.
Pagninus legit: *Frater est viro dissipanti quidpiã.*
Cajetanus: *Frater ipse destructoris.* Rodolphi.
Frater est viri, qui sponte sua dissipat. Alij: *Qui fri-
get in opere suo, frater est eius, qui dissipat.* Chald.
Socius est viri dissipatis. Septuagint: *Qui non me-
detur sibi in operibus suis, frater est perdentis seip-
sum.* Aquila: *Ignauus in opere suo.* Symmach.
Cessans. Theod. *remissus.* Omnia in idem reci-
dunt.

D. Gregor.

Sententiam istam spiritualem ad sensum vocat
D. Gregor. Past. curæ. 3. p. adm. 35. his verbis. *Si
inchoata bona fortis manus operantis ad perfectio-
nem non subleuat, ipsa operandi remissio cõtra hoc,
quod operatum est pugnat. Hinc est, quod per Salo-
monem dicitur, Qui mollis, & dissolutus est, &c. Qui
videlicet capta bona districtè non exequitur, disso-
lutione negligentia munus destruens operatur. Lo-*

quitur de virtutum actionibus, quas vrgere, &
promouere semper opus est; nam si quis ex in-
curia prætermittat, quæ prius ædificata, & extru-
cta fuerant spontè ruunt. Similitudinemque pe-
tit ab ædificio, quod vbi ad aliquam altitudinem
perductum est, nisi continuis operis absoluator,
& ad fastigium adducatur, parietes pluuiæ, & aliis
temporum inclementiis labefactati, & triti solo
procumbere solent.

Quod si ad literam spectes, eadem quidem,
sed mutata materie, sententia euadit. Alloquitur
enim Salomon pigros, & præ inertia negotiatio-
nem, aut laborem intermittentes, & sensus est.
Quicumque opus, aut negotium cœptum focor-
dia, & pigritia solutus intercipit, *Frater est sua
opera dissipantis*, i. similis est omnino ei, qui parta-
iam bona euertit, ac distrahit. nã qui in dies bona
sua non augent, eadem quidem euertunt ac dissi-
pant. Ea enim est opum conditio, & natura, vt
nisi illis quotidiana occasiones fiant, citius qui-
dem deficient, & dilabuntur. Hæc expositio con-
cinit cum superiori, & satis vera, & germana est.
Est enim fortunarum natura modi nescia, aut e-
nim crescit, aut decrescit. Vnde Docæarchus ap-
ud Stobæum, dicebat, *Fortunis aut quotidie nũ-
mum vnum apponi, aut detrabi.* Quasi diceret,
non posse labilem eius conditionem fisti.

35

Stobæus.

Alij rursus verba Salomonis sic exponunt:
Homo deses, atque iners, *Frater est dissipantis*,
id est profundentis bona sua: quia sicut hic pro-
fusione & prodigalitate fortunas decoquit, sic
etiam ille per focordiam, & industriæ defectum.
Frater, inquam, id est, similis est illi. Vel aliter,
Frater est, quia vterque eiusdem parentis germa-
na soboles: Nam profusionis, & otij vna eadem-
que parens est, scilicet improvidentia. Voco au-
tem improvidentiam inertem quandam futuri
temporis incuriam: Nam is, quem nulla futuri
temporis cura incescit, & desidia marcens lucre
facile deserit, & prodiga largitionum erogatione
parta improvidus dilapidat. Iure igitur optimo
prodigus, atque iners fratres esse dicuntur, cum
eadem matre sati sint. Sed illud obseruandum,
quod initio animaduerti, sic ad verbum extrema
verba reddenda esse, *Frater est Domini, aut mariti
dissipantis.* Itaque prodigus appellatur quidem
Dominus, aut *maritus dissipans*, vel *corrumpens*. Et
quidem vtrumque nomen in illum aptissimè ca-
dit. Dominus vtique dissipans meritò dicitur,
quia, vt iam inde supra ex Chrysofomo, August.
& aliis docui, inter auarum, & liberalem hoc in-
terest, quod auarus seruus est diuitiarum, libera-
lis autem Domin⁹. Nunc verò vltèrius addo, pro-
digum facultatem suarum Dominum dici debe-
re. Sed tamen magnum inter prodigum, ac libe-
ralem versatur discrimen: *Liberale enim Pluto
tanquam seruo bene vitur* (verba sunt Plutarchi)
*prodigus autem abutitur, ideo apud liberale semper
manet, prodigum autem deserit, ac fugit.* Quasi di-
cat, diuitiæ quidem similes sunt seruo tam erga
liberalem, quàm erga prodigum, vterque enim
eas sibi mancipat, ac subdit: sed tamen quia libe-
ralis hoc seruo benè, & secundum rationem vti-
tur, atque illi sedulo prospicit, libenter apud ip-
sum manet, & illi obseruit: quia verò prodigus,
& profusus homo temerè hoc seruo abutitur, &
nequaquam illi consulit, quin potius illum im-
maniter discerpit, ac dilacerat, ocyus ab eo se
protipit, & ad alium Dominum transit. Aptè
ergo dicitur prodigus, *Dominus corrumpens*, aut
discerpens Rursus *maritus corrumpens*, non ineptè

36

Plutarch.

appellatur; (succedat memoria Socratis apud Sto-
beum ferm. 14. & Democriti apud Maximum
ferm. 8. dictum elegans) qui videns quendam pro-
fusè cunctis donantem, & dona magna sine dele-
ctu suppeditantem, sic addidit: *Male utique per-
eas, quia Gratias Virgines meretrices fecisti, & velut
scorta prostituisti.* Quasi diceret, iniquè admodum
egisti, qui gratias, id est, beneficentiam, & libe-
ralitatem, Virginem utique pudicam, & incorrup-
tam, nequaquam, vt decebat, tibi coniugem, &
sponsam locuisti, vt apud te semper maneret, &
tuolateri hæreret: quin potius illam corrupisti, &
tamquam meretricem quandã prostituisti, ex quo
fiet tandem, vt meretricios mores sequuta exhau-
stis facultatibus te deferat, sine quibus beneficia
adesse non potest. Sic accipio illa verba, *Frater
mariti corruptentis*, id est, mariti sponsam suam, i.
gratiam, & beneficentiam prostituentis, & cor-
rumpendam proponentis. Pergo ad alia.

X. *Turris fortissima nomen Domini, ad ipsam
currit iustus, & exaltabitur.*

37. **T**urris fortissima, &c. Hebræa non dissonant.
Chaldaeus extrema verba sic extulit: *In ea
autem currit iustus, & exaltabitur in ipsa.* Septuag.
*Magnificencia fortitudinis nomen Domini, ei au-
tem accurrentes iusti exaltantur:* alius interpres
Graecus legit, *Ex magnitudine operum nomen Do-
mini.* Aquila, & Theod. *Turri potentia.* De reli-
quo à Vulgata non recedunt.

Ex Hebræis aliqui sunt, qui hæc verba de nomi-
ne ineffabili, יהוה *Iehouah*, accipienda esse putant,
vt sensus sit. Nomen hoc magnum ad instar est
turris fortissimæ: nam quoties inuocatur vndique
hominem munit, ac defendit. Et quidem ex qua-
tuor litteris huius nominis nescio qua ratione tur-
rim quadratam constituunt, atque illi nomen *Ado-
nai*, pro vallo, ac septo circumdatum fuisse dicunt:
adeo vt qui hoc vallum transiliens ad interna san-
ctissimi nominis irruerit, & vim illius hauserit,
velut in turri munitissima tutus, ac securus sit. Hoc
ipsam ad sanctissimum nomen *Iesu*, alij trahere
contendunt, sed tamen his, atque aliis leuioribus
rebus omiſſis sententia huius loci perspicua.

38. Aut enim per nomen Domini intelligitur, *Deus
ipse.* Sic enim passim in scriptura nomen, accipi
solet pro ipsa persona, vt alibi docuimus. Vel per
nomen intelligitur inuocatio, & imploratio ipsius
Dei, vt utrumque autem ferme in idem recidit. Iuxta
priorem acceptionem sensus est: *Turris fortissima
nomen Domini, &c.* Nimirum Deus ipse fortissi-
mæ ad instar turris obtinet. Quanta sit huius turris
fortitudo, & munimentum docuit Augustinus in
Psal. 60. ad illa verba: *Turris fortitudinis à facie
inimici, vbi sic scribit: Diabolo quidem per tot loca
& tempora, & occasiones insidiantes aduersus me,
hic est mihi turris fortitudinis, quò cum fugero non
solum vitabo tela inimici, sed etiam illum, quem
voluero securus ipse tela iaculabor. Caue ne feriaris
à diabolo: fuge ad turrim, nunquam te ad illam tur-
rim, diabolica iacula sequutura sunt, ibi stabis mu-
nitus, & fixus, ante est turris, recordare Christum,
& intra in turrim.* Et post pauca, quæ aduersus dia-
bolum ex hac turri iacula intorquenda sint expri-
mit his verbis: *Tu potius in illum iaculare tela, qui-
bus feriat, qua sunt ista tela? Verbum Dei, fides
tua, spes tua, bona operata tua.* Addit Salomon, *Ad
ipsam currit iustus, & exaltabitur.* Audiendus est

A Beda in eum Psal. *Factus utique mihi Deus turris* Beda
*fortitudinis, idè ego non perfugabilis ero, sed statio-
narius miles ero, &c.* Sic accipe etiam verba illa: *Cur-
rit ad illam, & exaltabitur.* i. non fugam molitur,
sed ad illam sese recipit, atque in sublimi statione
seu miles stationarius constitutus persistit. Inde
enim pugnat, & à loco suo nulla vi deiici, aut de-
turbari potest. Sic enim conuertere licet: *Currit
ad illam iustus, & stabit*, id est, stationem suam te-
nebit. Et sanè (stationarij milites olim appellaban-
tur milites præſidiarij, quibus castra, aut turris cu-
stodia, & tutela committebatur. Ergo sicut hi mili-
tes præſidiarij, seu tuelares ipsi quidem turribus
præſidio sunt, eamque ab hostium irruptione de-
fendunt, & vicissim ipsi quidem turribus tutan-
tur, & defenduntur: Sic etiam de iustis decernendū
est, cum ad Deum, tamquam ad turrim confuge-
runt, hi enim tamquam stationarij milites, & ab
hac turri ipsi defenduntur, & turrim illi ipsam con-
tutantur, quia Deus quidem illis munimento est, &
ipsi vicissim Dei gloriam ab hostium iniuriis forti-
ter defendunt.

39. Secunda interpretatio hæc Salomonis verba ac-
cipit de oratione, & inuocatione Dei, hoc sensu:
Turris fortissima nomen Domini. i. deprecatio Dei
maximum, ac munitissimum est propugnaculum
aduersus hostes tam internos, quam externos, quid
certius? Chrysoſtom. in lib. 2. de orando Deum,
sic scribit: *Oratio Ecclesie murus, qui rumpi non
possit, munimentum in concussum; demonibus qui-
dem formidabile; pijs vero, nimirum nobis, tutum, ac
salutiferum.* Et rursus ait: *Quemadmodum ciuitas,
quæ turribus, ac muris cincta non est, facile venit in
potestatem hostium, sic & animam non munitam præ-
cibus, diabolus facile in suam redigit ditionem, nec
multo negotio omni scelerum genere implet. Caterum
ad animam precibus munitam non audeat pro pijs ac-
cedere, metuens robur, ac fortitudinem, quam illi
oratio subministrat.* Hæc ad internos hostes per-
tinet, de externis est illud, quod paulò post at-
texit ad hunc modum: *Orationis præſidio Persarum
copias Ezechias celeriter vertit in fugam, iam hostes
machinas admouebant manibus, iam turres scande-
bant, sed ille muros deprecationis vallo sepsit, simul-
que per deprecationem sine armis solutum est bellum,
& hostes depulsi.* Itaque oratio non turris solum,
ac murus est, sed aliquid fortius, quo turres ipsæ, ac
muri contententur. Subdit Salomon: *Ad ipsam cur-
rit iustus, & exaltabitur*, id est, ad ipsam se reci-
piet, & tutus erit, siue, vt nuper dixi, *stabit*, scilicet
tamquam miles in præſidio, & statione sua. Et qui-
dem olim, vt auctor est Tertullian. in lib. de ora-
tione, dies ieiunio, & orationi adscripti stationes di-
cebantur, ducta scilicet metaphora à militibus sta-
tionariis. Sic enim scribit: *Similiter, & de stationū
diebus non putant plerique orationibus, & sacrifici-
is interueniendum, &c.* Et post pauca: *Si statio de
militari exemplo nomen accepit (nam & militum Dei
sumus) utique nulla latitia, siue tristitia obueniens
castris stationes militum rescindit.* Quasi dicat,
cum constet illos, qui orant & sacrificant, & iei-
uniis se macerant in stationibus esse, similitudine à
militibus petita, sanè quemadmodum milites nulla
suborta, vel tristitia, vel latitiæ occasione stationes
suas deserunt: ita etiam milites Christi nulla ex
causa orationum stas, & decretas horas, vel dies
derelinquere, aut intermittere debent. Et sanè sta-
tionum dies à militibus stationibus nomen acce-
pisse docet etiam D. Ambros. in ferm. 25. his ver-
bis: *Stationes etiam vocantur ieiunia, quod stantes,
& commorantes in eis inimicos nostros insidiantes te-*

Chrysoſt.

Tertul.

Ambros.

Cyprian.

pellimus. Lege etiam Cyprianum Epistola 41. & A
quæ in eum locum conijcit eius Scholiastes.

40.
Rodolph.

Ad extremum subjicienda est expositio Rodolphi, qui extrema isthæc verba secundum Chaldaicam lectionem sic expendit: *Et currit in ea & exaltabitur in ipsa*. Nimirum hæc turris, siue Deus ipse eo nomine censeatur, siue illius inuocatio, & imploratio, non est angustiior aliqua custodia (nā fontes in turribus includi solent, vinculis alligati) sed latior, & liberior. *Curret*, inquit, *in ea iustus*, id est, non ligatus, sed solutus, ac liber erit, neque inde ad supplicium, & ignominiam, sed ad gloriam, & exaltationem, & coronam ducetur: erit utique in ipsa non tamquam in carcere, sed veluti in palatio, ac regia. Hæc sanè facilem accommodationem habent. Item translatio Septuaginta ad vulgatum sensum facile allici potest: *Ex magnificentia fortitudinis nomen Domini*. i. in nomine Domini magnifica, & potentissima quedam fortitudo est. Itaque verba conuertenda sunt per metathesim: id est, *Magnificentia fortitudinis ex nomine Domini*.

X I. *Substantia diuitis vrbs fortitudinis eius:
& quasi murus validus circumdans eum.*

41

HVIVS carminis prius Emystichium occurrit supra cap. 10. vers. 15. Vide quæ ibi diximus. Posterius autem sic habet: *Et quasi murus validus*, &c. Hebr. & sicut murus eleuatus in imaginatione eius. Cajetanus, *Et sicut murus eleuatus in calaturis eius*. Chald. *Et quasi murus eleuatum est habitaculum eius*. Heb. *במסכתו*, *Bemaschithu*. Vox est, *משכח* *Meschach*. quam alij existimant significare cubiculum, alij cælaturam, aut picturam, alij imaginationem, à radice *שכח* *Sachach*. i. *pinxit*, vel *aspexit*. Noster utique ad significationem aulæ, aut cubuli retulisse videtur, quod vndique ambiat. nimirum est illi vrbs fortitudinis, & paries vndique ambiens, & illum velut in cubili securum esse iubens. Septuaginta habent: *At gloria eius valde obumbrat*: de qua lectione infra non pauca.

42

Extremæ huius clausulæ dissimiles admodum expositiones occurrunt, totius verò sententiæ scopus satis liquet. Nam cum præmississet Salomon Deum ipsum, aut Dei inuocationem, iusto, & pio homini pro turri esse, ac propugnaculo, addit, impium, ac diuitem non ita, sed diuitias suas munimenti, ac præsidii loco ducere. Itaque ait: *Substantia diuitis vrbs fortitudinis eius*. Nimirum diues suarum copiarum præsiidiis munitus, perinde se tutum, ac securum esse putat, ac si in vrbe aliqua fortissima validissimis vndique mœnibus cinctus degeret. Quemadmodum. n. mœnia ad repellenda hostium iacula; & alia vicissim in ipsos facienda opportuna sunt, (vt nuper ex Augustino adscripsimus;) sic etiam diuites opibus suis id se obtinere existimant, vt non modo aduersariorum vim repellant, verum etiam vt illis inferant. Hunc sensum reddit nostra Vulgata lectio, qui perquam facilis est. Itaque licet priorem illam partem, *Substantia diuitis vrbs fortitudinis eius*, iam inde supra semel Salomon dederit, tamen diuerso admodum instituto, & sensu, hic ab eodè redditur: vtrobique; sed non pro diuitiis, sed contra diuitias pronūciatam fuisse ibi decreui. Salomon ergo in hoc, ac superiori versu ostē-

dit, quam latum discrimen inter virum pium, ac improbum intercedit; ille Deum ipsum turris, ac munimenti loco habet, hic diuitias, & opes, rem fluxam, & labilem, in propugnaculi, muri, ac præsidiorum omnium loco ponit: sed vide quàm dispar vtriusque robur, & conditio sit, illum quidem diximus in ea turri, quasi stationarium militem nulla vi, aut hostili impetu à suo loco dejici posse: at quàm facile diues à loco pellitur suo, audi Mariam occinentem Luca 1. *Diuites dimisit inanes. Deposuit potentes de sede*, &c. Et David ait: *Vidi* Luca 1.

B

impium exaltatum, & eleuatum sicut cedros libani, transiui, & ecce non erat, & non est inuentus locus eius. Rursus expendentem nuper Chaldaicam lectionem addidimus; in ea turri non esse iustum, tãquam fontem in carcere, ac custodia, nam & fontes vinculis obstricti turribus includi solent: at diuiti opes carcerem potius exhibent, quàm munimentum: accipe verba Chrysoft. in Hom. 14. in Mart. quæ iam inde alibi dedimus. *Sicut. n. cum* Chrysoft.

aliquem videris in carcere vinctum, & ceruice, manibus, pedibusq; ferratum, propterea illum maximè maserearis: sic etiam cum videris diuitem infinitis rebus circumdatum, noli illum propter illa vocare locupletem, sunt. n. vincula. Præter illa autem vincula habet custodem carceris securiorem, prauum, scilicet amorem pecuniarum, qui semel à se vinctum nequaquã de hoc carcere migrare permittit, sed mille imponit catenas, & ostia, & seras, atque custodias, & in interiorem illum conijciens carcerem etiam delectari his vinculis facit, vt ab illis, quibus oneramus malis, nec spem quidẽ ullam libertatis inueniamus.

C

Ad hæc, iustus verum, & non fictum in Deo habet propugnaculum, & munimentum; at diues non ita, sed commentitium, imaginarium, pictum, & adumbratum. Venio ad lectiones extremæ clausulæ, quæ diuersos interpretes in diuersas expositiones compulerunt.

Ergo plerique sic legunt: *Et sicut murus altus in imaginatione eius*, i. hæc vrbs atq; mœnia haud vera sunt, sed sua ipsorum imaginatione conficta, ipsi. n. sibi cõmentitiam, & imaginariam quandã vrbe, vndique muris cinctam, & obessam conformant, ne dicam somniãt. Eodem modo exponunt alij alteram illam lectionem: *Et sicut murus altus in pictura eius*: nimirum sicut murus præaltus non verus, sed pictus. Sicut. n. nouimus vrbes aliquas, cum forte murus ab hostibus præruptus esset, aut spõte decidisset, linteum ad muri speciem depictum obtendisse, ac sic diu hostes decipisse: simili ratione diues tum aliis, tum sibi metipso præstigiis facit: nam cum intra depictos, & minimè veros muros sit in murata vrbe degere, tum alij, tum ipse putat. Sed tamen tunc cum se maximè tutum ac securum velut in vrbe mœnibus cincta diues existimat, totum illud robur

E

commentitium, & depictum leuissimo quodam ictu decidit. Nec mirum si diuitiarum robur cum linteo ad muri speciem expicto cõferamus, cum scriptura ipsa telis aranearum non semel componat. *Isaiæ 59. Telas aranea texuerunt, tela eorum non erunt in vestimentum, &c.* Quemadmodum *Isai. 59.* ergo si araneus intra telas suas sese cohibens satis munimenti se habere existimat, quas scopæ tractu leuissimo euerrunt, & disijciunt: sic etiam de diuitibus existimandum est, cum intra opum suarum araneas tenuissimas satis se munitos, atque fortes falsa opinione decernunt, quas vnica vel leuis fortunæ conuersio prorsus euertit, & euertit. Et quidem totã diuitum gloriam adumbratã esse, & pictam docet Chrylostomus hom.

Chrysoft.

4. de Lazaro ab illis verbis: *Quemadmodum con-*
spicientes diuitē in pariete pictū, non illi inuidemus,
nam quod videmus umbra rerū est, non veritas: sic
&c. Itaque non modo diuitias ipsas cum pictura
 comparat Chrylostom. sed etiā diuitem ipsū cū
 homine non vero, sed picto conferendum esse
 censet: obiter autem sic cogita inter diuitem, ac
 pauperem interesse, quod inter verū, & pi-
 ctum hominem, nam verus homo mouet seip-
 sum, & membra omnia exercet sua: pictus verò
 nisi ab alio mouetur totus hæret. & membrum
 nullum impellit: verus præterea homo viuūt, in-
 telligit, sapit, non item pictus, sic etiam de paupe-
 re, ac diuite iudica. Ille mouetur, hic quidem vt
 moueatur sella octophora, aut curru indiget, ille
 membra exercet sua, hic tamquam languens si-
 mulacrum seruis se vestiendum, comandum, po-
 liendum tradit, illud tantummodo reliquum est,
 vt famuli cibos in os mittant, nam potum iam in-
 de hauriendum ori ipsi admouent; ille verus sa-
 pit, viuūt, & intelligit, hic verò nec viuūt, neque
 sapit, neque intelligit, &c.

44
 Caiet. Cajetanus sic extulit, *Et sicut murus validus in*
calaturis eius. Rabbi Dauid, *In picturis eius.* Vter-
 que autē hoc sensu donat. diues quidē cum in cu-
 biculo, vel aula sua picturis, vel calaturis affabre
 elaborata inclusus est, perinde se tutum, ac muni-
 tum esse existimat, ac si mœnib⁹ vndiq; altissimis
 cinctus esset. At verò Rabbi Abraham sic exponit,
Et tamquā murum elouatū reputat calaturā aurū,
& argentū, quibus dom⁹ illius plena est. Addit vero
 cōuerti posse, *& sicut murus altus in prospectu suo,*
 vt sensus sit, diuitias, quas in prospectu suo habet
 muri adinstar celsi obtinere existimat. Est præter-
 ea aliquis, qui sentiat hanc translationem de ruina
 diuitis esse accipiendā. *Et sicut murus præaltus in*
prospectu eius, i. quemadmodū homo capitis im-
becillitate præditus, si præaltū murum ascēdat, &
inde in terram despiciat, exturbatis sensibus rela-
bi solet: sic diues propter diuitias suas in elationē
actus præ summa capitis sui imbecillitate, etiam
nullo impellente, ruit, hoc verò cū sequenti
sententia optime cohæret, vt statim patebit.

Rabbi A-
 braham. Reliquum est vt lectionem Septuaginta subii-
 ciamus, quæ sic habet: *Et gloria eius magnopere*
inumbat: Græcè, *ὡς ἐμυλίζετ.* aliqui sic ex-
 ponunt, id est, *gloria corū,* mirum in modum illos
 protegit: nimirum gloria, & splendore diuitia-
 rum luarum se protegi, atque defendi putant.
 Ceterū si vim verbi, *ἐμυλίζετ* obseruemus,
 aliter sententia conformanda est, ne ab originib⁹
 penitus abeat. Ergo verbum illud ad picturā re-
 ferri solet, quemadmodum verbum Latinum ad-
 umbro, accipi solet pro verbo pingo, suadent
 hoc ipsi origines: Nam verbū illud *שחח* Suchah,
 à quo fluit vox illa *Bemaschitu,* quæ hinc occurrit,
 propriissimè significat pingere. Itaq; illud *ὡς ἐμυ-*
λίζετ, sic reddendum censeo: *gloria eius magna*
adumbrat, i. magna pingit. Quasi dicat, diues di-
 uitiarum gloria elatus magna meditat, & men-
 te sua ingentes moles sibi expingit. Nam illud,
murus altissimus in picturis eius, Septuaginta ad
 sensum referentes perinde esse existimarunt, ac si
 diceret, diues propter animi elationem altissima
 cogitat, moles ingentes architectatur, & grandia
 quæque sibi ipsi pingit: sed tamen vanissima il-
 lius figmenta, & picturas quælibet fortunæ con-
 uersio radit, ac delet, omnia quidem illius bona
 picta sunt, & adumbrata, sic docernit Paulus
 1. ad Corinth. 7. *Qui emunt tamquam non possi-*
dentes, & qui vtuntur hoc modo tamquam non

A vtantur, præterit enim figura huius mundi. Quasi
 dicat, omnia mundi bona non solida, sed picta
 sunt, non vera, sed adumbrata, & fucata. Græcè,
πυρρί, i. decipit, nimirum decipiens abit. Sanè
 verbum *adumbro,* ad picturam accommodatur,
 quia picturæ coloribus, & vmbis constant: nam
 dum vmbæ quædam partes deprimunt, alias co-
 lor attollit, figura perficitur. Ait igitur Salomon,
Et gloria diuitis magna adumbrat. Nimirum ma-
 gna vmbis tegit (sic accipe, dum tamen à pictu-
 ra non recedas:) hinc autem fit, vt ea, quæ per se
 parua sunt, scilicet temporalia, & caduca, ma-
 gna, & sublimia appareant, hoc enim adumbra-
 tio facit. Quasi dicat, diues partes quædam, ma-
 jora videlicet bona, i. spiritualia, & æterna, igno-
 rationis, vel passionum vmbis tegit, & partes a-
 lias, nimirum caduca, & temporalia, præclaris co-
 loribus illuminat, propterea hæc altiora, & illa
 depressiora ipsi videntur. Secus iustus, ac pius ho-
 mo, hæc spiritualia bona, quæ per se maiora sunt,
 & digniora, colorum, ac pigmentorum illumina-
 tionibus eleuat, item temporalia, & caduca, quæ
 per se minora, & leuiora sunt, additis vmbis con-
 tegit ac deprimat. Ad alia.

XII. *Antequam conteratur, exaltatur cor*
hominis, & antequam glorifietur,
humiliatur.

C ANTEQUAM conteratur. Heb. *Ante*
contritionem elabitur cor & ante gloriam hu-
mitas. Symmachus, & Theodot. *Et ante glo-*
riam mansuetudo. Septuaginta concinunt cum
 nostra. Hæc ipsissima sententia occurrit suprā
 cap. 16. vers. 18. Vide ibi.

XIII. *Qui prius respondet, quàm audiat,*
stultum se esse demonstrat, & confu-
sione dignum.

D QUI prius respondet, &c. Heb. *Reddens ver-*
bum antequam audiat, stultitia est ei, & pu-
dor. Septuaginta: *Imprudencia est ei, & oppro-*
brium.

Hæc verba duplicem ad sensum vocari facile
 possunt, aut enim in vniuersum sic exponi de-
 bent, *Qui prius respondet, quàm audiat,* &c. Ni-
 mirum qui prius quàm rem integram didicerit
 responsum offert, sæpius stultè, & imprudenter re-
 spondet, & ignominiam, probiumq; inde sibi ac-
 cerfit. Hinc prudentes quique non prius de reb⁹
 suam sententiā ferunt, quàm rem omnem callue-
 rint, prius de singulis edoceri, (& si quidem inter-
 multos res geratur) singulos prius audire vo-
 lunt, & tunc demum expensis rationibus res-
 pondent. Hæc sententia, ni fallor, præcipuè
 ad iudices, & magistratus intenditur, neu cau-
 sis inauditis temerè aliquid sentiant aut decer-
 nant. Huiusmodi iudicem non ineptè cum Cy-
 tharædo contulit Petrarca, qui prius quàm
 chordas singulas, seu neruos, eorumque sonum
 auribus obierit, & explorauerit, omnes simul in-
 concinnè percutit. Sicut enim hic absonum, &
 absurdum strepitum reddit, sic etiam iudex, qui
 singulas litigatorum causas non pulsauit, nec au-
 diuit, stultam planè & absurdam sententiam

pronunciet necesse est. Itaque iudices singularum partium iura auscultantes, Cytharædis ad similes sunt, qui nervos temperant, & alios quidem intendunt, alios remittunt iuxta sonorum varietatem, nimirum secundum iuris canones, æstimatis causarum momenti alias quidem intendunt atque præferunt, alias remittunt, atque solvant. Quapropter illos monitos velim neu feros, ac morolos nimium in hac re sese præbeant, est. n. ingratum, ac molestum valde Cytharædum nervos temperantem diu audire, & expectare.

47

Nazian

Alter sensus est, *Qui prius respondet, quam audiat*, &c. Nimirum, qui prius ad docendum accedit, quam ipse edoctus sit, stultitiam suam facile prodit, & non gloriam, sed opprobrium sibi inde alciscit. Lege Gregorium Nazian, oratione prima Apologetica de fuga in Pontum, vbi hæc de re copiosissime disserit, vbi inter alia sic addit: *Præstabilius quidem nos esse duximus, cum qua dicenda, & facienda sunt nesciremus, ea addiscere, quam nescientes adhuc ea docere; præclare enim cū eo agitur, cui vel in profundam senecturæ canus sermo veniat, eamque vim habens, ut recenti adhuc impietate animo adinmēto esse possit. Nam certè alios docere aggredi prius quam ipsi satis docti simus, & (vt dici solet) In dolio discere, hoc est in aliorum animarum pietatem meditari, & exercere, valde stultorum, aut temerariorum esse videtur, stultorum utiq; quia ne stultitiam quidem suam agnoscut: temerariorum, si cum eam cognitam habeant, tamen aggredi hoc non verentur. Vtique proverbium illud, *In dolio discere figulinam*, aduertit illos iactatur, qui maximas quasque res præstare audent antequam in minoribus, ac leuioribus se exercuerint. Figuli enim non statim in dolio, sed in exiguis vasculis, aut ollis figulinam alcunt, in quibus scilicet si opera ludatur haud magna iactura. Plura attexit. Nazian. lege ibi. Qua verò Cytharædi supra meminimus, de Cytharædo sic Gregorius. *Hæc autem id circo panctis commemoramus, vt istud planū fiat ei, qui de tantis reb^o dicturus est, præsertim apud multitudinem, quæ ex variis atatibus animique affectionibus constat, ac musici cuiusdam instrumenti multis fistulis constantis in modum variis pulsibus opus habet, difficile esse eiusmodi orationē inuenire, qua omnes concinnare ac scientiæ lumine collustrare possit. Vbi autem ad hunc modum docendi difficultatem extulit; paulò post illud quidem maxime stultitiæ esse dicit, quod cum Cytharædus non prius cytharâ publicè pulsare audeat, quam longo tempore artem didicerit, ne pulsu fidium aures lædat audientium, tamen plures sint, qui ad docendam multitudinem accedant prius, quam aliquid ipsi didicerint, non aures solum, sed etiam animas ipsas violantes.**

XIV. *Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam: spiritum vero ad irascendum facilem, quis poterit sustinere?*

SPIRITVS viri, &c. Heb. *Spiritus viri suffert infirmitatem eius, & spiritum contritum quis feret secum?* Cajet. *Spiritus viri feret agritudinem suam* Chald. extrema verba sic extulit: *Et spiritum demissum quis poterit sustinere?* Septuaginta longe aliter versum istum reddiderunt: *Furorem viri mitigat seruus prudens, pusillanem autem virum quis sustinebit?* Aquila,

& Theod. *Spiritus viri reget infirmitatem eius, & spiritum percussum quis portabit eum?* Hebraicè pro illis verbis, *ad irascendum facilem*, est **נחאב** *Nechaab*. Quam vocem quidem referunt ad radicem **נחאב** *Nachab*. i. percussit, cōtrivit, ita vt vltimum **ב** paragogicum sit: hi verò *percussum*, aut *contritum* spiritum reddunt. Reliqui erunt à radice **חאב** *Chaab*, quæ significat dolere, & tristari: itaque germanè conuertendum esse putant, & spiritum *tristem*, & *afflictum*. Septuaginta ad sensum spectantes, *pusillanem*, nolter item eorum vestigia premens, *Ad irascendum facilem* transtulit. Ad rem.

Locus explicatu difficilis. Cajetanus nescio quam diuerbitatem excogitavit inter mala, quæ homo sibi ipsi infert, & ea, quæ ab aliis illata sunt, sic enim ait, *Spiritus viri feret imbecillitatem suam*: nimirum homo quiuis damnus illud, quod sibi ipsi attulit, æquo animo tolerat: *Spiritus percussus quis portabit illum*. i. ab alio percussus. Quasi dicat, impares quidem sunt vires hominum ad toleranda mala, quæ alio percutiente, vel affligente contingunt. Sed quanta vi verba Salomonis ad hanc interpretationem vocetur liquet satis. Rodolphus ergo putat à sapiente discrimen tradi, quod inter morbos animi, & corporis, intercedit, hoc modo: *Spiritus viri feret imbecillitatem, vel agritudinem suam*. Nimirum vir quilibet ad morbos, & valetudinem corporis æquamiter ferendam satis virum habet: attamen ad morbum maximum, scilicet tristitiam, & maiorem tolerandam vires humanæ impares sunt, hoc sibi vult illud, *Et spiritum percussum vel triste quis feret?* Itaque docet tristitiæ morbum omnibus aliis grauiorem esse, sed tamen de hoc morbo iam inde supra non pauca diximus cap. 17. vers. 22. nescio an alibi sed tamen hæc expositio in Vulgatam lectionem non cadit.

Iansenius ergo aliter de morbis animi, & corporis exponit. Præmittit enim ex Hebræo sic vertendum esse. *Spiritus viri sustentat infirmitatem eius, at spiritum contritum quis tolerabit?* i. si animus sanus sit, nimirum lætus, & alacer sua quidem bona affectione hoc præstat, vt corpus agrum è grauioribus morbis facile conualescat, & in dies melius habeat. At verò si animus ipse æger sit, & dolore, aut maiore confectus, haud leuari, & curari facile potest. Itaque docet lætitiæ animi ad corporis grauioribus agritudines leuandas præstare, ac tristitiæ ipsam tatum esse morbum, vt vix illi mederi liceat. Sed tamen hæc quoque interpretatio à Vulgata longè abit, & quidem loci difficultas Vulgati textus cancellos egredi coëgit interpretes, ita vt vix aliquis intra illos se cohibeat. Hæc etiam in spiritualem sensum impulit Hugonè, Bedam, Arboreum, Dionys. & alios, hoc modo: *Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam*. Christus Dominus ait, *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma*. Quapropter sapius opus est, vt spiritus carnis imbecillitatem, & male firmum robur sua fortitudine sustentet, Spiritu verò ad irascendum facilem quis poterit sustinere? *Quia qui ad irascendum facilis est* (inquit Beda) *nec se ipsū potest sustinere, ita vt vir iratus sæpè dicat ea, quæ mox cum placidus est, quia dixerit pœniteat, plerumque etiam an dixerit ignoret.*

Rodolphus ergo, in secunda expositione propius ad nostram lectionem accedens extrema illa verba, *Et spiritum ad irascendum facilem*, &c. non accipit de homine, qui suæ ipsius iræ impatiens

Cajet.

49.

Iansen.

50

Rodolph.

tiens est, sed alienæ. Vt sensus sit. Leuius est grauiissimam corporis egritudinem ferrè, quàm cum homine cõuerfari, qui leui ex causa commouetur, & stomachatur, sed tamen quis non videat lægitudam, & enervem esse eiusmodi interpretationem? Quapropter his dimissis, vnam, aut alteram expositionem subiiciam à Vulgata non abhorrentem. Primò ergo dici posset in posteriori Emystichio, verba, iuxta morem scripturæ sæpè aliàs à me obseruatum, esse permutata figuratè ad hunc modù: *Et spiritum ad irascendum facilem sustinere quis poterit?* id est, *Spiritus ad irascendum facili quid poterit sustinere:* nil scilicet. Vt sensus sit: *Spiritus viri*, nimirù spiritus virilis, & magnanimus, *sustinet at imbecillitatem suam*, quamlibet ærumnã, calamitatem, & dolorem incidetem animosè perfert: *At spiritus ad irascendum facili*, i. pusillanimis, vt habent Septuaginta, (nam ferè pusillanimes stomachabundi, & malorum impatientes sunt) pusillanimitas, inquam, sustinere quid poterit? nimirum leuissimis malis consternatus ex impatientia furit. Itaque Salomon discrimen tradit, quod inter magni, & pusilli animi hominè versatur: ille, inquit, mala grauiissima placidè perfert, hic autem leuissimis perturbationibus concutitur. Quid certius? Virge eadè expositionem secundù præmissam figuram ad hunc modum, *Spiritus viri sustinet imbecillitatem suam*. Nimirum sit aliquis imbecillus, & viribus vsquequaque infirmus, idem verò fortis, ac virili animo præditus, hic sanè ad quæuis mala perferèda fortissim⁹ erit, animi enim magnitudo præstat fortissimis, ac validissimis lacertis: *Et spiritus ad irascendum facili*, &c. Nimirum sit alter pusillo animo, atq; viribus robustissimis, hic quidè nec leuissima quidem mala constanter tolerabit: nam robur, & lacerti, si absit animi magnitudo, nihil præstant: sed expendenda est vox originalis, quæ sic habet: *Spiritus viri sustinet at imbecillitatē suã*, Hebraicè, *leuat*, vel *portat*. Metaphora est ducta ob oneribus leuandis, quæ sanè in hanc sententiam aptissimè cadit. Quia, vt auctor est Aristotel. in li. de Resp. fortitudinis, & roboris ad onera baiulanda spiritus, & anhelitus mensura est, Nã quò quis per nares patulas vehemētius, ac productius anhelat, eò robustior est ad onera baiulanda: item quò lentius, & remissius spiritum per nares ducit, eò infirmior, & oneribus ferèdis debiliior est. Ideo Salomon appositè ait: *Spiritus viri portat*, &c. nimirum vitalis, magnanimi viri spiritus portantis oneribus idoneus est. Accipe Senecam in Epistol. 66. *Magnanimus est, qui omnia rerum diuersarum onera rigida ceruice sustollit, qui supra fortunam exstat. Non mirum est in tranquillitate non concuti, illud mirare, ibi extolli aliquem, vbi omnes deprimuntur, ibi stare, vbi omnes iacent.* Et iterum in Epistola 71. *Magnanimus stat rectus sub quolibet pondere, nulla illum res minorem facit, nihil eorum, quæ ferenda sunt displicet, & quidquid cadere in hominem potest, in se cecidisse non queritur.* Alibi etiam idein Seneca dicit: Magnanimus virum cum Gigante illo cælestium axium portitore Atlante conferrandum esse, vt pote cuius præcipuum robur in humeris situm est, scilicet ad mala portanda.

Posterior interpretatio, verba ipsa vt iacent in textu, absque vlla figurati sermonis mutatione ad hunc modum exponit: *Spiritus viri sustinet*, &c.

Comparat vtique Salomon spiritum cum spiritu, nimirum magnanimi, & patientis viri spiritum, cum spiritu hominis pusillanimi & impatientis; illū verò ad quamuis ærumnã vel dolorem tolerandum virtutem præstare dicit, hanc verò, & si-

A bi ipsi, & aliis intolerabilem esse. Itaque antithesis vtriusque partis in eo sita est, vt alter spiritus ad mala perferenda vires suppeditare dicatur, alter verò importabilis sit. Quod si cum pluribus ita legas, *Spiritus viri sustinet at imbecillitatem illius*: nam Hebraicè est, *מחלח מחלח* *Machaleho*, poterit quidem illud affixum ad alium referri, ita vt *illius*, sit pro alterius, hoc sensu: *Spiritus viri*, vir scilicet: mitis, & placidus, cuiuslibet alterius imbecillitatem confirmat, scilicet vsu, alioquò, & exemplo suo. At *Spiritus ad irascendum facili*, nimirum vir impatiens, & stomachabundus, à robustissimis, ac fortissimis viris vix tolerari potest: itaq; id discriminis inter vtrūque versari affirmat, quod placidus, ac mitis vir aliis etiã infirmis perferendorū laborum auctor est. Vir autem iracundus, vix à fortissimis, ac mitissimis hominibus perferri ipse potest.

B De lectione Septuag. aliud iudiciū ferendū est. Hi. n. non verba, sed sensum obseruantes sic reddiderūt: *Furor viri mitigat seruus prudens, pusillanimitatem autem virū quis sustinebit?* Existimo autē illos sapiētissimos interpretes, qui vocē illā *Spiritus*, pro furorē & ira acceperunt, vt sæpè aliàs in scriptura, eandē subiectū fecisse verbi, *חלח* *Chalchalo*, quod est porto, aut sustineo: itaq; ad verbum sic locū restituendū putarunt, *Spiritus viri sustinet infirmitas eius*: ad sensum verò dimissis verbis spectantes infirmitatis nomine seruū notari existimauerunt: sihil. n. ad Dominū coercendū inualidius, & imbecillius est quā seruus: sententia igitur sic cõformanda est, *Furor viri mitigat seruus prudens*. Vtique viri nomine significaturis, qui fortis, ac virili animo præditus est: ait ergo, facile admodū est viri fortis irā extinguere, adeo vt, vel seruus aliquis prudēs illū mitigare, & mansuetudini reddere possit: quippè qui ob animi sui magnitudinē iniuriarum facile obliuiscitur, & minime ad vindictam pronus est, auctor est Aristot. in libello de virtutibus vbi sic ait: *Magnanimus generosus est, iniuria potēs lacessere, & non vindex.* Et iterū: *Magnanimus cum generoso sit animo, ferre iniuriam absque vindicta studio potest. Pusillanimitatem autem virū, quis sustinebit?* hoc est furorē illius nemo satis compescere poterit. Nam pusilli animi homines valde iracundi sunt, iniuriarum etiã leuissimarum impatientes, proni ad vltionem; vbi autem semel furorē concepto sauire cœperunt, nullis etiã maiorum suorum adhortationibus, aut blanditiis leniri possunt. Aristot. in eodem libello: *Pusillanimitatis est, inuit non honorē, nec ignominiam, nec ini-*

D *fortunia posse ferre, sed honoratū intumescente, & leui successu prosperè auctum efferrī, ignominiam autē neminem posse ferre; conueni de omnibus, & agro animo ferre, præterea alius est pusillanimitas, vt omnes contempus contumeliam vocet, & ignominiam, etiam por imprudentiam, & obliuionem admissos.* Itaque Salomonis mens est, inter magni, & parui animi virū id discriminis statuere, quod hic actus in iracundiam contineri non potest, ille verò etiã si aliquando subita ira corripitur, facili admodum negotio in mansuetudinem conuertitur. Hanc autem, ni fallor, germana Vulgati textus interpretatio elicitur ad hunc modum: *Spiritus viri sustinet at imbecillitatē suã*, i. Fortis, & magni animi viri neminē indiget, qui ipsū ad perferèda quæuis mala confirmet, ac roboret; ipse. n. sibi metipsi vires aduocat, & robur facit, ne ex imbecillitate cadat. At verò, *virū ad irascendū facile sustinere, quis poterit?* sustinere, in quã. i. sustetare, & cõfirmare. Quasi dicat, virū pusilli animi nemo fortè ac cõstanter

Aristot.

Seneca.

Aristot.

51

reddere valet, nullis rationum vel exhortationū adminiculis fulcire potest, ne malis, aut molestiis etiam leuissimis oppressus corruat: itaque *sustine- re*, non est *tolerare*, sed additis adminiculis, aut ful- cris stabilire, ac sustentare, ita. n. postulat vis ver- bi originalis, vt supra diximus.

XV. Cor prudentis possidebit scientiam, & au- ris sapientum quæret doctrinam.

53

Cor prudentis, &c. Heb. Cor intelligens acqui- ret scientiam. Alij *Emet scientiam*. Est enim hic verbum *קָנָה*, *Kanah*: de quo alibi diximus. Chald. non dissonat. Septuaginta: *Cor prudentis possidet sensum, & aures sapientum quærent cogi- tationem*. Græcè, *ἐνοια*. i. excogitatum rationem.

Sensus est luculentus. Indicat Salomon qui- bus mediis, seu adminiculis sapientia parari de- beat, scilicet meditatione sedula, & auditiōe ac- curata. Et sane accommodatissimè auribus in- quisiuionem, & vestigationem, & cordi seu mēti, doctrinæ possessionem dedit. Nam mens medi- tatione, & germano intellectu doctrinæ, eā quo- dammodo per possessionem occupat, & suam facit, aures verò tantummodo eam apud alios existentem, & vestigant, & inueniunt. Qua ra- tione differant inter se habere scientiam, & ean- dem possidere, alibi diximus ex Platone. Item quid sit emere sapientiam, quid negotiari, docui- mus supra cap. 3. vers. 14. & cap. 4. vers. 5. & aliàs.

Addo etiam his verbis. Salomonem suadere, vt quisquis in sapiētia progressus magnos facere stu- det, præter propriam meditationem, & studiū, præ- ceptores etiā adhibeat: vide quæ supra diximus ad illa verba, *Audiens sapiens sapiētiōr erit*, cap. 1. adi- etiam Plutarchum in libello de officio auditoris, vbi hac de re accuratè, & latissimè discersat.

XVI. Donum hominis dilatat viam eius, & an- te principes spatium illi facit.

XVII. Iustus prior accusator est sui: veniet amicus eius, & inue- stigabit eum.

54

HOs duos versus ideò copulare libuit, quia plerique vtriusque sententiam consuunt: expendo vtriusque varias translationes. *Donum hominis dilatat*, &c. Hebr. *Donum hominis dilatare faciet ei, & ante principes ducet eum*. Chal- dæus: *Donū filij hominis dilatat eum, & ante prin- cipes sustentat illum* Septuaginta: *Donum filij ho- minis dilatat eum, & ante principes sedere facit eum*. Verbum Hebraicum est, *נָחָה*. *Nachah*: significat autem propriè ducere, & de pastoribus germanè dici tradit Merce: cum oves ad pascua ductant. Item aliqui referunt ad verbū, *נָחָה*. *Nuach*, quod est quiescere, quibus fauet lectio Septuaginta, quæ sic habet: *sedere, aut quiescere facit eum*. Item pro dono est vox *מָתָן*. *Mathan*, ex quo fit perperā quosdam legisse, *domus hominis*, &c. Cui lectiōni locum fecit manifestum mendum, quod in qui- busdam Græcis codicibus reperitur, in quibus est *ἡ οἰκία*, pro *δοῦναι*.

A Iustus prior accusator est sui. Hebr. *Iustus primus in lite sua, & veniet socius eius, & inuestigabit eu-: ex antiquis codicibus aliqui habēt: Et veniet inimicus eius*. Sed tamen vox Hebraica, *proximum, & amicum* sonat. Chald. *Iustus primus in iudicio suo, & veniet socius eius, & vincit eum*. Septuaginta: *Iustus sui ipse est accensator in principio sermonis, cum verò adiecerit aduersarius arguitur*.

Ex Hebræis Hezra, hæc duo loca inter se ad hunc modum componit. *Donum, seu munus, quod quis principibus impendit, tãtū apud illos est, vt inter cōfertissimos satellitum cuneos, quos principes ad suam custodiam adhibere solent, am- plum satis, & securum ad ipsos principes iter præ- beat, & ad palatarum aditum penates aditum præstet. Et sanè Emphasim habet illa lectio, quam plerique amplectuntur. Et ante principes ducet eū*. Significat enim munus prætere oportere, si enim præmittatur, per densissimas satellitum turmas irrumpens ad vsque principis faciem, & conspectum, donatē adducit. Cum hac sentētia sequentia verba sic necit Hezra *Iustus primus in lite sua, veniet proximus eius, & scrutabitur eum*. Nimirum etiam si aliquis iustè, & iure suam tuea- tur causam, si tamen hic, qui donis, aut muneribus principis gratiam iniuit cum illo contēdat fa- cilè illum superabit, nam illud, *scrutabitur eum*, positum est pro *vincit eum*, vt constat ex Thar- gum, quasi dicat perscrutando, & vestigando ali- quid obiciet, quo iudicem muneribus sibi iam de- uictum, ac pronum in suam sententiam trahat. Hæc ille: sed tamen cum à Vulgata lectiōne om- ninò abhorreant audiendus non est.

Ergo existimo vtriusque versus nullum esse ne- xum, atque adeò de singulis seorsum dicam Prior est: *Donum hominis dilatat viam eius*. Hugo, Cajet. Rodolph. Iansenius, Lyra, & alij, quod attinet ad hunc versus, interpretationem Abenhezraæ am- plexi, sunt tamen hoc leue dissidiū inter ipsos exi- stit, quod Lyra accipit de donis, quæ custodibus, ac janitoribus Principum impenduntur hoc sen- su: *Donum hominis* &c. id est, qui custodes, ac ja- nitores Principū oblati muneribus promeretur, latam, & facilem ad illos adeundos viam sibi ape- riunt & ante principes spatium illi facit. nomen il- lud *spatium*, potest quidem accipi de spatio tem- poris, & de spatio loci, vt sensus sit, inter pluri- mos, ac densissimos negotiatores spatiosus illi ad Principem conueniendum locus præbetur, vel fa- tis longum temporis spatium ad Principem allo- quendum illi præstatur. Reliqui interpretes præ- fari de donis, ac muneribus accipiunt, quibus ipse- met principes honestantur, & eorum gratia conciliatur. Itaque de his ait Salomon: *Donum homi- nis dilatat viam eius*. Nimirum munus in Principē collocatum viā quidem ad ipsos adeundos patū- lam, & apertam præbet, vt nuper dixi. Vel aliter accipi potest, de licentia viuendi, hoc modo. Mu- nus Principi ab aliquo oblatum, dilatat viam eius, i. libertate maxima, & licentia, flagitiosè viuendi illum donat; nā promeriti Principis fauore fretus, spe impunitatis quodlibet facinus, audacter com- mittit. Huic expositioni fauet translatio Septuag. & Thargum, quæ sic habet: *Donū hominis dilatat eum*. i. ipsum ad animosam quandā liberamque li- centiam adducit, sic. n. vulgò dicim⁹. *Latitude an- chura de conscientia*, & his similia. Attexi, *Et ante principes spatium illi facit*. i. locus illi fit, vel copia Principem conueniendi. Vel iuxta alteram inter- pretationem, in scriptura quidem esse, aut, *versa- ri ante*, vel, *ceram*, vel in conspectu Principis, est

54
Hezra.

56

illi obsequi, & obseruire, vt alibi animaduerti-
mus. Itaque sensus erit, inter Principum mini-
stros locum habebit. Chaldaus, *Et ante Principe s*
sustentat illum. i. conferuat & tuetur, ne ab illo-
rum gratia, & fauore excidat.

Caterum, licet hæc fati aptè dicta, & excogi-
tata videantur, tamen non omnino illis assentior,
quia nullam sententiam ad mores informandos ac-
commodatam tradunt, nisi per quosdam anfra-
ctus. Neque enim Salomonis mens est munerum vel
acceptationem, vel donationem suadere. Absit. Si
quid verò aliud comminiscamur, longum, & vt
ita dicam, ferum est, velut si quis dicat suaderi
Principibus neu munerum accipiant, quia his cor-
rupti subditis impunitatem dare & flagitio-
sis ministris vt cogentur. Vel adhortationem
hanc ad subditos spectare, vt scilicet vexationem
redimentes suam difficilem ad Principes aditum
muneribus sibi referent. Hæc inquam, non ita in
locum ipsum nata videntur. Quapropter subijcio
expositionem, quæ mihi accommodata magis vi-
sa est: *Donum hominis dilatat viam eius.* Existimo
equidem Salomonem homines ad liberalitatem,
& beneficentiam in vniuersum cohortari, quasi
dicat, liberales, & profusa largitione hominè mi-
rum in modum amplificent, & nobilitant: sic ac-
cipio illa verba, *Dilatat viam eius* Septuag. *Dila-
tat eum.* Verbum Hebraicum est. *רחב* *Rachab*,
quod est dilatare, & in amplitudinem adducere.
Amplum autem, vel *amplitudo*, sæpius ad honorè,
& gloriam referuntur. Vel aliter: *Dilatat eum.* Vul-
gò illiberales, & sordidi auari appellari solent, *cor-
rosi*, *Estrechos*, & parcitas, *Estrechura*, & *cortedad*.
Quapropter sic accipere licet: *Donum hominis di-
latat eum*, nimirum liberalitas, & beneficentia cor-
di latitudine addit, vel ipsa est latitudo, & ampli-
tudo cordis. Addit, *Et ante principes sedere facit eum*:
nimirum adeò honesta, atque gloriosa est libera-
litas, vt virum impensè liberalè, & magnificum,
dignum omnino esse censeam, qui inter Princi-
pes sedeat. Hunc sensum reddit lectio Vulgata: *Et
ante principes spatium illi facit*, i. locum illi inter Prin-
cipes præstat. Nam liberalitas & magnificentia,
regia, seu Imperatoria virtus est, vt alibi ex Arist.
docuimus. Quapropter eam qui colit, planè in Re-
gum, atq; Principum censum referendus est. Ita-
que Salomon liberalitatis, & beneficentiæ laudes
commemorat, atque virum beneficum tâta glori-
a, & amplitudine præditum esse docet, vt inter
Principes meritò sedem, ac solium obtinere pos-
sit, quia Principe dignam virtutem exercet.

Ad extremam subijcio accommodatitiam inter-
pretationem Bedæ, & Salonij in mystica exposi-
tione Parab. *Quod inquit est donum, quod dilatat
viam hominis, & quod ante Principes facit illi spa-
tium: donum hoc, donum est Charitatis, siue aliarum
virtutum, quas à Domino fideles accipiunt. Hoc videli-
cet donum dilatat vias eius, id est actione, quia vnus-
quisque fidelis, quanto magis gratia S. Spiritus intus
repletur, tanto magis viam suam foris dilatat. i. bo-
norum operum gressum multiplicat, &c.* His etiam
hæret Hugo Cardinalis, qui etiam cum Beda de
Christo Domino interpretatur.

Iustus prior accusator est sui. Sic habet versus al-
ter quem cum superiori minimè neccendum esse
iam inde diximus. Imprimis locum istum per ac-
commodationem de Sacramentali confessione
exponunt D. Chrysof. hom. 4. in Genes. Petrus
Cellensis in libello de panibus cap. 3. Hugo Car-
din. Dionysius, & alij, ex quibus Chrysofomus
sic scribit: *Dic tu iniquitates tuas prior, non simplici-*

*ter dicit, dic tu iniquitates tuas, sed adiecit, priori hoc
est, ne expectes te arguentem, ne præstoleris actorem,
ipse præueni, & rape sermonis principium, vt accusa-
toris linguam obmutescere facias. In humanis quidè
iudiciis si quis hoc faceret, & ante accusationem cri-
mina confiteretur, quamuis apud humanissimū iudi-
cem, is sententiam capitalem omnino in suum caput
accerferet: at misericordis Dei maior est ineffabilis bo-
nitas, & clementia. Nam si aduersarium nostrum
præuertimus, diabolum dico, qui in die illa ob faciem
nostram stabit, etiam in præsentem vitam, antequam ad
tribunal ingrediamur, facinora confessi fuerimus, dis-
cendique principium rapuerimus, nostri ipsorum facti
accusatores, in tantam misericordiam prouocabimus
dominum, vt non solum nobis donet liberari à pecca-
tis, sed etiam in iustorum catalogo numerari. Hæc
ille. Præmiserat autem Chrysofomus hæc verba
Salomonis, secundum lectionem Septuag. ad
huc modum: *iustus sui ipsius accusator est in prin-
cipio sermonis.* i. sermonis exordium capiat, præ-
ripitque aduersario suo vocem, sui accusatio-
nem præmittens. Huc sanè spectat id, quod tradi-
dit Ambrosius lib. 6. Hexameron cap. 4. *Lupus*,
inquit, *si prior hominem viderit, vocem illi eripit, &
despicit eum tamquam victor vocis ablatæ: idem si se
ab homine præuissum senserit, deponit ferocia, & cur-
rere non potest. Tu nescis quomodo eripiat virtutem
aduersario, vt te tamquam præuentus lupus effugere
non possit, vt oculo tuæ mentis eius perfidiam depre-
hendas, vt prior cursum verborum eius impedias, im-
pudentiam eius, & acumen disputationis obrundas.
quod si ille te præuenerit vocem tibi aufert.* Hæc Am-
brosius ad Hæreticos refert, cum quibus Ca-
tholici Doctores disceptant. Quæ itidem diabo-
lo aduersario nostro accommodare licet, nam
quicumque illius astum præuidens illum ante-
uerterit, & peccata sua prius exposuerit, gut-
tur illius strangulat, & vocem illi aufert: quod
si ab eodem se præuerti passus fuerit, simili
ratione obmutescit, hoc sibi voluit Chryso-
fomus supra cum ait, *ipse præueni, & rape ser-
monis principium, vt accusatoris linguam obmu-
tescere facias.* Hanc autem anticipationem aut
præuentionem confessionis prospicientia facit,
per quam mentis oculo diabolum sibi insidiam-
tem homo præuidet, ac præ occupat.*

In hunc locum iterum incidit Chrysofomus,
Hom. 6. in Epistolam ad Hebræos, vbi sic scri-
bit: *Iustus est sui accusator in primo sermone, est enim
veluti quedam catena aurea, & si initium acceperis,
sequuntur omnia, nam si peccatum fueris con-
fessus, vt oportet confiteri, sit humilis anima, &c.*
Quibus verbis docet Chrysofomus: Virtutes
esse nexas, & cōcatenatas: huius autem catenæ au-
reæ primum anulum esse confessionem humilem
delictorum, quem qui eleuat, reliquos huius cate-
næ annulos ad se trahit, hoc est reliquas virtutes
in animū inducit suū. Obserua confessionū mag-
nam dissimilitudinē, qui flagitia sua apud Iudi-
cē humanum deponit, is vtique ferreos compedes
& obæratas catenas sustinere cogitur, qui autem
peccata sua quamlibet ingentia, & immania, Deo
apud sacerdotem aperit, auream omnium virtutū
catenam collo implicat suo. Vel certè alia est mēs,
Chrysof. qui sanè hæc inter se neccere videtur
confessionē, dolorem, & cōtritionem animi, satis-
factionem, & vindictam: ac docet huius catenæ
qui primum anulum arripuerit, reliquos facile
leuare: ostendens præcipuam pœnitentiæ diffi-
cultatem in confessione delictorum sitam esse.
Nam qui iam inde peccata sua sacerdoti integrè,

57

58

Beda.
Salonius.

59

Per. Coll.
Hugo.
Chrysof.

Ambros.

Chrysof.

60

& candidè aperire ex animo decreuit, reliquas difficultates facillè superat, quapropter, id est, quod primò apud semetipsum decernere debet: atque id sibi vult Salomon, cum ait, *Iustus prior est accusator sui*. Denique aliam catenam statim conformat Chrysostr. ex peccatorum serie, quæ non in vniuersum confusè cõfitemda, sed sigillatim per suas species, & numeros supputada esse docet. Sic enim habet, *Sin autem dicit in vniuersum, ego sum peccator, ea autem per species suas non cogitat, & supputat, dices, hoc, vel illud peccatū admisi, nunquam cessant, semper quidem confitens, curam autē nullam gerens correctionis, quapropter cõfiteri singula incipiat, nam si cæperit omninò sequuntur alia, si in vno cæperit initium semper enim principium, & exordia sunt difficilia*. Itaq; docet Chrysostr. peccata inter se esse connexa, & catenæ n modum compacta: hæc autem catena quamdiu animam astringit ferrea est, iuxta illud, *Et vincula peccatorum suorum vnusquis que constringitur*. Vt verò ad cõfessionis difficultatem peruincendam acuat, sic addit, cum qui peccata aperit sua, si vel ab vno incipiat facillè reliqua post illud mouere, quemadmodum qui catenæ primum anulum capit, alios post alios ad se trahit: quod quidem tunc maximè verū esse docet, cum quis suorum delictorum maximū aperit primo loco, hic enim meritò primò primus catenæ anulus appellari debet, cum quo reliqua conferta sunt atq; hoc manifestato reliqua facillè efferuntur. Sed quid inde? ea sanè peccatorum catena, quæ prius ferrea, ne dicam calybea erat, per integram, & candidam confessionem, quasi per artem quandam Chymicam in auream migrat. Ita enim Chrysostr. supra: *Et enim veluti quadam catena aurea & si initium acceperis, sequuntur omnia & quæ prius oneri erat, & compeditum, obligatūque tenebat, exinde ornamento est*.

61
Cyrillus.

Quod si litteralem, & germanum huius loci sensum perscrutemur, non vnus occurrit apud interpretes. D. Cyrillus in Ioan. lib. 1. cap. 147. hunc ad sensum vocat, & vt Salomō suadeat laudem in ore proprio non vilescere solū, sed etiā permolestam esse. Quapropter tantum abstinet iustus, neu se inaniter venditet, vt sapius orationē à sui ipsius accusatione, & vituperio auspicari solet: *Molestum enim (inquit Cyrillus) autoribus est propria voce suarum rerum maximarum velle testimonium perhibere, nati enim ita natura sumus, vt minus eis credamus, qui præcipuū sibi decus attribuunt*. Imò etiam eos, qui semetipsum ad eum modum iactant acutiūs inspicimus, & quæ vituperio digna sunt adnotamus, sicut etiam ex aduerso illos, qui ex demissione animi semetipsum incusant, nos excusare, eorumque vitia eleuare, virtutes quoque obseruare, & augere consueuimus. Hunc ad sensum referri possunt verba sequentia, *Veniet amicus, & inuestigabit eum*, nimirum in illo plerāque laude digna obseruatione sua inueniet.

62
Ambros.

D. Ambrosius Offic. lib. 1. cap. 17. sic habet, *Iustus seipsum prius quam alios accusat ille enim iustus qui nec sibi parcat, & occulta sua latere non patitur*. Itaque verba Salomonis hoc sensu donauit, *Iustus prior accusator est sui*. Nimirum libentiūs semetipsum incusat, & culpam sibi imponit, quā aliis, est enim præcipua iustitiæ pars, sibi ipsi, cum ita opus est, nequaquam parcere, ne alteri inferatur iniuria. Vt autem posterior pars cum hac priori coheret, sic accipienda est: *Veniet amicus, & inuestigabit eum*. Hic scilicet, qui semetipsum accusat, & beneuolum reddit, atque is ad ipsum ocyus venit, & diligentius inuestigat, vt gratias illius exsoluat,

A Vel aliter inuestigabit eum i. in ipso vicissim rationes disquiret, quibus se accusantem excuset, accipiet.

Beda aliter interpretatur: *Iustus prior accusator est sui*. Nimirū iustus prius quā alium aliquem ad monere, aut corripere audeat, in semetipsum oculos flectit, sua delicta deprehendit, & carpit, ac sic demum eorumdem, aut similibus criminum sibi cõsciū, benignissimè, ac lenissimè alios corripit, & incusat. Quid inde? *Veniet amicus, & inuestigabit eum*. i. Ad eiusmodi hominē benignè, & mansuetè increpantem, & consulentem, quilibet amicus libentiūs accedet, atque illum officij, ac muneris sui admonentem cupidissimè audiet. Et sanè nihil est, quod benignitatem, & lenitatem erga alios magis suadeat, quā isthæc propriorum delictorū conscientia. Eos autem qui leniūs, & benigniūs admonēt, nemo nō gratissimè aufcultat.

Ceterum recentiores interpretes vim vocū originalium diligentius obseruantes in alias expositiones abierunt. Cajetanus ergo sic exponit, *Iustus primus in lite sua* (sic ipse vertit.) Nimirum quotiescumque iusto imponitur lis aliqua, vel crimen, primus est ad loquendum, *primus*, inquam, id est maiori audacia, & liberalitate loquitur, quā accusator, aut testis: animus n. culpa vacans confidentiam, & licentiam loquēdi immitit, *Veniet amicus eius, & inuestigabit eum*, nimirum accedet iudex rectus, & incorruptus, qui non agitur odio, sed iure, & æquitate causam eius discutiet, & vel ex ipso loquēdi modo innocentē esse deprehēdet.

Rodolphus paulò aliter exponit: *Iustus primus in lite sua*. i. ille, qui ex iustitia, & æquitate, ad litigandum accedit, præmittit vtique se nihil velle, nisi quod cum iustitia, & æquitate cõiunctum est & nihil insuper addit, vel loquitur in iudicio præter id, quod ad causæ, vel litis defensionem pertinet. Ex aduerso autē *Veniet socius eius, & scrutabitur eum*, scilicet accedet, qui contrariam partem omninò iniustam tuetur, hic verò cum iustitiæ suæ parum fidat, & causæ suæ nihil deferat, totus

64
Rodolph.

D ad accusandum, imò etiam lacerandum aduersarium cõuertitur; iuxta id, quod vulgo dicitur, *Et que tene mal pleyro mere baraja*. Aliter etiam interpretari posse affirmat ad hunc modum: *Iustus primus in lite sua*. i. quilibet in sua causa iustum esse initio asseuerat, atque iustam litem se tueri affirmat: sed tamen haud credendū est illi, donec aduersarius accedat, qui ipsum exploret, & cõtrariis testimoniis, reuincat id sibi vult illud, *Veniet socius eius, & scrutabitur eum*, & sanè cum hac expositione coheret translatio Chaldaïca, quæ sic habet, *Iustus primus in iudicio suo, & veniet socius eius, & vincit eum*. Itaque Salomō docet non prius sententiam pro quopiam ferendam, nec causam alicui adiudicandam esse, quā partis aduersæ probationes exaudiantur, sæpè enim id, quod vno ex litigatoribus audito iustissimum, & æquissimū creditur, altero adhibito, iniustum planè, atque iniquum decernitur.

65
Iansen.

Iansenius duas præfatas Rodolphi expositiones amplexus est, & insuper alteram subiecit ad hunc modum. *Iustus primus in lite sua*. i. primus loquitur, confidēt fretus suæ causæ æquitate, & momētis. Addo etiam, securus expectat aduersarium, & ab illo se scrutari, & explorari libētè sustinet, haud veritus illius testimonia, probationes: sed tamē cum omnes istæ recentiorū interpretationes magna ex parte à Vulgata translatione abeant, sanè illis parum deferendum esse credo. Quapropter aut præmissæ Patrum expositiones

præferendæ sunt, aut locus aliter hunc ad modum elucidandus.

Iustus prior accusator est sui. Sermo est de litibus, & causis forensibus, id est, ille sanè iustus est, qui ab initio intentæ sibi litis, non ea solum, quæ ipse pro se afferre potest, sed etiam illa, quæ contra ipsum produci possunt enunciat in iudicio. Si enim aliquid celauerit, *Venter socium eius, & inuestigabit, & scrutabitur eum*, nimirum aderit statim is, quicum litigat, & diligenti perscrutatione rem excutiet, & testimonia aduersus illum proferet. Itaque Salomō suadet, vt in lite defendenda sic se gerat homo, vt non solum, quæ pro ipso sunt, sed etiam quæ contra ipsum manifestè enunciet. Frustra enim quis celat ea, quæ aduersarius statim producturus est. Ad hunc sensum reuocari debet translatio Septuaginta, sed peculiari Emphasi, sic enim habet: *Iustus accusator est sui in principio sermonis, cum verò adiecerit aduersarius arguitur.* Quæ verba duplici sensu donari possunt: aut enim aiunt, Iustus ab exordio sermonis sic semetipsum planè, & integrè accusat producens omnia, quæ in illum iactari possunt, vt nihil vterius addi possit, ne si aduersarius aliquid vltra adiciat, falsitatis insimulari possit. Vel aliter, Iustus ab exordio suæ orationis sic semetipsum integrè accusat, vt si aduersarius deinde vrgeat, & aliquid vterius adiciat, falsitatis mendacijque coargui, & reuinci facile possit. Posteriorem hanc interpretationem antepono. Ad alia.

Septuag.

XIX. Contradictiones comprimit fors: & inter potentes quoque diiudicat.

Contradictiones &c. Heb. *Cōtentiones cessare facit fors, & inter fortes diuidet.* Chald. *Cōtradictiones abrogat fors, & inter fortes dirimit.* Septuag. verò longè aliter: *Cōtradictiones sedat taciturnus, & in potentatibus definit.* Græcè *στυγνός*, in aliis autem codicibus est *κακός*, i. fors. Priorem lectionem aliqui mendosam esse decernunt, sed tamen eam retinet textus correctior, & quantum coniectura assequi possum vocem *הגורל Hagoral*. Sept. legerunt *הגורל Hagural*. & desumptam putarunt à verbo *רגל Ragal*: per literarum metathesim, quod verbum in Kal significat obloqui, & cōtradicare. In Piel verò, more aliorum, oppositam significationem reddit. i. tacere, & non contradicere: est autem in Paul. illius coniugationis. Hæc dixerim quamuis sciam Origenem Hom. 23. in Iosue locum istum sic extulisse: *Contradictiones fors, & inter potentes definit*, vt constet non omnino abesse suspicionem mendii.

Origenes.

Sensus est perspicuus: *Contradictiones comprimit fors*, &c. Docet Salomon modum, quo lites nonnumquam absolueret, ac dirimere oportet; ne dissidiorum, & contentionum perpetuas causas offerant; scilicet subductis sortibus. Quasi dicat, quoties res, de qua disceptatur, in dubio est, nec de iure alterius partis liquidò constat, prudenter valde ad sortes deducitur, vt lites, & contentiones conquiescant. Hæc autem sortium subductio maximè inter potentes adhibenda est, hi enim difficiliùs in concordiam adducuntur, & ferè longiùs, ac periculosiùs decertant. Propterea subdit, *Et inter potentes quoque diiudicat*. i. ea est sortium vis, vt potentissimorum hominum implacabiles contentiones absoluat. Itaque Salomon intercidendarum contentionum, ac litium

optimam perbreuemque rationem esse dicit: *Sortitionem.* Quomodo autem, & quando sortibus vti liceat, iam inde supra docuimus. cap. 16. vers. 33. Adde etiam in scriptura nomine sortis, vel sortitionis, significari partitionem, aut diuisionem rei: hæc acceptio passim occurrit in scriptura apud Iosue, & alibi. Quapropter haud ineptè quis hunc locum sic exponere possit. *Contradictiones comprimit fors*. i. optimus modus sedandi contentiones, quæ de fortunis, & facultatibus oboriuntur, est sortitio, diuisiō nimirum, & partitio rei, super qua concertatio inita est.

Præterea lectio Septuaginta optimum sensum reddit: *Contradictiones comprimit taciturnus*. **B** i. qui tacet, qui non obloquitur, & contradicit, lites intercipit, & contentiones maximas sedat, nec modo subortas iam contentiones intermittit, sed etiam illas emergere non sinit. Hanc enim vim habet verbum illud, *comprimit*. i. ab initio premit. Quasi dicat, ferè verba, & obloquutiones, contentiones, ac lites excitant; quapropter vit taciturnus præcipuam contentionū occasionē de medio tollit. Addit præterea hunc quietum, lenè & verborum parcum virum, non modo ipsum à contentionibus liberum esse, sed etiam ad sedandas, & componendas aliorum lites idoneum, *Et in potentatibus definit*: quod quidem ita intelligo, cum qui tacet, & verba opprimit, qui scilicet ea, quæ ab vno accepit alteri non defert, & vicissim quæ ab altero audiuit alij nō exponit, (vt solent sultiones pacis, & concordia exturbatores, & osiores) hic sanè potentissimorum hominum implacabiles contentiones, & lites definire aptus est. Possunt etiam verba isthæc de iudice ipso exponi, ita vt significant eum ad confopendas, & dirimendas contentiones, & lites optimum esse, qui tacet. i. qui tacitus audit, vtraique partem, sed tamen priorem sensum antepono.

67

Sept.

XIX. Frater, qui adiuuatur à fratre: quasi ciuitas firma, & iudicia quasi veltes vrbiū.

Frater, qui adiuuatur &c. Heb. *Frater rebellās præcinitate forti, & contentiones sicut veltes palatij.* Alij legunt: *Frater durior ciuitate robusta, & inimici manifesti tamquam veltes palatij.* Chald. *Frater, qui deficit à fratre, quasi ciuitas fortis & clausa quasi repagulo forti.* Noster interpres Insistit vestigijs Septuag. interpretum, qui sic ad verbum habent: *Frater à fratre adiutus, quasi vrbs munita, & excelsa, inualefcit autem tamquam fundatum regnum.* D. Cyprianus in Epistol. 14. *Frater, fratrem adiuuans exaltabitur.* D. Paulinus in epist. ad Pâmachium. *Frater fratrem adiuuans exaltabitur sicut ciuitas magna.* Et attexit: *Videlicet hoc dicit quod munimentum animi dimicantis fraternæ cōpassio ferat, variisque mentis afflictæ pulsibus quasi murus obsistat.* Et quidem pro illis verbis, *tamquam fundatum regnū*, Græcè habetur, *μυροχρῆμα*, i. tamquam clausum velte regnum. Aquila. *Et lū quasi veltes palatij.* Has dissimiles Interpretationes concordie reddere difficile est, sed tamen existimo Septuag. quos sequutus est noster interpres, vt inter duas huius versus partes, more suo, antithesim inducerent, priorem quidem sic accepisse, vt fratrem durum, aut rebellem eum dici existimarent, qui pro fratre suo aduersus alios durus, & pugnax est.

Ergo, qui originibus adhærent hunc locum superiori sic adnectit, vt Salomō inter omnes lites,

Cyprianus Paulinus.

& contētionēs, de quibus hactenus egerat, eas implacabiles magis esse decernat, quæ inter fratres, & cognatos excitari solent: nescio. n. qua ratione vbi sanguis à sanguine desciscit, rursus coire, & permisceri non potest. Huc transtulit Petrarcha similitudinē Flori, atque Spini. his. n. nominibus censentur auiculæ duæ valde inter se dissidentes, quarū dissidia ad sanguinē etiam transeunt, ita vt vtriusq; cruores nulla arte permisceri possint. Sed omninō hinc, & inde separati, & discreti semper maneant. Ad eundem modum, inquit, duorum fratrum idē sanguis vbi desiderare, ac desciscere inuicem cœpit, nulla vi agglutinari potest. Hinc notum illud Aristot. lib. 7. Polit. c. 7. *In Prouerbio dicitur, fratrum contentiones & ira sunt acerbissima, & qui se nimium amant se nimium oderunt.* Itaque Salomon ait. *Frater rebellis præciuitate forti.* i. frater, qui aduersus fratrem odiū concepit, ad instar est ciuitatis fortissimæ. Possumus autem. *Ciuitatem firmissimam*, duplici modo capere. Vel ita vt ciuitas firmissima dicatur vrbs mœnibus, ac propugnaculis vndique septa. Hoc sensu difficilius est fratrem rebellem, & prædurum expugnare & ad benevolentiam adducere, quàm vrbs aliquam munitissimā ingredi, quia vrbs mœnia tormenta vi prærum-punt, ac fratris istius durissimus, & sæuissimus animus, omnes artes, atque vim omnem eludit: gratiam enim respicit, atque omnis ad eius animum labefactandum beneficiorum vis impar est. Atqui beneficia cum tormentis militaribus contulit Seneca in lib. 2. de beneficio, quibus constantissimi animi verberati ruere solent. Aliter etiam ciuitas fortissima accipi potest pro ipsismet ciuibus obfirmatis, ac constantibus, qui nec vi, nec minis, aut etiam pollicitationibus adduci possunt, vt hosti sese dedant, aut pacem quibusvis conditionibus ineant, ita vt sensus sit: Arduum magis est prædurum fratrem & repugnantem concordia & paci restituere, quàm plures vnus vrbs ciues ad deditionē adducere. Obserua quàm apta comparatione difficultatem istam extulerit Salomon. Quid. n. difficilius, quàm obfirmatos, & pertinaces ciues, ad deditionem impellere? tum quia multos in vnā sententiam adducere arduum est; tum etiam, quia hostibus semetipsos, patriam, & fortunas suas permittere ac prodere, res est ad suadendum valde difficilis. Nec minorem, inquit Salomon, difficultatem experitur quisquis fratrem à fratre discordem paci reddere conatur. Vnus. n. pro multis est, qui non aliter fratri semetipsum permittere detrectet, quàm hosti truculentissimo.

Addit autem, *Et contentiones, sicut veſtes palatii.* Caietanus hæc verba sic neſcit cum superioribus. vt de aliorum, qui fratres non sunt contentionibus, & inimicitis sermo sit, qui longè facilius ad concordiam adduci consueuerunt. Itaque sensus est, fratrem, qui à fratre suo deficit, ad concordiam reuocare difficilius est, quàm vel vrbs munitam ingredi, vel ciues paratos ad repugnandum ad deditionem inducere: at quilibet alij inter se dissidentes similes sunt palatio, vel castro alicui vectibus clauso, quod facilius prærupitur ac debellatur, vel dux seu castelli custos faciliè inductus dedit ac prodit. Cæterum si ita libeat posteriorem hanc partem de aliis in vniuersum dissidentibus accipi, qui fratres, aut cognati non sunt, mallem ita interpretari, *Et contentiones, sicut veſtes palatii.* Scilicet cum frater à fratre discordans similis sit vrbi munitissimæ, & aditus vndeque ad ipsam præclusos habenti: quilibet alius ab altero dissidens similis est foribus palatii, vel regie, quæ nullo non tēpore

A apertæ, & reſeratae sunt. Nimirum suadentibus pacem aditus ad se faciliè præbet. Reliqui ad superiorem clausulam sic referunt posteriorem, vt eundem omninō sensum reddat hoc modo: *Et contentiones, sicut veſtes aut ſera palatii,* scilicet fratrum dissidia ipsos sic inuicem dirimunt, & dissociant, vt difficilius sit ad ipsos aditus, quàm ad palatium, aut regiam, cuius ad fores Satellitum magna manus proſtat, qui accedentes, & ingredi volentes eminus arcent. Cum hoc sensu concinit lectio Chaldaica. *Frater qui deficit à fratre, quasi ciuitas fortis, & clausa quasi repagulo forti.* quæ vtramque partem de fraternis odiis accipit. Et significant non vsque adeò magni alicuius caſtri portas obſtrui posse contra hostes, atque animus fratris irati contra preces, & monita intercessorum sese offir-mat. Habes etiam aliquas alias minus elegantes Rabinorum interpretationes in Thesauro Pagnini ad radicem פורג פאסאנג, lege ibi: venio ad Vulgata m lectionem.

Frater qui adiunatur à fratre, quasi ciuitas firma. Hanc translationem Vulgatus excepit à Septuag. hi. n. quod in primitiuis est, *Frater rebellis, aut repugnans,* non quidem de fratre in fratrem immiti, aut crudeli; sed de fratre, qui pro fratre repugnat, atque aliis bellum mouet, capiendum existimarūt, est autem sententia luculenta. Mitto autem expositiones quasdam minus litterales, de vtroque scilicet populo, Gentili, & Hebræo, qui postquam in eandem fidem conspirauit firmissimæ, ac munitissimæ cuiusdam vrbs ad instar obtinere cœperunt, & Ecclesie ciuitas inexpugnabilis facta est, & iudicia, i. duo testamenta, quasi veſtes vrbiū, quia nimirum ad Ecclesias muniendas, atque obserandas, pro fortissimis ac robustissimis valuis sunt: sic Beda. Mitto etiam Hugonem, qui duos istos fratres sibi inuicem auxilia ferentes, appetitum, & rationem esse dicit, aut etiam intellectum, & voluntatem. Igitur his prætermiſſis, Iansenius, cui reliqui interpretes hærent, locum istū sic exponit: Fratres, qui sibi mutuo opem, & auxilia præbent, validissimi sunt ad repugnandum, ita vt facilius sit vrbs aliquam munitissimam prærupere, quàm eorum concordēs, & conspirantes vires labefactare. *Et iudicia quasi veſtes vrbiū.* i. ea iudicia, & decreta, quæ illi concordibus defensant animis, similia sunt vectibus, aut seris vrbiū, quæ nulla hostium vi pertundi, ac violari possunt. Adde etiam posteriorem illam ciuitatis acceptionem nuper adscriptam, huc interpretationi accommodari posse, ita vt sensus sit. Frater à fratre adiutus similis est ciuitati, aut populo firmissimo, qui nulla vi, aut minis ad deditionem adduci potest. i. Quemadmodum ciuitas ab hostibus obſeſſa, cum sperat auxiliares amicorum copias sibi ocius affuturas, ad deditionem cogitandam induci non potest: sic etiam frater, qui fratris sui opem sibi semper adesse experitur, constantissimè agit, & nulli aduersariorum infestationi succumbit.

Cæterum licet prioris partis expositio mihi satis accommodata videatur, posteriorem clausulam aliter edisserendam existimo: suadet autem hoc vox originalis, מִדְּוָנִים *Miduanim*, quæ lites, & contentiones propriè adſignificat. Itaque hinc iudicia, non pro animi sententiis, aut decretis, sed pro discordiis, aut litibus accipio, vt sensus sit. *Et iudicia, quasi veſtes vrbiū.* i. fratrum vtique concordia ad instar est vrbs munitissimæ & fortissimæ. *Iudicia* verò, hoc est lites, & dissidia fratrum, quasi veſtes vrbiū: veſtes quidem accipio pro foribus. i. quasi vrbes reclusis foribus ad apertæ, atq; hostibus

Petrarch.

Aristot.

peruiz: quasi dicat, vbi frater fratri bellum mouere, & ab inuicem dissidere incipiunt, vice versa similes sunt vrbibus, quæ reclusis vectibus hostibus liberū aditum præstant. Itaque vectes, seu repagula in hoc loco, quæ claudendi, & aperiendi instrumenta sunt, non ad claudendum, sed ad referendum referenda puto. Hanc verò interpretationem ideo probo, quia venustior est prioris, ac posterioris partis antithesis, & sensus euadit luculentior.

72
Septuag.

Septuag. verè sic habet: *Frater à fratre adiutus, quasi vrbis munita, & excelsa, inualefcit autem tanquam fundatum regnum.* Itaque palatium, seu regiā pro regno acceperunt sacri illi interpretes, quorum translatio hunc sensum reddere videtur. *Fratres, qui sibi mutuo auxilia præbent, & se inuicem fouent, fortissimi sunt, ita vt quilibet munitissimæ, ac excelsissimæ ad instar vrbis obtineat, quæ nimirum propter mœnia mœnissima, quibus vndique præcingitur, & propter loci naturam, & conditionem in qua sita est, inexpugnabilis apparet: hoc sibi voluerunt illa verba munita, & excelsa. Et quidem fratrum ista concordia merito vrbis dicitur, nō solum munita, sed etiam excelsa, atque ita ipsa loci natura expugnata difficilis asseritur. Nam illud sanè mirū erat, duos fratres mutuo coherentes vrbem aliquā munitissimam componere, illud etiam difficile factis, duos eandem tueri, ac defendere posse. Occurrunt ergo Septuag. huic difficultati, dum aiunt, hanc vrbem excellam, atque editam esse. Hæc n. est editissimarum vrbium conditio, vt paucis militibus ob cliuorum difficultatem satis tutæ, & securæ ab hostibus sint: hanc verò loci sitūque tam excellentiam, & præaltam dispositionem fraternitas ipsa efficit, est. n. sublimior cognationis gradus.*

Inualefcit autem tanquam fundatum regnum: reperitur autem hinc, vt supra animaduerti, verbum μακρῶν, quod significat seris, ac vectibus occludere, interpres autem correctioris textus transtulit, Fundatum regnum: sensus autem esse videtur, non modo frater iste à fratre adiutus securus est, ac tutus tamquam vrbis munita, & excelsa, sed etiam veluti regnum, quod iam inde sublatis seditionibus firmum, atque sociatis, conspirantibusque ciuibus bene compactum est, ad alia regna debellanda procedere, atque inualefcere solet, sic etiam fratres concordem non solum ipsi secuti, ac tuti, sed etiam quamdiu inter se coherent ad suos aduersarios prosternendos, atque euertendos satis sunt.

XX. De fructu oris viri replebitur venter eius, & genimina laborum ipsius saturabunt eum.

DE fructu oris viri, &c. Heb. De prouentu laborum suorum saturabitur. Chaldæus nō dissentit. Septuag. De fructibus oris vir replebit ventrem suum, & de fructibus laborum suorum replebitur. Symmachus concinit cum nostra.

Caietanus locum istum sic edisserit: *De fructu oris viri replebitur venter eius, &c. i. plures sunt, qui loquendo quæstum faciunt, & satis magnum inde prouentum colligunt, vtpote cauidici, oratores, præceptores, & alij, hic autem quæstus adeò copiosus est, vt ad victum non opportuna solum, sed etiam opportunis ampliora suppeditet: sed tamen frigidam valdè sententiam, & minimè moralem Salomoni accommodat Caietanus, nisi illam vrgeas ad hunc modum: De fructu oris viri replebitur venter eius, hoc est onerabitur, ac distendetur. Nimirum cauidici, oratores, & alij, qui consulendo, aut dictando, aut causas agendo pretia au-*

73
Caiet.

gent, & iniusta lucra inde sibi parant, hi certè eiusmodi lucris iniuste partis ventrem. i. conscientiam suam replent, vel potius onerant, & distendunt, atque adeo eorum repletio solui non potest absque vomitu, iuxta illud, *Diuitias quas deuorauit euomet, & de ventre illius extrahet illas Deus.* Iob. Sed tamen siue hoc, siue illo modo, expositio ista non placet.

Subest ergo triplex alia interpretatio. Primam offerunt Lyra, Hugo, & Arboreus, qui bonam in partem hæc verba referunt hoc modo. *De fructu oris viri replebitur venter eius, &c. i. qui bene & aptè loquitur vel docēdo, vel suadendo, vel monēdo, fructum satis amplum inde referet, ex quo ad satietatem vsque edet, nimirum iucundissimè perfruetur. Et quidem aptissimè Salomon ori tribuit fructus, & labijs genimina, secundum eam expositionem: nam vt docet D. Augustinus in lib. 4. de Doctrina Christiana. *Alij flores meros loquuntur, alij folia, alij fructus.* Flores quidem loquuntur, qui toti sunt in Schematibus, figuris, & vario quodam orationis ornatu: folia fantur, qui verborum elegantiam, & nitorem tantummodo quærunt: fructus autem maturos, & decoctos illi proferunt, qui graues sententias, & vtilia documenta auditoribus tradunt. Ergo Salomon non quidem floribus, aut folijs, sed fructuum, ac geniminum vbertate sapientem virum exsatiandum esse affirmat. Quasi dicat, orationis flores, & folia decorem, & ornatū afferunt: fructus verò tantummodo tam audientem, quam dicentem satiant. Quamuis etiam florida oratio in adolescente (vt auctor est Quintilianus) non est repudianda. Nam arbor quæ florem primum pulchrū edidit, suaues deinde fructus afferre solet. Item folia. i. verborum nitor & venustas, numquam omnino abiicienda sunt, quia fructus contegunt, & defendunt.*

Aug.

Secūda interpretatio est Rodolphi, qui hæc verba malam in partem vertit ad hunc modū: *De fructu oris viri replebitur venter eius. i. quidquid hominore, ac labijs procacibus admiserit, luet tandem, id sibi vult illud, replebitur venter, & rursus illud, saturabunt eum.* Est n. valde solemnus iste loquendi modus scripturæ, supra cap. 1. *Comedēt ergo fructus via sua, & consilijs suis saturabuntur.* Isaia 66. *Es erunt vsque ad satietatem visionis omni carni.* Et sæpè aliàs. Hæc verò ventris repletio, & oneratio ad conscientiam referri potest, vt sensus sit: Sicut fructus acres, & immaturi ventriculum onerant, & in amaritudinem vertunt, sic etiam verba impia, & sermones iniqui, vtpotè detractio, exprobratio, adulatio, mendacium, & alia eiusmodi, conscientiam similiter onerant, & amaritudinem, doloresque ingentes eidem immittunt. Conscientiam verò cum vetriculo, aut stomacho aptè conferri iam inde supra diximus, cap. 3. vers. 8. Vel aliter, isthæc repletio de pœnis, atque supplicijs aptius accipi potest, hoc sensu. Vir, cui procax, & effrænata lingua est, suorum verborum fructus, hoc est, supplicia, & pœnas deuorare, & ad saturitatē edere cogitur. Quod si fructum oris ipsissima verba esse dicas, sic accipe; Quemadmodum ventriculo onerato acidi, & indecocti cibi sæpè in os redeunt, ex ructu videlicet, aut vomitu; sic item conuitia, probra, & in vniuersum, verba acerba, sæpius ad hos recurrunt, & eorum actem, & amarum gustum percipi necesse est ab eo, qui ipsis vtitur. Nam si quidē fama alterius verbis violata, aut læsa fuit, sermones suos acerbos, & amaros, conuitiator molestè admodum, velut ex repletionem vomere cogitur. *Quando le obligan aque se desdiga, y que restituyala fama, &c.*

Rodolph.

75.

Tertia interpretatio ex duabus superioribus coalescit, ita ut de utrisque tam prauis, quam honestis sermonibus hæc verba capiantur. Quasi dicat, vnicuique benè, vel malè est, prout benè, vel malè loquitur. Si enim bona, & honesta verba profert, iucundissimis suorum verborum fructibus ad satietatem vescitur, si autem impios atque iniquos sermones habet, acerbos eorundem fructus gustare cogitur. Hanc verò interpretationē idēdō præfero, quia melius cum sequenti versu concinit, qui ait: *Mors, & vita in manibus lingue.* Hinc est illud Saluatoris, *Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis:* præmiserat autē, *Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum, aut facite arborem malam, & fructum eius malum, ex fructu. n. arbor cognoscitur, & quidē de verbis sermo hactenō fuerat, & statim etiā de verbis attexit: Progenies viperarum quomodo potestis bona loqui cum sitis mali, ex abundantia. n. cordis os loquitur:* ex quibus constat Christum Dominū nomine fructuū verba intellexisse. Nam sicut fructus qualitatem, & naturam arboris sequuntur: sic etiā verba mores dicentis. Denique absoluit dicens, *Ex tuis verbis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.* Hoc est autem verborum fructibus repleri, & exsatiari, bonis vtique ad voluptatem, malis verò ad pœnam: prout autem verborum malam repletionem describit Chrylostomus ad hæc verba: *Quod si quis, inquit, perniciosus cibus, & humoribus plenus agrotationis laborem non effugiet, multo magis, qui hanc omni cholera amariorē malignitatem in seipso recondit atque conseruat, vltimi atque perpetui doloribus morbi laborabit. Quod planum à verbis suis est, qua cum aliis dolorem inferant, quanto magis animam prorumpentis interiment, nam calumniator seipsum prius interimit. Hæc ille.*

Chrylost.

X XI. *Mors, & vita in manibus lingue: qui diligunt eam, comedent fructus eius.*

76

Mors, & vita, &c. Hebr. *Mors, & vita in manu lingue.* Septuag. *qui autem continent eam, comedent fructus eius.* Aquila, Symmach. & Theod. concinnunt cum nostra.

Hæc sententia quodammodo anceps est, potest. n. mors, & vita ad dicentem, & audientem referri, potest etiam inter vtrumque partiti. Vtique auditori accommodat Hugo, Rodolphus, & alij ad hunc modum, *Mors, & vita in manibus lingue, i. lingue tanta potestas est, vt vitam, & mortem auditori afferre possit, quemadmodum ipsa experientia docet in prauis ac bonis doctoribus, hi. n. vitam docendo inspirant, illi contra necem inferunt. Cæterum iuxta præfatum sensum (vita, & morte ad audientem, & non ad dicentem relata) non ineruditè commentus est Hugo. *Mors, & vita in manibus lingue. In sermonis, inquit, operatione mors demonum, & vita fidelium, nam si prædicatores manum ori adiungerent. i. facerent quod docerent, peccatores iam emortui rediuiui exurgerent, & demones ex aduerso, velut emortui tabescerent: itaque manus lingue intelligit Hugo opera verbis ipsis respondentia. Item secundum hanc ipsam acceptionem (vita, & morte ad alium, & non ad loquentem accommodata) locus iste aliter expendi potest ad hunc modum, *Mors, & vita in manibus lingue. i. tanta est in vniuersum lingue ditio, & potestas, vt vitæ, atque necis ius penes illam sit: hos. n. verbis suis absoluit, illos damnat, & morti addicit, ita***

Hugo.

A vt verum omninò sit nostrum omnium vel vitam, vel necem in alienarum linguarum potestate sitam esse, & ex earum testimonio pendere. Quid certius? Constat. n. duas linguas in aliquem testimonio suo conspirantes mortem illi afferre posse. Cæterum præfatas expositiones non valdè probo, quia posterior clausula illis aptari non potest.

D. Bernardus in serm. de custodia lingue, cum mortem & vitam similis ratione ad alium, & non ad dicentem referat, linguam vnam intelligit à maledica, & benedica abstractam, maledicam verò, cui mors tribuitur, detractoris linguam esse dicit, eique tantam ad perimendū vim tribuit, vt sæpius tres ictu vno traiciat, imò vt Christi corpus confodiat, & crudelior clavis, & spinis, & ipso quoque lanceæ mucrone dici debeat: cuius verba alibi dedimus atque expendimus. Linguam autem benedicam, cui vita respondet, doctoris, consiliarij, vel adhortatoris linguam esse affirmat: hæc. n. vitam, & spiritum auditoribus suis inhalat. His autem præmissis sic absoluit Bernardus. *Sanè propterea maiorem eī diligentiam, & diligentiorē custodiam conuenit exhiberi, quod sit iuxta scripturam, mors, & vita in manibus lingue. Alioquin si sola esset vita, nec circumciso quidem est, si sola mors, etiam absciso deberetur, nunc verò ponenda nobis ori nostro custodia, & ostium circumstantia labijs, vt nec vitalem adificationem clausula damnet aeterna, nec lethalis perniciēs liberum sortiatur egressum.*

77. Bernard.

C Alij rursus illa verba, *Mors, & vita*, sic distribuunt inter dicentem, & audientem, vt vita vni, alteri verò mors cedat, in his Hugo, qui ad hunc modum exponit, *Mors, & vita in manibus lingue.* Nimirum lingua procax, & petulans mortem affert loquenti, & iniurias inferenti, vitam verò ei, qui patienter eius probra, aut contumelias perfert. Eius n. probat, auget, ac meritis donat patientiam, aliquando etiam sanat culpam. Huc transtulit Plutarchus exemplum eius, qui Thessalum quemdam Prometheum volens occidere gladio dissecuit tuber, ex quo vita illius periclitabatur, eumque sanitati sic reddidit. *Ita sæpè numero (inquit Plutarchus) conuictum per iracundiam coniectum ab inimico, vitium animi, vel ignotum nobis, vel neglectum sanat, & eius qui mortem inferre volebat plaga vitam affert.* Item eiusmodi viros constantes, qui maledictis petiti inde lauātur, & errores suos diluunt, Phalereus Philosophus apud collectorem Apophthegmat. cum quibusdam contulit Imperatoribus, qui lepram suam humani sanguinis balneo loti penitus deterferunt. Innuens scilicet conuictatores suis ipsorum conuictis iugulari, & eum, qui conuictia illorum æquo animo perfert, atque inde proficit, eorum sanguine ad eluendas animi sui sordes, & læthales morbos vti.

78.

Plutarch.

Phaler.

E Cæterum, vera magis, ac celebris huius loci expositio, vitam mortemque ad illum, qui dicit referendam esse docet, vt sensus sit, *Mors, & vita in manibus lingue.* Hoc est vtrumq; in potestate lingue situm est, aut viuere, aut emori, quia prout quis malè vel benè loquitur, ita sibi vel mortem, vel vitam creat, iuxta illam Christi Domini sententiam nuper adscriptam: *Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.* Hanc expositionem tradit D. Chrylostomus tom. 5. in hom. ad baptizandos, & Salonius in mystica expositione Parabolarū. Lyra, Iansenius, & alij, sed tamen accipe verba Chrylostomi satis elegantia: *De sermonibus, inquit, tuis iustificaberis, & de sermonibus tuis adiudicaberis. Modis namque vtriusq; partis lingua est, & si vtriusque est, iudicandus est: nam & gladius in*

Chrylost.

medio positus, si quidem fuerit aduersus hostes arreptus, salutaris accipienti reperitur, si vero tenentis visceribus inferatur, mortem preparat inferenti, non quia talis ferri natura, sed quia vitentis consilium est. Ita, & lingua estimetur gladius in medio positus, armetur aduersus peccata tua, (scilicet confessione) non ad fratris plagam preparatur. Et ideo eam Deus velut muro duplici voluit circumdari. Nam, dentium tegmine, & labiorum custodia continetur, ne verba improvida garrulitate proferantur. Refrena igitur linguam, & si non patitur reticere, dentium morsu quiescat, & tanquam carnisfici tradatur dentibus. Sed obseruat illa verba. Et ideo illa Deo velut muro duplici voluit circumdari. Est enim sensus quia duplex illius usus, ac bene, vel male haberi potest: ideo duplex illi murus, vel potius vallum murique additus est, nam dentes interiores muro similes sunt, labia vero vallo perquam similia. Quid inde linguam utique vallo, atque muro natura circumdedit, labiorum, ac dentium: innuens scilicet eam diligentius asseruandam esse, nam cum duplex sit eius usus, scilicet, benedictio & maledictio, & vallo simul ac muro indiget: omnis enim illius actio limitibus, ac metis certis circumscribenda est.

Quod si roges cur Salonius linguæ manus tribuerit, occurrit Salonijs ad hunc modum. *Metaphoricè*, inquit, *dicitur esse, quemadmodum venti dicuntur habere pennas, manus enim lingua ipsa verba sunt, quibus aut bona loquendo meretur vitam, aut mala loquendo meretur mortem.* Itaque Salonijs per linguæ manus metaphoricè ipsa verba accipi debere existimat: nec ineptè verba, & sermones linguæ manus dicuntur, in his enim tota illius vis, ac robur situm est, his congregitur, confligit, vincit. Hinc illud, quod Demostheni tradit Alexander, qui longas se ad dimicandum eminus manus habere dixit, scilicet orationem, ac sermonem, quo facile alios superabat eminus loquens, & absentes etiã confodiens.

Secundò alij sic decernunt, *Mortem, ac vitam in manibus linguæ esse.* i. periclitantur, atque in discrimine sunt; ex Eplo sunt verba Psal. 128. *Anima mea in manibus meis semper.* i. in magno semper discrimine versatur, aut semper agitur de anima, & vita mea. Vbi Thargum sic habet. *Anima mea periclitatur, ac si in superficie manus meæ esset.* Ducitur metaphora ab iis, quæ præ manibus habentur, ac propterea casui, vel ruinæ exposita sunt. Sic etiam Iephte Iudicum 12. *Posui animam meam in manibus meis, transiuique ad filios Amon, &c.* i. vitam meam omnibus periculis obieci. Simili ergo sensu satis accommodatè moys, & vita hominis in manibus linguæ esse dicuntur, quia propter vnã linguam magno in periculo semper versantur, adeò, vt quoties lingua ad loquendum laxata est, de vita, atque morte prorsus agatur.

Tertiò, Caietanus manus hinc per metaphoram potestatem notare affirmat, ita vt vitam, & mortem in manu linguæ versari perinde sit, atque in potestate illius vtraque esse. Caietano assentior, occurrunt enim id genus testimonia passim in Sacra Scriptura Psal. 62. *Tradentur in manus gladij.* Et Psal. 48. *Et eruet animam meam de manu inferi.* Et alia passim.

Ad extremum subiticio naturam ipsam, huius sententiæ moralis quædam vestigia in semetipsa adumbrare: constat enim ex Aristotelis, ac Plinij decretis, quorum verba dedimus supra cap. 2. v. 12. ex membris omnibus linguam extremo loco perfici ac viuificari in generatione hominis, ac rursus eandem in corruptione illius primo loco emori, ac vita priuari. Ita enim fert naturæ ipsius solemnissimus mos, vt quod

posterius animatur, id ipsum prius exanimetur. Itaque secundum naturæ legem vitam lingua absoluit, & morti etiã initium præbet, neque aliter in moribus eueniri puto, vitam enim spirituales linguæ moderatio ad perfectionem adducit, ait enim Iacob c. 3. *Si quis verbo non offendit, hic perfectus est vir.* Rursus omnis spiritualis mors ab intemperantia linguæ exordium capit. Ioel. 5. *Lingua imprudentis uersio ipsius est.* merito igitur Salomon ait, vitam atque mortem in manibus linguæ esse, vt potè quæ vitæ extremam manum imponit, & morti aditum prinũ referat. De duplici linguæ usu multa passim apud autores, Plutarchus in li. de stude, & Oficiis. *Plutarch.* dicit *Ægyptios cum Sygalioni sacrificarent ita exclamare solitos, lingua fortuna lingua dæmon: & in lib. de Garrulit. narrat Pittacum iustum ex victima optimam carnem, & pessimã excindere, linguam exsecuisse, Vt quæ esset instrumentum malorum ab bonorum maximorum.* Idem quoque à Biante factum refert in Conui. septem Sap. Mitto alia peruulgata.

Posteriora verba, *Quia diligunt eam comedent fructus eius,* secundum diuersas expositiones distimiliter superiori adaptata sunt. Et licet arguè admodum cum primis duabus interpretationibus cohæreant, ad tertiam facile reuocari possunt. Iansenius sic exponit. Qui amat bene, vel malè loqui, percipiet fructus illius siue bonos, siue malos, sed nescio qua ratione illi suam linguam diligere dicendi sunt, qui absona, & absurda loquuntur. Quapropter per eos, qui linguam diligunt, non alios accipere debere existimo, nisi illos, qui ipsam optimè moderantur, ac temperant, hi enim veriùs linguam suam adamant, atque illi ex animo prospiciunt. Vnde Septuag. accommodatè transtulerunt, *Qui autem continent eam comedent fructus eius,* scilicet suaues, ac prædulces: nimirum vitam ipsam summa cum voluptate transigent. Iuxta illud, *Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos, coercet linguam suam a malo, & labia eius ne loquantur dolium.* Linguam enim similem esse dixerim arbori cuiuspiam, quæ si diligentius vndique septa sit, fructus suos decoquit, & ad maturitatem adducit, atque adeò esui dulces accidunt: quod si extra septum exposita sit, acerba, & cruda poma ab obuuis decerpuntur, & auferuntur. Nam si linguæ custodiæ satis adhibeatur, sicubi loquendum est, matura, mitia, & dulcia verba promittunt sibi, tum aliis. Sin vero custodia protius careat, & ad dicendum, & confabulandum exposita sit, nullum verbum ad prudentiæ maturitatem adducit, omnia immittit, & acia, & acerba & sibi, & aliis præbet. Ergo qui continet, vel custodit linguam comedet fructus eius, mites scilicet, decoctos, & maturos, &c.

XXII. *Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum; & hauriet iucunditatem à Domino.*

QVI inuenit mulierem, &c. Hebr. *Qui inuenit uxorem inuenit bonum, & educet beneuolentiã à Domino;* alij voluntatem, alij beneplacitum, Chaldaus. *Qui inuenit mulierem inuenit bonum, & suscipit voluntatè suam à Deo* Septuag. *Qui inuenit mulierem bonã inuenit gratiam & accipit à Deo hilaritatem.* Schol. *Qui inuenit mulierem vtilè, &c.* Itaq; ex dictis constat in Hebraicis non esse mulierem bonã, sed absolutè mulierem, vel uxorem, sed tamen noster sequutus Septuag. eam vocem merito addidit. Hebræi ergo cum absolutè mulierem, vel uxorem legant, ad hunc modum exponunt, quicumque uxorem nactus est, hoc ipso haud vulgare bonum

80. Salom.

Alexand.

Iudic. 12.

Caiet.

Psal. 62. Psal. 48.

82.

Aristot. Plinius.

Iacob. 3.

Ioel. 5.

Plutarch.

83.

Iansen.

84.

num inuenit, quia vxorem ducere maximi beneficij loco ponendum est, iuxta illud Geneleos secundo. *Non est bonum hominem esse solum: si n. solitarium manere hominem minime bonum est; ergo coniugem assumere bonum est, qui autem eiusmodi bono gaudet, Educet voluntatem à Domino, futurum pro præterito. i. eduxit, nimirum Deum sibi prius aliquo officio deuinxit, atque propitium reddidit. Sed vide ne hæc expositio ad prauum aliquod dogma vergat.*

Reliqui addunt vocem illam, *bonam*, quam etiã in Hebræicis supplendam esse decernunt omnium autem eadem mens est. Qui inuenit mulierem bonam, pudicam scilicet, castam, & sobriam, non vulgare, sed rarum aliquod bonum nactus fuit. Quapropter *hauriet iucunditatem à Domino, hauriet inquam, non verò exhauriet: quia maximo Dei beneficio perennem quandã & indeficientem voluptatem percipiet. Sed tamen expendo singula verba.*

Qui inuenit mulierem bonam, Consultò, inquit, Caietanus, dictum est, *qui inuenit*, non autem, *qui reperit*, inuenimus. n. diligenter, & accuratè quæsitã, reperimus autem obuia, & occurrentia. Itaque significatur non obuiam quamlibet, atque occurrentem vxorem esse ducendam, sed studiosã cura ex omnibus vestigandã, est. n. perquam difficilis inuentu mulier bona. Eccles. 26. *Virum de mille vnum reperi, mulierem ex omnibus non inueni.* Huius autem boni raritatem Antonius in Melissa 2. p. serm. 34. quibusdam exemplis comprobat. *Cum quidam percontaretur, inquit, Philoxenum cur Sophocles bonas semper in fabulis induceret mulieres, & feminas, ipse verò malas, subiecit; quia quales oporteat esse feminas Sophocles dicit, ego verò quales semper sunt. Nam vnã aliquã bonã vestigã posteriori priori deteriorẽ semper esse inueni.* Ergo cum bona aliqua occurrit, in maximis Dei beneficiis ponendum est. Possemus etiã aliter expendere verbum, *inuenit*, nimirum ita, vt vxor inuenta propterea dicatur non sumpta, vel accepta: nam sumere, vel accipere, electionis est, inuenire autẽ, fortunã, & casus. Accipe verba Hieronymi lib. 2. contra Iouinian. c. 28. *Adde quoniam nulla est vxoris electio, sed qualiscumque obuenerit habenda; si iracunda, si farua, si deformis, si superba, si fœtida, quodcumque vitij est post nuptias discimus. Equus, asinus, bos, canis, & vilissima mancipia, vestis quoque, & lebetes, sedile ligneum, calix, & urceolus fictilis probantur prius, & sic emuntur, sola vxor non ostenditur, ne ante displiceat, quam ematur.* Meritò igitur Salomon ait, *Qui inuenit mulierem bonã inuenit bonum.* Quia verè vxor inuenta potiùs quã assumpta dicitur, res est gratiã, nõ studij, & fortunã, idè Septuag. appositè admodum conuerterunt, *qui inuenit mulierem bonã inuenit gratias.* Obserua etiam Scholia. non *bonã*, sed *utilem* mulierem vertisse: dicitur autem utilis vxor, quã parci sumptibus magnis, & rem suam curat, augetque. Utilitas. n. damno opponitur.

Inuenit bonum, maximum videlicet, singulare & rarum bonum, quod tale antonomasticè dici debeat. Septuag. *Inuenit gratias*, aliqui sic exponunt, agendarum Deo gratiarum materiam vberem nactus est propter beneficij magnitudinem, iuxta illud Eccles. 26. *Pars bona mulier bona, in parte bona timentium Deum dabitur viro pro factis suis.* Rursus nomine gratiã pulchritudinem accipere licet, atque adèd sensus erit is, qui bonã satis vxorem reperit, is quidem satis pulcrã inuenit. nam præcipua vxoris species in moribus est: hinc est illud Menandri à Clemente recitatum in Pædagogò:

Eccles. 26. *Qui inuenit mulierem bonã inuenit gratias.* Obserua etiam Scholia. non *bonã*, sed *utilem* mulierem vertisse: dicitur autem utilis vxor, quã parci sumptibus magnis, & rem suam curat, augetque. Utilitas. n. damno opponitur.

A *Pulchrũ est mulieris inspicere pulchros mores.* Et D. Petrus in 1. Can. c. 3. *Quarum non sit extrinsecus capillatura aut circumdario auri, &c. sed qui absconditus est cordis homo. nec abit ab hac sententia pudica femina apud Plautum in Pænul. quã sic ait:*

Bono ingenio me ornatam esse quam auro multo malo.

Sed præstat omnibus locus Eccles. 26. *Gratia super gratiam mulier sancta, & pudorata:* nimirũ species speciei addita, & pulchritudo duplex est mulier, quã pudicitia bonos mores adiungit. Propterea Salomon non gratiam, sed gratias dixit, pulchritudinem multiplicem notans. Et sanè quã in facie, & reliqua corporis structura fulget pulchritudo vnica est, & vix aliquã feminã reperias, ex his quibus natura venustam formã affluit, quã nulla ex parte deformis sit. At pulchritudo animi multiplex, quãlibet. n. virtus sui speciem ab aliis distinctã, atque suos item colores habet, vt docet copiosè Plato in dialogo de Pulcro. In Græcis pro gratiis est vox *χάρεις*. i. Charites: liceat ergo mihi Græcis verbis adherere, & in hunc locũ accommodandi licentia id conicere, quod acutè commentus est Plutarchus apud Stobæum, scilicet, *Illas felices esse feminarum nuptias, à quibus Charites non exulantur:* putabant. n. veteres ex charitibus seu gratiis alteram nomine Pasitheam coniugis interesse ad sociandas nubentium voluntates, idè ex tribus Gratias hanc tantummodo matrimonio iungit Homerus, vt tradit Seneca in lib. de Beneficiis cap. 3. cum reliquas virgines esse decernat. Obserua ergo huius Charitis nomen: appellatur. n. *Pasithea*. i. *omni-Dea*, tota scilicet diuina, nihil omnino humani habens, vt scilicet argumento esset nuptiarum fœdera, & coniugum gratiam, & amorem è cælo diuinitus dari, & ex sola Dei beneficentiã contingere. Huc spectat meditatio non inelegans cuiusdam Hebræi, qui adnotauit maritum Hebræicè dici *איש*, vxorem verò *אשה* *Isah*, si autem ab his nominibus duas literas demas, scilicet, *ה* & *י* ex quibus conflatur nomen Dei, *יהו*, ex vtròque fit altera dictio, quã ignem sonat: *Quia si Deus, inquit, nuptiis non interfuit, sanè inter coniuges tantummodo ignis remanet.* Hoc est, vel mera concupiscentia, & libido, vel ruptis fœderibus discordia, & contentio. Meritò igitur illa gratia quã coniugia sancit, ac copulat, *Pasithea*. i. *omni Dea* dicitur.

B *Qui inuenit mulierem bonã inuenit bonum.* Quia verè vxor inuenta potiùs quã assumpta dicitur, res est gratiã, nõ studij, & fortunã, idè Septuag. appositè admodum conuerterunt, *qui inuenit mulierem bonã inuenit gratias.* Obserua etiam Scholia. non *bonã*, sed *utilem* mulierem vertisse: dicitur autem utilis vxor, quã parci sumptibus magnis, & rem suam curat, augetque. Utilitas. n. damno opponitur.

C *Qui inuenit mulierem bonã inuenit bonum.* Quia verè vxor inuenta potiùs quã assumpta dicitur, res est gratiã, nõ studij, & fortunã, idè Septuag. appositè admodum conuerterunt, *qui inuenit mulierem bonã inuenit gratias.* Obserua etiam Scholia. non *bonã*, sed *utilem* mulierem vertisse: dicitur autem utilis vxor, quã parci sumptibus magnis, & rem suam curat, augetque. Utilitas. n. damno opponitur.

D *Qui inuenit mulierem bonã inuenit bonum.* Quia verè vxor inuenta potiùs quã assumpta dicitur, res est gratiã, nõ studij, & fortunã, idè Septuag. appositè admodum conuerterunt, *qui inuenit mulierem bonã inuenit gratias.* Obserua etiam Scholia. non *bonã*, sed *utilem* mulierem vertisse: dicitur autem utilis vxor, quã parci sumptibus magnis, & rem suam curat, augetque. Utilitas. n. damno opponitur.

E *Qui inuenit mulierem bonã inuenit bonum.* Quia verè vxor inuenta potiùs quã assumpta dicitur, res est gratiã, nõ studij, & fortunã, idè Septuag. appositè admodum conuerterunt, *qui inuenit mulierem bonã inuenit gratias.* Obserua etiam Scholia. non *bonã*, sed *utilem* mulierem vertisse: dicitur autem utilis vxor, quã parci sumptibus magnis, & rem suam curat, augetque. Utilitas. n. damno opponitur.

1. Pet. 3.

Plautus.

87
Eccles. 26.

Plato.

Stobæus.

88.
Plutarch.

in vnum conspiratum fauor adfuit, quorum amor, & conugal gratia ante nuptias, in nuptiis, ac deinceps toto vitæ tempore constans fuit. Hæc autem felicitas eius est, tantum qui bonam planè atque adeo amabilem vxorem nactus est. Addit Salomon.

Et hauriet iucunditatem à Domino, alij conuertunt ex Hebræo, *Et eduxit beneuolentiam, aut beneplacitum à Domino*. Sic verò exponunt, qui bonam, & pudicam duxit, Deum erga se beneuolum expertus est. Sed præstat reliquis nostra lectio, quæ sententiam illustriorem reddit, *Et hauriet iucunditatem à Domino*: hauriet, inquam, non autem exhauriet, perennis erit illius voluptas, sanè voluptas illius, qui propterea lætus est, quia pulchram sibi adiunxit vel diuitem, vel ingenuam, citius exhauritur, ac deficit: nam vernans ille pulchritudinis flos citius marcescit, inque maciem soluitur, dos item magna breui tempore consumitur, genus demum, ac nobilitas superbam eandem reddere solent, atque adeo grauem, & molestam, tunc verò voluptas in odium verti solet: ea solum voluptas, & iucunditas diuturna est, quæ de vxoris honestate, ac bonis moribus capitur, hæc enim nunquam deficit, nunquam interit.

XXIII. *Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum, qui autem tenet adulteram, stultus est, atque impius.*

QVI expellit, &c. Hæc sententia abest ab originibus, sed tamen occurrit apud Septuaginta, & inde à Vulgato interprete petita est, quæ ad verbum ex Græcis codicibus expressa sic effertur, *Qui eicit mulierem bonam, eicit bona*, reliqua non dissonant. In antiquo textu vulgato extrema verba sic se habebant, *Stultus, & insipiens*, sed mendum hoc detectum est in correctionibus Bibliis, Græcè enim est *ἄσβητος*, i. impius.

Hæc sententia cum superiori cohæret: qua Salomon suadet bonam, & pudicam vxorem nulla ex causa repudiandam esse, nam qui illam domo pellit, maximo quodam & præcipuo bono vacuum reddit. Cæterum, quemadmodum bona, & fidelis vxor à sapiente retinenda est, sic etiam infideli, & adulteræ nuncium remittere, viri est ingenui, atque sapientis: nam qui cognita eius impudentia adhuc illam retinet, vel stultitiam, vel impietatem maximam prodit: si enim vir ex quadam inconsiderantia, & imprudentia id patitur, & donat vxori, stultissimus est, si verò ex malitia, & praua voluntate id ipsum tolerat, quia inde lucrum, vel quæstum aufert, impietatis cuiusdam maximæ reus existit. Ergo Salomon carpit viros, qui adulteras vxores recipiunt, & qui in adulteriis earum ex magna insipientia, vel ex ingenti prauitate conuiuent. Sanè Christus Dominus hanc vnam vxoris repudiandæ causam adstruit adulterium, sic enim ait *Quicumque dimiserit vxorem suam, nisi ob causam fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur*. Cuius rei nobile quoddam exemplum produxit Chrysoströmus hom. 22. ex variis in Matth. locis: *Imitatores, inquit, debemus esse Dei, ut sicut ille agit cum Ecclesia, sic nos agamus cum coniuge. Ille enim nunquam derelinquit populum, nisi ad gentilitatem, vel ad hæresim voluntarie transferit, alius autem peccantem castigat quidem, sed tamen misereri non cessat, sic etiam vir adulteram quidem dimittat, alias autem malè moratam castiget, & teneat.*

Chrysostr.

Concinit autem hæc Chrysostrōmi sententia cū doctrina Apostoli, qui docet viros sic erga vxores suas animatos esse debere, sicut Christus erga Ecclesiam. Sed quæres an Chastus etiam in eo loco vxorem adulteram dimittere solum ex condonatione permittat, an etiam suadeat? Chrysostrōm. verba Christi Domini edisserens in ea sententia esse videtur, ut putet adulteræ repulsum à Domino suaderi, sic enim ait: *Non ergo qui dimittit mœchatur, sed qui alteram ducit: imò autem sicut crudelis est, atque iniquus, qui castam dimittit: sic etiam factus est, atque iniustus, qui retinet meretricem; nam patronus turpiudinis est, qui crimen celat vxoris.* Quibus verbis planè ad Salomonis verba alludit Chrysostrōmus, dum ait, *Factus est, atque iniustus.*

Accedit etiam D. Hieronymus in eundem Matthæi locum, ubi sic acutè admodum fatur. *Sola fornicatio est, quæ vxoris vincat affectum, imò cum illa vnâ carnem in aliam diuiserit, & si fornicatione separauerit à marito, non debet teneri, ne virum quoque sub maledicto faciat, dicens scriptura, qui tenet adulteram stultus, atque impius est.* Cæterum verba Christi, Hieronymi, & Chrysostrōmi capienda sunt de adultera, quæ non relipuit, nec ad bonam fugam se recepit. Illam enim quam delicti pœnitet, recipere non modo non malum, sed etiam pium, atque honestum est. Ita loquitur D. Augustinus in lib. 2. ad Pollent. cap. 6. *Quod autem, inquit, durum tibi videtur, ut post adulterium reconcilietur coniugi coniux, si fides adsit non erit durum.* Cui enim adhuc deputamus adulteros, quos vel baptisate ablutis, vel pœnitentiâ credimus esse sanatos. *Hæc crimina in veteri lege nullis sacrificiis mundabantur, quæ noui Testamenti in sanguine Christi proculdubio mundantur.* Et ideo hinc omnino prohibitum fuit ab alio contaminatam viro recipere vxorem. *Quamuis David Saulis filiam, quam pater eiusdem mulieris ab eo separatam dederat alteri, tanquam noui Testamenti præfigurator sine cunctatione receperit.* Nunc autem postquam Christus ait adulteræ: *Nec ego te condemnabo, Vade, & amplius noli peccare, quis non intelligat debere ignoscere maritum, quod videt ignouisse Dominum amborum, nec iam se debere adulteram dicere cuius pœnitentis crimen diuina credit miseratione deletum?* Hactenus ille. Videtur autem docere Aug. adulteram coniugem eicere non permissum tantum in lege veteri, sed etiam feridè præceptum. Et quidem in ea sententia videtur fuisse Ioseph Deiparæ sponsum, de quo in Euang. scribitur: *Ioseph autem cum esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam.* Ioseph, cum iustus esset, ac sciret per legem adulteram retinere minimè licere, de vxore sua occultè deferenda cogitauit. Itaque Ioseph propterea iustus asseritur, quia legem vxorem adulteram dimittere præcipientem exequi iam parabat: Non autem, quia nollet eam traducere, ut multi dicunt.

Hæc cum ita sint, in hoc loco Salomon veteris præcepti de adultera repudianda rationem offert: *quia is, qui tenet adulteram stultus est, atque impius, vel, stultus est, atque iniustus*, sic enim habes apud Chrysostrōmum, cuius verba recitantur, Can. sicut 32. q. 1. Non quidem vnus, & idem stultus pariter, atque impius dicitur, sed stultus aliquis, alius impius, vel iniustus, stultus ergo ille dicitur, qui vxoris intemperantiam ex magna inconsiderantia non animaduertit, & stulta quadam patientia sustinet, & quidem hunc à lenocinio absoluit lex, *Mariti lenocinium*. ff. ad legem Iuliam. *Quod si patiatur vxorem derelinquere non ob quæstum, sed ob negligentiam, vel culpam, vel quandam patientiam, vel nimiam*

Hierony.

August.

91

crudelitatem, extra legem positus videtur. Quibus verbis Vlpianus omnia stultitiæ capita complexus est: eadem verò lex paulò ante sic præmittit. *Tunc autem puniendus est maritus, cum excusare ignorantiam suam non potest, vel adumbrare patientiam prætextu incrudelitatis.* Hactenus de stulto: impius, sane ille appellatur, qui sciens, ac volens vxorem adulteram retinet, ac tolerat, qui melius aptiusque, impius, dicitur quam iniustus: nullus. n. erga seipsum propriè iniustus appellatur, maritus verò suam exponens, sibi ipsi, ac non alteri iniuriam infert. Meritò autem impius nominatur, quia coniugij sanctitatem violauit: licebit etiam fortasse iniustum dicere eum, qui quæstum ex adulterio vxoris fecerit, nam quicumque ex turpi negotio lucra quærit, non ineptè iniustus dicitur. i. auarus, ac fordidus.

XXIII. Cum obsecrationibus loquitur pauper, & diues effabatur rigide.

93

CVM Obsecrationibus, &c. Heb. *Et Diues respondet fortia: Hæc verba expuncta sunt ex correctionibus Biblii Septuag. Habentur autem in Complut. Regio cod. hoc modo. Cum deprecationibus loquitur pauper, diues autem respondet dura.*

Duplicem ad sensum satisfacilem vocari possunt ista verba. Nam vel sermo est de paupere, & diuite ad alterum aliquem verba facientibus, vel de iisdem inter se colloquentibus. Iuxta priorem acceptionem. Primò Beda exponit de paupere, ac diuite Deum alloquentibus. Itaque ait, Pauper, & humilis præ animi sui deiectione Deum summissè precibus, & obsecrationibus alloquitur: diues autè. i. superbus, cum fastu, & superbia. *Effabatur rigide,* hoc est velut ex rigore quodam ab eo efflagitabitur quodcumque petet. Exemplo sint Phariseus, & Publicanus, quorum ille cum Deo arroganter agens dicebat, *Gratias ago tibi Domine,* &c. Alter verò procumbens pectus pugnis quatitabat dicens, *Propitius esto mihi peccatori.* Secundò Lyranus locum istum interpretatur de paupere, ac diuite ad alterum quemlibet sermonem habentibus, pauper. n. inquit, summissè agit, precibus utitur, diues autem præ fastu verba rigida, & dura ex quodam imperio semper dicit. Et quidem ut sensus iste aptior sit, per pauperem humilis, & per diuitem superbus, & arrogans intelligi debent. Ille. n. etiam cum subditis affatur, non ex imperio agit, sed obsecrat, ac deprecatur: hic autem non solum cum subditis seuerius se gerit, sed etiam quando æquales, aut etiam superiores alloquitur, nihil deprecabundus dicit, sed cuncta rigide, imperiosè ac tumide.

Reliqui interpretes de utroque, diuite scilicet, ac paupere, inuicem colloquentibus locum istum exponunt (quibus ego libentius assentior): suadet hoc lectio originalis, quæ sic extrema verba reddit, *Diues autem respondet dura.* Itaque sensus est in promptu. Pauper diuitem summissè, & humiliter appellat, prius & obsecrationes semper adhibet, sed tamen pro his à diuite refert verba rigida, & dura: prouerbium ergo diuitem immanitatem exaggerat, qui in homines demissos, & deprecabundos ita sæuiunt. Vel ut alij putant, Salomon pauperes admonet, neu diuitem seuerioribus verbis offensus à precibus desistant, hi. n. ferè eiusmodi rigida, & acerba respondent, etiam cum postulata non denegant.

XXIV. Vir amabilis ad societatem magis amicus erit quam frater.

VIR amabilis, &c. Hebr. ad verbum, *Vir amicorum ad sociabilem se præstandum est amans, & adharens præ fratre,* Pagnin. sic conuertit, *Vir qui diligit amicos, ut sit amicus, magis coniunctus est, quam frater,* Chald. *Sunt socij, qui associantur & est amicus magis adharens, quam frater.* Hæc verba desiderantur in correctiori textu lxx. sed tamen in Complutensi, & Regio adscribuntur hoc modo. *Vir amicus ad amicitiam, & erit magis adharens, quam frater.*

Vir amabilis ad societatem, &c. Amicitia, inquit Salomon, præstat necessitudini, aut consanguinitati, nam vir verè, & ex animo alterum adamans, frequentius re, atque ipso opere maiorem gratiam exhibet amico suo, quam frater fratri. Quali dicat, arctius est vinculum amicitie, quam necessitudinis, atque vtilior est amico amicus, quam frater fratri, sic Iansenius. Hanc interpretationem recipit lectio originalis ea vel maximè, quam exhibet Pagninus, *Vir qui diligit amicos, ut sit amicus, magis coniunctus est, quam frater;* nimirum qui colit amicitiam ex amicitia vera, quæ in eo consistit, ut amicum propter ipsum, & non alio nomine diligamus:

sed tamen vulgata lectio licet huic affinem, diuersum tamè sensum reddit, *Vir scilicet amabilis ad societatem.* Vir scilicet qui se amabilem satis præbet, & ad copulandam amicitiam idoneus esse censetur, magis amari, ac diligi solet, quam frater. Et quidem eiusmodi tam arctam, & tam gratam amicitiam omnem cognationis gratiam vincere non solum eo sensu intelligo, quo infra idem Salomon dicit, *Melius est amicus iuxta, quam frater longe,* ca. 27. quibus verbis frater discors cum amico concordia videtur cõponi; sed ita ut amicus, qui ob ingenij, ac morum similitudinem mutuo se diligunt, sibi inuicem gratiores sint, vtiliores ac iucundiores, quàm fratres minimè discordes. Ratio autè est in promptu, quia cum omnibus similitudo amorem parere soleat, eadem similitudo, quæ in moribus, ingenio, atque animi propensionibus sita est, longè maiorem gratiam & amorem parit, quàm ea quæ in sola carnis, ac sanguinis cognatione consistit, si absit altera. Quapropter, cum fraternum amorem hæc carnis, & sanguinis cognatio, & similitudo copulet, amicitia verò vinculum, & nodum similitudo morum, ingenij, ac propensionem adstringat, arctior, atque firmior est hic, quàm ille. Lege Plutarchum in dialogo 52. de amico fideli, vbi hanc sententiam pluribus exemplis diuitem producit, & veræ amicitia vinculum cum omnibus cognationis, & consanguinitatis generibus componit, atque omnibus præfert. *Habes, inquit, rem dulcissimam sanctissimamque, quæ una post solam virtutem nihil homini melius vel natura, vel casus, vel studium dedit, dulces fautores parentes, dulces aut, dulces item filij, dulces fratres, dulces uxores: possunt tamen amarescere, nec parentes ideò, nec fratres, nec filij deserunt esse, cum tamen dulces esse deserunt: at amicus solus, dum sit verus, dulcis, & charus esse non desinit.* Vide ibi plura. Meminit etiam huius sententia D. Chrysol. hom. 1. in Epist. ad Coloss. vbi postquam omnes copulanda amicitia rationes in vnum coëgit, & omnes cognationis gradus recensuit, sic alluit, *Et aliquando apparuerunt amici melius, ac synerius affecti, quam fratres inuicem, & quam filij in parentes,*

94

Plutarch.

Chrysol.

Affecti, quàm fratres inuicem, & quàm filij in parentes, & qui fuit genitus non opem tulit, qui autem eum non cognouit, affuit, atque opem tulit.

Sed libranda est lectio originalis, *Vir amicorum ad sociabilem, vel amabilem se prabendum est amicus magis adhaerens, quàm frater.* Quam lectionem aliqui sic exponunt, eius est, qui multos amicos numerat, & plurimorum experitur gratiam (nimirum amando, & diligendo, nam amor amore paratur) vnum aliquem inuenire, quo iucundiùs, & familiaritiùs uti liceat, quàm fratre quolibet amantissimo. Potest etiam aliter explicari, *Vir amicorum, &c. i. gratus, & suavis, qui se amabilem, & beneuolum prabet, multos amicos, & familiares sibi asciscit, hoc autem beatissimum est, nam amicus quilibet beneuolentia, & gratia fratrem superat.*

Ad extremum subiicienda est elegans Hugonis accommodatio, quæ sic habet, *Vir amabilis ad societatem, scilicet populus gentilis conuersus, & ad vnus Ecclesie societatem additus, Magis amicus erit Christo Domino, quàm frater. i. populus Hebræus, qui frater est Christi secundum carnem.*

Melior est inops ambulans in simplicitate, quàm peruersus labijs suis, & ipse insipens.

Etiã sine scientia anima non est bona, & qui festinat pedibus peccat.

Hæc verba habentur in quibusdam codicibus Septuag. scilicet in Complu. Regio, & aliis, sed tamen expuncta sunt à correctione textu Sixti V. & vulgatis minime respondent, videntur autem ex aliorum locorum Emystichii contexta, & compacta, atque adeo cum alijs quidquid in textu Septuag. occurrit interpretari, & expendere solem, his nihilominus supersedendum duxi, & ad alia contendere.





CAPVT XIX.

SALOMONIS.



MELIOR est pauper, qui ambulat in simplicitate sua quam diues torquens labia sua, & insipiens 2. *1.* *ibi non est scientia anime, non est bonum: & qui festinus est pedibus, offendet.* 3. *Stultitia hominis supplantat gressus eius: & contra Deum feruet animo suo.* 4. *Diuitie addunt amicos plurimos: à paupe autem & hi, quos habuit separantur* 5. *Testis falsus non erit impunitus: & qui mendacia loquitur, non effugiet.* 6. *Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis.* 7. *Fratres hominis pauperis oderunt eum: insuper & amici procul recesserunt ab eo.* 8. *Qui tantum verba sectatur, nihil habebit: qui autem possessor est mentis, diligit animam suam, & custos prudentia inueniet bona* 9. *Falsus testis non erit impunitus: & qui loquitur mendacia, peribit.* 10. *Non decent stultum delicia, nec seruum dominari principibus.* 11. *Doctrina viri per patientiam noscitur: & gloria eius est iniqua prætergredi.* 12. *Sicut fremitus leonis, ita & regis ira: & sicut ros super herbam, ita & hilaritas eius.* 13. *Dolor patris, filius stultus: & tecta iugiter perstillantia, litigiosa mulier.* 14. *Domus, & diuitie dantur à parentibus: à Domino autem proprie vxor prudens.* 15. *Pigredo immitit soporem, & anima dissoluta esuriet* 16. *Qui custodit mandatum, custodit animam suam: qui autem negligit viam suam, mortificabitur.* 17. *Fæneratur Domino, qui misereatur pauperis: & vicissitudinem suam reddet ei.* 18. *Erudi filium tuum, ne desperes: ad interfectionem autem eius ne ponas animam tuam* 19. *Qui impatiens est, sustinebit damnum: & cum rapuerit, aliud apponnet.* 20. *Audi consilium, & suscipe disciplinam, vt sis sapiens in nouissimis tuis.* 21. *Multa cogitationes in corde viri: voluntas autem Domini permanebit* 22. *Homo indigens misericors est: & melior est pauper, quam vir mendax* 23. *Timor Domini ad vitam: & in plenitudine commorabitur, absque visitatione pessima.* 24. *Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam.* 25. *Pestilente flagellato stultus sapientior erit: si autem corripueris sapientem, intelliget disciplinam.* 26. *Qui affligit patrem, & fugat matrem, ignominiosus est & infelix.* 27. *Non cesses fili audire doctrinam, nec ignores sermones scientia.* 28. *Testis iniquus deridet iudicium: & os impiorum deuorat iniquitatem.* 29. *Parata sunt derisoribus iudicia: & mallei percutientes stultorum corporibus.*



CAPVT XIX. SALOMONIS.

I. *Melior est pauper, qui ambulat in simplicitate sua, quam diues torquens labia sua, & insipiens.*



MELIOR est pauper, &c. Heb. *Bonus pauper ambulans in integritate sua.* Alij. *In perfectione sua, qui in peruertens labia sua, & ipse stultus.* In quibusdam codicibus Vulgatis abest vox illa *Diues*, sicut etiam in primitiuis; sed tamen eam retinet codex

Clementinus. Item locus integer desideratur in textu Septuag. correctiori, sed tamen exhibetur in Complutensi, & Regio codice; & quidem pro *torquente labia*, est, *σπυλαὶ τῆς χείλεως*, id est, tortuosus, accipitur pro vasto, astuto: fuit autem ab *σπυλαί*, quæ vox significat tormentum Nauticum, instrumentum videlicet ligneum, cuius labris constringuntur planci in compingenda, seu contabulanda naui adactis cuneis: vnde aliqui obseruant vocem illam *σπυλῆ*, in eum iactari solitam, qui alios diceris suis torquet, & vel facere, vel fateri aliquid callidè cogit, à quibus non dissentior. In originibus est, *אָפּוֹ גְבִיכִים*: quæ vox de his proprie dicitur, qui decipiendi gratia captiosa proponunt, vt obiecta veritatis specie fallant.

Huius loci sententia in promptu est, *Melior est pauper, &c.* id est, præstat longè paupertas cum integritate vitæ. (Paupertati enim hæret semper puritas quædam animi, & doli expers sinceritas) quàm diues, qui ad decipiendum labia sua componit. Quod quidem non vera sapientia, sed magnæ stultitiæ quoddam genus est. Sic vulgò interpretes, si vnum excipias Iansenium, qui cum vocem illam *diues* à textu expungat, stultum, pauperi obiciendum esse dicit, *Et torquentem labia sua ei, qui ambulat in simplicitate*, hoc sensu. Præferenda utique est paupertas, cui simplicitas adiuncta est stultitiæ, hæc enim semper verba miscet peruersa, & noxia. Cæterùm iucundior, & gratior accidit oppositio inter diuitem, & pauperem, quam quidem ego sic conformandam puto. *Melior est pauper, &c.* id est, longè melior est ille, qui simplicem, & doli expertem vitam agit, quàm ille, qui dolos, captiones, & verusitias astu suo comminiscitur, licet opes ingentes eo artificio cumulet: qui enim ea ratione

B captiosè ditescit, non sapiens, sed insipiens planè, ac vecors dici debet. Itaque Salomon præfert paupertatem ex integritate, ac simplicitate vitæ natam, diuitiis, quas astus, aut verusitias iniuste parat, de quo themate aliis sæpè diximus. Pergo ad alia.

II. *Vbi non est scientia animæ, non est bonum; & qui festinus est pedibus, peccat.*

VBI non est scientia animæ, &c. Hebr. ad verbum: *Etiã absque scientia animæ non bonum, & festinus in pedibus peccans.* Chald. *qui nescit animam suam, non est ei bonum.* Absunt etiã hæc verba à textu Septuaginta correcto, habentur tamen in Codice Complu. & Regio, qui locum integrum sic extulerunt: *Etiã sine scientia animæ non est bona, & qui festinat pedibus peccat.* Sed noster interpretis aptè conuertit, *offendit*, vt luculentior sit antithesis.

Huius loci non vna interpretatio, sed secundum varias lectiones varia. In Vulgatis quidem vox illa *animæ*, in ancipiti est, potest. n. ad superiora reuocari in casu gignendi, & ad sequentia referri in casu dandi, similisque ambiguitas est in primitiuis. Plures sunt, qui cum posterioribus neclunt, ex quibus alij sic exponunt: *Vbi non est scientia, animæ non est bonum.* Nimitùm nihil solidi, ac perfecti boni illi animæ inest, quæ scientia, & prudentia caret, hæc enim inter omnia externa bona principem locum tenet, adeò vt reliqua bona, si cum sapientia conferantur, bonorum nomine non gaudeant. Potest tamen hæc expositio ad hunc modum luculentius conformari: si scientia absit, quæ sola animam ditem facit, non est aliquid animæ proprium, atque genuinum bonum, nam reliqua bona externa, opes, deliciae, & alia id genus, non quidem animæ, sed corporis solius bona sunt. Huc spectauit Lactantius contra Gen. lib. i. *Magnò, & excellenti ingenio viri contemptis omnibus ad inquirenda veritatis secretum se contulerunt, existimantes multò esse præclariorum diuinarum humanarumque rerum inuestigare rationes, quam aut struendis opibus, aut cumulandis honoribus inherere, quibus rebus, quoniam fragiles & terrena sunt, & ad solius corporis pertinent cultum, nemo melior, aut ditior effici potest.* Ex eo autem quod scientia animæ propria, & peculiaris possessio est, fit, vt tunc solum animus egere, & pauperiem perpeti dicatur.

August.

cum caret sapientia, vnde optimè August. Maior, ac miserabilior egestus non est, quam egere sapientia, & qui non eger sapientia, nulla re omnino egere potest, est ergo animi egestus nihil aliud quam stultitia. Hæc ille, in lib. de vita beata. Quod si per scientiam, vt sæpè alias in hoc libro, honestatem ipsam, atque virtutem accipiamus, hanc quidem propriū, ac germanum animi peculium esse, ac per ipsam tantummodo ditem reddi multis docuimus supra cap. 5. v. 8. & alibi.

3

Sunt etiam qui hunc locum secundum aliam animæ acceptionem, expositione donant non iniucunda. Vbi non est scientia animæ, non est bonum. Sumitur anima pro vita, & lucis istius vsura, hoc sensu. Vbi non adest scientia, ac rerum cognitio nulum vitale bonum est, nimirum vitam, & spiritum in se continens, nam quidquid est reliquum boni humani, atque externi, examiné quodammodo, ac demortuum est. Non est absurda hæc interpretatio. Nam Philolophus idèd fœlicitatem, & beatitudinem in bonis externis minime ponendam esse decernit, lib. 1. Ethic quia nulla vera ac solida fœlicitas esse potest, quæ in vitali aliqua ipsius hominis operatione sita non sit. Sed tamen tum hæc, tum etiam superior interpretatio idèd mihi probari non possunt, quia cum sequenti Emistychio non cohærent.

4

Ergo Rodolphus cum vocem animæ ad subsequenta verba referat, in dandi casu prius Emistichium cum posteriori sarcit, atque hunc versum cum superiori contexuit ad hunc modum. Qui ex ætate, & calliditate labia torquet, non equidem sapiens, sed insipiens est: cum autem scientia, & cognitio abest, nullum animæ solidum bonum est, id est, malum prorsus, atque perniciosum id animæ esse constat. Nam qui scientia, & prudentia caret similis est cæco, ac luminibus orbato, quem, si festinet, sæpius offendere, atque impingere necesse est. idèd subdit, & qui festinus est pedibus peccat. Et quidem prudentiam & cognitionem homini pro oculis, ac luminibus esse docet August. libro 2. de ciuitate Dei, vnde tradit prudentissimos viros à fronte simul, & occipito oculos esse. Et D. Gregor. libro 29. Moral. de his animantibus agens, quæ à Ioanne in circuitu, & intus plena oculis esse memorantur, ea quidem prudentissimorum hominum similitudine gerere dixit. Quisquis enim, ait, exteriora sua honestè disponit, sed interiora negligit, in circuitu oculos habet, sed intus non habet: sancti vero, & prudentes homines, semper, & exteriora sua circumspiciunt, & interiora sua vigilanter attendunt, quia se irreprobabiles interiori iudicis obrutibus parant. Idèd in circuitu oculos & intus habere perhibentur. Vnde prudentes apud Platonem Græcè πολὺὸ ὄρατοι appellatur, id est, multoculi, multis videlicet oculis præditi. Ergo cum tot oculis prudentia consistet, vir imprudens merito cæcus dicitur. Sic Aug. loco citato c. 6. Vir imprudens in cecitate noxia demens, ac stultus permanebit.

August.

Gregor.

Reliqui autem quotquot hæc verba sic ordinant, vt vocem illam animæ ad antecedentia verba reuocent, nam & alteram expositionem commenti sunt. Prior sic habet. Vbi non est scientia animæ, non est bonum, qui videlicet ignorat suam ipsius animam: concinit hæc interpretatio cum lectione Chaldaica, quæ sic habet, Qui nescit animam suam, non est ei bonum. i. qui animæ suæ ingenitam dignitatem, & excellentiam non satis callent, nihil boni se habere agnoscunt. Nam reliqua bona si cum hoc bono conferantur, bonorum nomen non merentur. Itaque animum reliquis bonis præfe-

rendum esse docet hæc interpretatio. Nam quid prodest homini, ait Christus Dominus, si vniuersum mundum lucretur, anima verò suæ detrimentum patiatur? Adde etiam ei, qui hanc animæ suæ dignitatem ignorat, perinde esse, ac si illam non haberet, sicut is, qui lapidè pretiosum apud se habet, quamdiu illius valorem, & æstimationem non agnoscit, nihil differt ab eo, qui non habet. Audi Chryso-
 mum de pretio animæ. Pretium animæ non est, ne vniuersus quidem mundus, idèd Saluator ait, Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, anima verò suæ detrimentum patiatur: Vt autem scias, ne vniuersum quidem mundum esse pretium animæ, audi quidnam Paulus dicat, Circuierunt in ouinis, & capris pellibus egentes, pressi afflicti, quibus dignus non erat mundus. (i. quibus mundus vniuersus valore impar erat.) Subiit. Mundus. n. est propter animam. Quemadmodum ergo non elegerit pater domum pro filio, ita nec Deus mundum pro anima, sed operibus, & rectè factis opus est. Vis scire quantum sit pretium animarum? redempturus eam vnigenitus non mundum dedit, non hominem, non terram, non mare, sed suum pretiosum sanguinem. Vidisti magnitudinem pretij, quando ergo eam tanti emptam perdideris, quomodo poteris eam deinceps emere? Hæc ille, qui deinde subdit. Vidisti quàm sit pretiosa anima, & quanta sit eius dignitas: ne eam ergo negligas, & captiuam efficias.

Chryso.

Aliter etiam sensus conformari potest. Vbi non est scientia animæ. Duplex vtique scientia vel prudentia: alia carnis prudentia dicitur, alia spiritus, vel animæ. Ergo ait, qui animæ, id est, spiritus prudentia caret, etiam si carnali altera prudentia plurimum valeat, nihil boni propterea obtinet, quinimo pernitiōsa, & nociua illi isthæc prudentia, est enim temeraria, ac præceps valdè, atque ad eò multarum ruinarum causam offert. hoc sibi vult illud, Et qui festinus est pedibus offendit.

6

Cæterum quamuis hæc non ineptè dicta sint, existimo tamè sententiam huius loci syncerius esse exponendam hoc modo, Vbi non est scientia animæ, & c. i. prudentia. Hanc enim scientiam animæ merito vocat, quia quidquid cognitionis aut notitiæ in corpore est sensibus partum, circa præsentia versatur, prudentia verò, & prospicientia absentia, & longè posita speculatur, de præteritis statuit, & de futuris decernit, ob eam causam scientia animæ dicitur. Ergo ait, quicumque prudentia eget, præstantissimo, atq; vtilissimo bonorum omnium bono caret, qui enim absque prudentia, & consilio res temerè, & festinanter perficit, sæpius offendens corruet. Cum hac interpretatione concinit vers. sequens. Extrema clausula respondet per vulgatæ illi sententiæ, Festina lentè, ex qua aliæ
 fluxerunt. Sophocles.

Sophocles.

Periculosa est, inquit, præpropera prudentia.

E Menander.

Multis malorum causa festinatio est.

Plato in Politico, Qui plus satis festinat initio, serius ad finem peruenit. Adde etiam veterem illam Paræmiam, Canis festinans cæcos parit catulos.

Plato.

III. Stultitia hominis supplantat gressus eius; & contra Deum feruet animo suo.

Stultitia, & c. Hebr. Stultitia hominis detorquebit viam eius, & c. Septuaginta. Imprudentia viri vastat vias eius, Deum autem accusat corde suo. Symmach. Et contra Dominum irascetur

7

cōreius. in originibus subest verbum ἦται *Zagbaph*, quod significat magnam animi perturbationē siue ex tristitia, siue ira eueniat. Itaque aliquando significat irasci nimium, aliquando *tristari*. Vide exempla in Lexicis. Aliqui existimant hoc verbum propriè dici de mari, cum æstu suo affurgit, & inde ad iram, vel tristitiam notandam transferri. Nam *Iona*. 2. dicitur, *Stetit mare à furorē suo*. H. br. *מִצְבָּחִי Mizgaphu*. ab eadem radice, id est, à feruore, & æstu suo. Rursus alij volunt propriè de ira, & per translationem de mari enunciat, sed hoc dissidium leuioris momenti est.

Ergo vox illa, *stultitia*, anceps est, aut. n. presè accipi potest pro ignorantia, & incitia, aut in vniuersum pro omni improbitate, ut sæpè alijs in hoc libro; sicut. n. *stultum* improbum passim notat, sic etiam *stultitia* improbitatem significat. Ergo cum his, qui improbitatem omnem eo nomine cenferi existimant, totius loci sententiam construere licet ad hunc modum. *Stultitia hominis supplantat vias eius*. Nimirum improbitas dum peccandi, & transgrediendi licentiam offert, paulatim hominem à recta via honestatis, & virtutis abducit, abductum verò iam, & deuium in tantuam nequitiam agit, vt Deum ipsum probis appetere, illumque iniurijs, ac maledictis, lacessere audeat. Hæc. n. est extrema prauitatis meta. Itaque significat improbitatem sensim ali, & ex parua in magnam euadere, nisi ab initio comprimatur. Sententia quidem vera est, sed, ni fallor, alia Salomonis mens.

Potulat autem, vt vox illa, *stultitia*, presè accipiatur, vt sonat, pro ignorantia & incitia, iuxta quam acceptionem duplex sensus efformari potest. Primus sic habet. *Stultitia hominis, &c.* homini. l. imprudenti, & ignaro, sua ipsius ignorantia, & imprudentia multorum errorum causa existit. Hic verò postquam aberrauit, errores suos non sibi, sed diuinæ providentiæ imponit, fatum suum, ac sydera perperam inculcat. Hoc sibi vult translatio Sept. *Deum autem accusat corde suo*, qui. n. scelera sua facta, aut syderibus adscribit, vtique culpam in Deum confert. D. August. lib. 5. de Ciuit. cap. 1. *Ille verò, qui fatum, aut positionem stellarum quodammodo decernentiū qualis quisque sit, & quid ei proueniat boni, quidve mali accidat ex Dei voluntate suspendunt: si easdem stellas putant hanc habere potestatem traditam sibi à summa illius potestate, vt volentes ista decernant, magnam celo faciunt iniuriam, in cuius velut clarissimo senatu, ac splendidissima curia, opinantur scelera facienda decerni: qualia si aliqua terrena ciuitas decernisset genere humano decernente fuerat euertenda. Aut si non dicunt stellas accepta à Deo potestate ista arbitrio suo decernere, sed in talibus diuina iussa complere, si aut in ipsius Dei, ac totius Trinitatis concessu sentiendum est, quod indignissimum visum est de stellarum voluntate sentire.* Hæc Aug. Legatur idem in Psal. 35. ad illa verba. *Pronunciabo aduersus me iniustitias meas Domino.* Vbi addit plures suorum criminum Deū ipsum reum facere, nimirum omnes illos, qui fata sua causantur. Fortè, inquit, dicas nemo est, qui hoc dicat. nimirum culpas suas Deo adscribendas) imò potius multi hoc dicunt, sed & qui hoc non dicunt, & aliud dicunt, quid dicunt? *Fatum mihi fecit, stella mea fecerunt, ita iam per circuitum ad Deum volunt peruenire, per circuitum inquam volunt peruenire ad Deum accusandum, qui nolunt de compendio venire ad Deum placandum. Fatum mihi fecit, Quid est fatum? Stella fecerunt, Quid sunt stella? certè ista, quas in celo conspiciamus. Et qui eas fecit? Deus, quis eas ordinauit? Deus.*

A Ergo (vides quod voluisti dicere) Deus fecit vt peccarem. l. per hos anfractus: & alibi dicit eorum voces, qui fata sua, ac sydera accusant quasi per cannam longam ad Deum accusandum peruenire. Sumpta. l. similitudine à pueris, qui tenues voces per cannam longam, & perforatam regant: (quod vulgò dicitur, *Hablar por ceruata na*) Sicut n. utorum verba his, qui propius hærent nihil percipientibus, vel audientibus, ad eum tantum peruenire solent, qui extremam arundinis partem tenet; sic etiam eorum, qui fata inculcant sua, homines forsitan, verba non satis callent, nec sententiam percipiunt. at Deus ipse, qui rationum, atque consiliorum omnium fines tenet, perspicue, caller ac percipit, atque istam accusationem ad se demum spectare, culpamque omnem in se vnum conuicti apprimè intelligit.

Denique audiendus est D. Chryl. in oratione 3. de Prouidentia Dei. *Quando vero, inquit, in peccata inciderint graua tunc fatum causant: quasi verò hoc modo constitutū illis supplicium effugiuerint, & non grauiore pœnas daturi. Non n. tam tetrares est peccare, quam post peccatum non pudere, & propter scelera sua Deum ipsum accusare. Hoc omni peccato funestius est, hoc etiam diabolus facere conuenit, vt non solum ad virtutē remissi & ad scelera procliuēs simus, & omnium causam Deo assignemus, sed animo, ac lingua ad male dicendum apparati defensione afferenda Deū accusemus, & in nobis hæc paritibus reprehensionem deoneremus. & in eum, qui autor non est, culpam traducamus.* Et inf. eos, qui ad eum modū culpas suas Deo imponunt, sic virget Chryl. *Atqui si quis tale quid in hominibus designarit, ad accusationem eius, & internecionem hoc satis esset. Quando. n. alterū quis per calumnia accusat, etiam si nihil preterea mali patrauerit, hoc tunc facinus eodem supplicio plectitur, quo reliquorum sontium.* Quasi dicat, in eos, qui hominem aliquem falsi cuiuspiam criminis accusant, pœna talionis ferri consuevit, vt scilicet pœnam sustineat criminis ille, qui alteri falsò imponit. Ad eundem modum, qui scelera sua in Deum falsò coniciunt, quamlibet ipsi eadem patrando nec rei essent, nec pœna subiacerent, vel ex eo solum, quod falsi criminis Deum infimulant, eiusdem criminis pœnam subire cogendi essent. Hæc Chrysoctomus.

Denique aliter locus iste exponi potest. *Stultitia hominis supplantat gressus eius, &c.* Nimirum sapitiū humores illas, quas perficere apud se statuit, nec absoluere, neque ad exitum perducere valet, cumque id suæ ipsius imprudentiæ, & ignorantia adscribere deberet, diuinæ tamen providentiæ illud attribuit, & in ipsam culpam reget suam, adeo vt in eam audacter inuehi non vereatur. Id sibi vult illud, *Et contra Dominum feruet animo suo*, quod ad iram referendum est, sumptā similitudine ab æstu maris, nimirum sicut mare exæstuans affurgit, & in cœlū ipsam erigitur, sydera ipsa fluctibus spumisque lacessere videtur, sic etiam isti imprudentiæ suæ lapsus, & errores diuinæ providentiæ temerè affigentes in ipsum Deum temerè incurrunt. *Tanquam fluctus feri maris despumantis suas confusiones, vt ait Iudas & Gregorius Nazianz. in Iambico de ira,*

*Medicamen alijs Deus menti obuius,
Ast ira primò numini occludit fores
Cum grauior extat si diu quis proferat,
Malum ingrauescit iungit hunc conuictiū
Vidi ipse saxa, puluerem & verba aspera
Qui saceret in Deum.*

IV. Diuitia addunt amicos, à paupere autem & hi, quos habuit, separantur.

Diuitia addunt amicos, &c. Hebræa non dissonant, Septuag. *Inops autem, & ab amico qui erat deseritur.* Symm. *Separatur.* Chald. *Diuitia adducunt amicos plurimos.*

Beda.

Beda locum istum spiritualiter ad prædicatores, & doctores conuertit his verbis. *Diuitia regni celestis, qua per sanctos doctores fidelibus tribuenda prædicantur, multos amicos eisdem doctoribus, & eorum largitori Domino asciscunt. A Philosophis autem ceterisque gentium magistris, quia nihil certa beatitudinis in futurum norunt promittere, & hi, quos habuere separantur, scilicet conuersi ad fidem spemque Dominice passionis certissimam.* Ergo præfati doctoris vestigia premens Iansenius ex illis verbis subtiliorem intelligentiam pro liberalibus contra auaros producit hoc modo. *Diuitia addunt amicos plurimos.* Diuitiæ, inquam, liberaliter profusæ multos amicos elucrantur, iuxta illud, *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.* *A paupere autem, & hi, quos habuit, separantur.* Nimirum ab eo, qui anarè bona sua seruat (auarus enim verè pauper est, cui scilicet tam desunt ea quæ habet, quàm quæ non habet, atque adeo vtriusque æqualiter caret per omnia indigus, & mendicus) Amici, si quos aliquando nactus est, auaritiæ eius detestantes longius abscedunt, vtrumque sanè æquè certum.

12

Existimo tamen verba ista iuxta litteram capienda esse vt sonant, loquitur autem Salomon non de his, qui veri amici sunt, & societatem ex amico colunt, sed de his, qui commodis suis studentes amicitias mentiuntur, ac semetipsos, suæque potius quàm amicos diligunt. Ex his ergo, inquit, numerum quàm maximum diuitiæ conciliant. *Diuitia addunt amicos.* Septuaginta habent, *amicos multos.* Amici autem veri ex animo amicitiam colentes nunquam multi, sed vix vnus, aut alter. Hinc est illud Euripidis in Melissa Antonij Monachi. *Hoc scio, & planè expertus sum, quod omnes amici sint diuitibus, imò potius nullus eorum amicus est, omnes enim diuitias, & copias illorum colunt, non illos.* Cui consonat illud Crateris apud Maximum in sermone II. de adulatione, qui adolescentem opulentum multos amicos numerantem sic alloquitur dicitur. *Adolescens, doleo tuam solitudinem.* Subdit Salomon.

Anton.

A paupere autem & hi, quos habuit separantur, scilicet non veri, sed simulati amici, qui fortunam sequuntur, atque adeo ad ipsius conuersionem mutantur. *Et hi quos habuit.* Hi nimirum quos diues cum esset sibi familiares esse putabat.

Maxim.

Separantur, &c. Sententia est obuia:

Tempora si fuerint nubila, solus eris.

V. Testis falsus non erit impunitus, & qui mendacia loquitur non effugiet.

Testis falsus, &c. Hebræa non dissonant. Septuaginta. *Et qui accusat, inique, non effugiet.* Aquila, & Theodot. *Testis falsus non erit innocens.* eodem sensu accinit Chaldaeus.

33

Sententia est perspicua, potest tamen dupliciter conformari Primò ad hunc modum. *Testis falsus*

A non erit impunitus. Nimirum qui falsum testimoniù aduersus proximum suum promit, non euadet supplicium, etiam apud homines. Nam falsitas tandè aliquàdo ipsa se prodit, atque adeo is qui fallit, pœnis subiacet falsi, de quibus pœnis aliàs diximus. Secundò aliter sensus instrui potest. *Testis falsus non erit impunitus, & qui mendacia loquitur, non effugiet.* i. Nonnunquam accidit, vt is, qui falsum testimonium alteri imposuit latente dolo sui facinoris apud homines pœnas declinet, & impunis abeat. Hic ergo, ait Salomon, qui hominù pœnas vitauit, ne propterea ab omni supplicio immunem fore se existimet: nam Dei iudiciò tandem aliquàdo reus comprobabitur, & pœnas meritas luet. Aliqui inter falsum testem, & eum qui mendacia loquitur, discrimen esse volunt, mihi verò mera repetitio videtur, & quidem falsos testes iudicio Dei puniendos aptè committit Salomon; huic. n. iudicio propria conscientia hominem sistit, atque adeo nullis fraudibus deludi, aut declinari potest.

B

VI. Multi colunt personam potentis; & amici sunt dona tribuentis.

VII. Fratres omnes pauperis oderunt eum; & amici procul recesserunt ab eo.

Multi colunt, &c. Heb. *Multi colunt personam liberalis, & omnis socius viro donorum.* Chald. *Multi sunt, qui ministrant coram Principe, sed malis dat munera.* Septuag. longè aliter. *Multi colunt faciem Principis, omnis autem malus sit opprobrium viro.* Symm. *Omnis amicus viri donorum.* Dissidium inter Septuag. & alios interpretes induxit anceps significatio vocis *חַרְחָרֵי* *Harreangh*, quæ si fluat ex radice *רָעָה* *Raghab*, amicum sonat, si autem referatur ad vocem *רָעָה* *Ragh*, malum, ac nequam. Rursus dictio illa *מַתָּן* *Matban*, domum significat, & accipitur aliquando pro anathemate, seu spolio, quod in hostis de bellati opprobrium suspendi solebat. Ergo Septuag. duas posteriores significationes amplexi locum istum sic extulerunt. *Omnis autem malus sit opprobrium viro.* Cuius lectionis sensum postea dabo.

14

Fratres omnes pauperis, &c. Hebr. ad verbum. *Omnes fratres mendici oderunt eum, quanto magis à socio suo se elongauerunt,* vt. s. fiat argumentum à maiori ad minus. Huc spectant Sept. *Omnis, qui fratrem inopem odit, etiam ab amicitia longè erit.*

Hæc verba ad versus quarti sententiam alligant interpretes & duplici sensu donandam esse affirmant. Vel enim suadet Salomon liberalitatem, quia hæc amicos plurimos conciliat, & auaritiæ fordèsque inculat, quia non amicorum solum, sed etiam fratrum amorem in odium conuertunt. Vel aliter. Falsæ atque simulatæ amicitie naturam aperit, quæ s. diuitum, ac potentum gratiam aucupatur, pauperum verò etiam fratrum societatem fregit. De quibus satis multa suprâ diximus.

Chaldaica translatio alium sensum reddit. *Multi sunt, qui ministrant coram Principe, sed malis dat munera.* Nimirum plerumque ita euenire solet, vt cum multi sint qui Principibus obseruiunt, vt eorum gratiam promereantur, ex omnibus tamen hi, qui deteriores sunt præstantissima munera ab iisdem referant. Mali. n. adulatione, & aliis quibusdam simulatis officiis Principes sibi obstrin-

gere solent; boni autem non ita, sed pietate, & honestate. Simulatio autem, & adulatio apud Principes plerumque esse consuevit, quam pietas, & honestas. Quid certius? sed tamen cum hæc interpretatio cum sequenti versu non cohæreat, refutanda est.

15 Septuag. Sept. etiam alium sensum offerunt. Multi colunt personam Principis: omnis autem malus fit opprobrium viro, in originibus pro Principe subest vox נָדִיב *Nadib*: quæ liberalem, & beneficium adsignificat. Item nomine mali non alium, nisi avarum, & sordidum capiendum hinc existimo: nam vox illa נָרָג *Ragh*, sæpius eo sensu accipitur, nec non etiam Latina vox, *malus*, ut aliqui obseruant ad illa verba Psal. 139. *Eripe me Domine ab homine malo*, &c. Ergo sensus est, liberalem utique, atque beneficium Principem nullus violare audeat. Nam liberalitatem omnes suspiciunt, & obseruantissime colunt. Sordidum vero, & illiberalem quibus temerare audeat. Et quidem nihil magis Principum mores, aut decet, aut dedecet, quam beneficentia & auaritia. Vel aliter melius, homini cuiuslibet liberali, & benefico omnes tanquam Principi & Regi deferunt, est n. liberalitas digna Principe virtus, quæ non modo Reges decet, sed etiam facit. E contra vero *omnis malus*. i. omnis avarus, opprobrium est viro. i. apud omnes sordidus, & exprobrabilis habetur; quemadmodum. n. liberalitas, & beneficentia priuatos homines ad regni gloriam extollit; sic etiam parcitas, & auaritia ipsosmet Principes è folio deponit, & in sordidissimorum hominum censum refert. Quid certius?

16 Sequens versus cum isto cohæret. *Fratres omnes pauperis oderunt eum*. Nimirum vir pauper, & angustia rerum pressus, non modo alienis, sed etiam suis iniuriis accedit, adeo ut fratres etiam ipsi in illum indignari soleant. *Et amici procul recesserunt ab eo*, quasi dicat, non fratres solum, sed, quod grauius est, ipsi amici (quorum gratia omnia consanguinitatis, & necessitudinis vincula superare solet, iuxta illud, *Melior est amicus amicus, quam frater*) amici, inquam ipsi, pauperem, ac tenuem hominem deuotare solent, vel aliter, si sententia horum verborum ad sensum alliciamus, quem ex translatione Septuag. nuper dedimus: pauperis nomine parcus, & avarus homo capiendus erit, quem Salomon hoc versu perstringit dicens, ipsum non fratribus modò suis, sed etiam amicis inuidiam, & odium sui immittere, subest etiam hinc peculiaris lectio Septuag. quam iam explico.

17 *Omnis, qui fratrem inopem odit, etiam ab amicitia longe erit*. i. qui fratrem propterea odit, quia inops est, hic ad amicitiam colendam prorsus ineptus censeri debet. Nam vera, & constans amicitia hoc postulat, ut amicus necessariis suis etiam paupertate, & inopia pressis numquam desit: Qui autem fratrem inopem negligit, facilius, ac procliuus amicum pauperem deiecit: sed licet hinc videatur sonus verborum, alia tamen est sententia. Versus iste cum superiori coagmentandus, in quo de liberalitate sermo est, atque sic explicandus est. *Omnis, qui fratrem suum inopem odit*, &c. Fratrem appellat non cognatione sanguinis, sed communionem humanitatis, quasi dicat, vir prædiues, qui alium quemlibet in angustiis existentem largitionibus suis non subleuat, non potest hominum gratiam inire, nihil enim æquè animos, vel conciliat, vel detretret, quam liberalitas, vel auaritia.

VIII. *Qui tantum verba sectatur nihil habebit, qui autem possessor est mentis, diligit animam suam, & custos prudentia inuenit bona.*

VI tantum verba sectatur, &c. Hebr. ad verbum. Sequens dicta non ipsa, (hic figurè punctum, ac statim subiicitur.) *Possidens cor diligit animam suam, custodiens intelligentiam ad inueniendum bonum*. Ab hac lectione non abit Chaldaus, qui priorem illam clausulam ad superiorem verbum reuocat, atque sic effert. *Vbi sunt qui insectantur verbis suis, nihil eis erit residuum*: ac deinde sic addit. *Qui possidet cor bonum, custodit animam suam, qui custodit prudentiam, inueniet bonum*. Cæterum Septuaginta interpretes plerumque verba hinc addunt, quæ non respondent originibus. sic n. habent. *Cogitatio bona scientibus eam appropinquabit, & vir prudens inueniet eam: Multa malefaciens perficit malitiam, qui autem contendit verbis non saluabitur. Qui possidet prudentiam inueniet bona*. Scholiast. *Qui possidet cor*. sicut nostra.

Ex his, quæ præmissi, liquet priorem illam clausulam, *Qui tantum verba sectatur nihil habebit*, à plerisque ad superiorem sententiam allici, à quibus non ad nodum dissentio, atque adeo utramque exponendi rationem aggrediar. Præmisserat utique Salomō liberalitatis laudes, & sordidum vituperia: appositè ergo ad hæc subdit; Auaros pecuniis quidem parcere, sed tamen verba liberaliter dare solitos, quapropter quicumque, ait, verba illorum sectatur. i. pollicitationibus eorumdè fidit, nihil ab his emolumentum, & utilitatis vnquam referet, cassas & vanas eorum promissiones experietur. Aliter Caiet. qui verba ista cum superioribus sic nexuit. *Quanto magis à socio se elongauerunt ab eo sequente dicta non eorum*. Sed quemadmodum translatio, sic etiã expositio coacta est. Minimè tamen inepta est Rodol. interpretatio, qui verba hæc ad superiora similiter vocans, de liberalitate ad hunc modum exponit. *Qui tantum verba sectatur nihil habebit*. i. nihil sibi seruabit, quasi dicat, qui pauper est, atque adeo egenti proximo succurrere non potest, verba saltem gratè ac beneuolè eidem reddat, sic enim nihil sibi asseruabit, nimirum id omne, quod habet illi impendet. Appositè adhuc Philo Iudæus in quendam diuitem inuectus, qui pecuniis nequaquam parcens nihil gratū, & suauè his dicebat, quibus plurima donabat, *Erat, inquit, pecuniarum profusus, & verborum avarus*. Et quidem haud scio, quænam sit sordida magis auaritia, pecuniis, an verbis parcere, imò potius probè scio eam, quæ in verbis est, auaritiam, esse turpiorem, nam qui pecunias donat, & ingrata verba miscet, vel gratis ac beneuolè parcat, donū corrumpit, & non iam beneficus amator, sed prædurus osor habetur: qui verò ex aduerso pecunias seruat, atque suauia nihilominus, & grata verba reddit, non solum auaritiã suã dissimulat, sed liberalis, atque beneficus æstimatur. Denique ex his, qui verba hæc ad superiores sententiã aduocant, extremus est Paraphrastes Chaldaus, cuius translatio sic habet. *Vbi sunt, qui insectantur verbis suis, nihil eis erit residui*. i. Vbicumque sunt maledici, & exprobratores, nihil boni subesse potest (loquitur autem, ni fallor, de bono amicitia, & gratia, de quò supra sermonem instituerat.) Quasi dicat, duo sunt inter se admodum similes. s. pauper, atque maledicus, uterque. n. amicos nullos, & familiares numerat, nã

pauperi nullus hæret amicus, virum autem maledicum obuio quosque verbis laceffentem omnes fugiunt familiares. Nam quemadmodum verba nutria, & dulcia familiaritatem, & amicitiam adstringunt, sic etiam eandem austerior, & acerbior sermo dissoluit. Itaque pauperem amici fugitant, quia eget pecuniis, maledicum verò quia verborum bonorum indigentia laborat.

19 Sed tamen his dimissis, Vulgata translatio prædicta verba ad subsequenter clausulam planè refert. Ait. n. *Qui tantum verba sectatur nihil habebit, qui autem possessor est mentis, diligit animam suam, &c.* Inter prudentem, atque imprudentem virum hoc interest, inquit Salomon, quod vir imprudens sui non compos verbis temerè effulsis mentem suam utique prodit, ac proinde secreti, & arcani nihil sibi seruat. At prudens cautusque vir, qui possessor est mentis suæ nimirum qui sui compos est, nec temerè aperit consilia sua, diligit animam suam i. semet ipsum à multis malis & infortunis immunem, ac liberum præstat, quæ ex prodicione mentis, & consiliorum euenire solent. *Et custos prudentia inuenit bona.* Hic. s. qui prudenter consilia sua celat, non solum mala vitat plurima, sed etiam pleraque bona sibi cõparat. quæ sæpius consiliis cautè celatis efficaciter assequi licet: itaque prudentiæ custodem vocat eum, qui prudentissima consilia sua apud se custodit, clauditque. mitto aliàs, atque alias expositiones minus aptas.

20 In translatione Septuag. pleraque adduntur, quæ originibus non respondent, sed tamen ea nunc librare operæ pretium est. *Cogitatio bona scientibus eam appropinquabit, & vir prudens inueniet eam.* Bonum. s. consilium, quo aliquid fieri decernitur, homini sapienti ex animi sententia succedet, quia nimirum illud ex prudentia concipit, quod autem prudenter concipitur, ac statuitur, fœliciter euenire solet. Subdit, *Multa male faciens perficit malitiam, qui autem contendit verbis non saluabitur.* Inter eum, qui mali aliquid apud se tacitus facere decernit, & illum, qui facinus à se perpetrandum aliis aperit, discrimen hoc esse dicit, quod is, qui mala tacitus committere audeat sæpius eadem impunè perficit, qui autem scelus à se perpetrandum verbis prodit, numquam abit impunitus. Vel aliter, *Multa malefaciens, &c.* i. qui tacet, ac verba opprimit, vel scelera ipsa impunè gerit: qui autem loquitur, & consilia aperit sua, ea, quæ honesta & recta sunt perficiens, non erit à calamitate, & infortunio immunis. Itaque suadet Salomon secretum tenere, & verbis parcere, quia vir elinguis mala nonnumquam tuto perpetrat, at vir loquax, & arcanorum proditor, aliquando honestissimas res haud tutè peragit. Addit. *Qui possidet prudentia diligit seipsum, qui autem custodit prudentiam inueniet bona.* i. qui in hac re, nimirum in secreti obseruatione cautè, & prudenter agit, is certè seipsum diligit. i. sibi ipsi consulit caus infortunia, & calamitates, quæ secreta pandentibus euenire solent, nec mala solum, & infortunia auertit, sed etiam pleraque bona sibi parit, dum susceptas res per silentium, & ad finem vsque perducit.

I X. *Falsus testis non erit impunitus, & qui loquitur mendacia peribit.*

21 **F**alsus testis, &c. Heb. *Testis falsitatum non erit impunis, & efflans mendacia peribit.* Chald. cõcinit cum nostra. Septuag. extrema verba sic ex-

A tulerunt. *Qui autem accendit malum peribit ad eò.*

De falso teste supra non pauca diximus, atque adeò hic locus breuiter transcurrendus. *Falsus testis non erit impunitus*, id est, tandem aliquando pœnas dabit, Deo quidem supplicium immanè, aut iudice pœnam inferente, aut utroque mulctam irrogante. Falsus enim testis Deo perquam iniustus est: nam cum veritas interposito iureiurando à teste semper exquiratur, fit quidem, vt Dei honor falsi attestatone grauitè lædatur, quia nimirum falsus testis Deum ipsum sibi contestem adiungit, atque adeò illum iustissima indignatione comperit, & ad vindictam exacuit. At quoniam tibi d. sanè falsus testis super mendacio, Dei fidem obstringit; Deus autem fidem suam liberare volens veritatem ipsam eruit, & in palam dat, atque omnibus falsi subicit pœnis. Subdit Salomon.

Et qui loquitur mendacia, peribit. Heb. pro verbo loquitur subest יפח *Iaphiach*, à radice פוח *Phuach*. i. flauit, spirauit, quod verbum, cum ad sermonem accommodatur, libertatè loquendi magnam significat, quam Græci *παρονοια* vocant. Itaque sensus est, *Et qui spirat mendacia, peribit* i. qui liberè, & petulanter mentitur, solet quidem mentientis interrupto spiritu voces tremulas dare, & ex aduerso veraces vocem liberam ffuso spiritu emittere. Ergo Salomon ait, qui perinde mendacia effusa, & libera voce promit, sicut ille, qui vera enunciat, *peribit*. Emphasim habet hæc constructio

C verborum. Nam inter alia signa, & argumenta, quibus falsi testes gnaris iudicibus innotescunt, alterum est vox anxia, & tremula. Ergo addit Salomon, *Qui falsum testificari volens voces reddit non interruptas & anhelantes, sed liberas & effusas, perinde ac si vera enunciaret, ne se propterea ab omni falsi suspitione liberum putet.* Nam mendacia ipsius Deus tandem aliquando detegit, atque illum pœnis falsi subiciet. hoc sibi vult verbum illud *peribit*. Vel aliter, Ne putet futurum, vt qui falsi opinionem apud homines declinavit, simili modo falsi pœnas apud Deum effugiat, quas certissimè pro meritis luet. Potest etiam alio sensu donari tropica illa loquutio ad hunc modum, *Et qui spirat mendacia, peribit*. i. qui spiritu illo, & aura quam ducit, & ad verba efformanda exprimat, ad mendacia confingenda, & falsa testimonia dictanda abutitur, dignus est, vt Deo spiritum intercludente depereat. eam ob causam Iob cap. 27. sic apud se *Iob. 27.* statuit, *Donec superest halitus in me, & spiritus Dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium.* Impiù scilicet ratur spiritum, & halitum quem ad mentè proficitis verbis promendam Deus impertit, ad eandem mendacis tegendam conuerrere. Vel aliter. *Et qui spirat mendacia, peribit*. Is nimirum, qui mendacis iactandis velut aura victitat, tandem reiectis fraudibus peribit, ac pœnas dabit; vir enim mendax diu latere non potest: quod ducta similitudine ab vrinatore pulchrè dixit Petrarca lib. 1. de *Petrarch.* Vita solitaria. *Nemo sub aquis diu vixit, orumpat oportet, ac frontem, quam calabat, aperiat, nam spiritus diu contineri non potest.* Ergo secundum hanc sententiam, qui spirat mendacia, nequaquam poterit illa diutiùs velare, & opprimere, nam spiritus exiguo admodum tempore teneri potest. Rursus sicut is, qui ventum respirando trahit, actutum expirando emittit, sic etiam qui mendacium asserendo occultit, idem non multo post illud sponte negando patefacit, ac reddit.

Cæterum Septuaginta interpretes tropicam illam loquutionem aliò deslexerunt, sic enim ha-

bent. *Qui autem accendit malum peribit ab eo.* Sumta similitudine ab eo, qui ignem flatibus inflamat. Loquitur autem, ni fallor, in priori quidem Emystychio de falso teste, in posteriori autem de susurronem: alter enim alteri valde affinis est. Itaque air, falsus testis reuelatis fraudibus pro meritis punietur; nec non susurrones aut bilingues, qui dictis, aut delationibus suis, velut flatibus suborientium malorum scintillas accendunt, ab eodem incendio, quod ipsi excitarunt correpti miserè peribunt: sic ferè fraudulentis delatoribus, ac susurronibus vsu venit, vt suis ipsorum obloquutionibus eucti, & iisdem calamitatibus, quibus ipsi occasionem dererunt, oppressi, pœnas luant.

X. *Non decent stultum delitia, nec seruum dominari Principibus.*

24

NON decent stultum delitia, &c. Hebr. hunc sensum reddunt. *Non est decora stulto delectatio, quanto magis seruo dominari in Principes.* Itaque argumentum est à minori ad maius. Chaldaeus cohæret cum nostro. Septuaginta etiam non longè abeunt. *Non conferunt stulto delitia, & si seruus incipiat cū contumelia dominari alij ex Græcis. nec seruum dominari Domino, aut dynastæ.*

Rodolph.

Rodolphus hæc verba per quandam comparationem edisserenda esse putat hoc modo. *Non decent stultum delitia.* i. tantum abest, vt delitiæ, voluptates immodicæ sapientibus conueniant, vt ne stultis quidem eadem congruere putandæ sint. Ac rursus contumeliosa, atque superba imperia in subditos tantum abhorrent à generosis, & excellenti animi Principibus, vt eadem seruis, qui ferè imperium nacti insolescunt, valde indecora sint. In hanc interpretationem propterea, ni fallor discessit Rodolphus, quia in codice Hebraico pro particula illa, *nec*, subest אפכה *Aphchi*, id est, quia etiam, quæ solent esse notæ comparationis, vt aliàs docuimus. Itaque præfatus autor putat his verbis delitias, & plena fastu imperia daminari à Salomone, ex eo, quia nullis non indecora sint. Et sanæ delitiæ insipientes, atque sapientes dedecent, hos quidem non solùm, quia voluptates nimix sapientiam hebetant, sed etiam quia nihil magis cum sapientia coniunctum, quàm delitias aspernari: illos etiam non tantum quia stultum coërcere, & dolere oportet, non deliniri, & oblectari; sed etiam quia delitiæ nimix stultitiam & imprudentiam augere solent. Rursus contumeliosè ac superbè dominari à gloriosis Principibus, atque ingloriis seruis æquè abhorret, ab his quidem, quia generosum, atque excelsum imperium est, cùm subditi sponte & veluti natura suadente inseruiunt; hoc autem præstat facilis, & minimè superba dominatio: ex aduerso humile, & inglorium est imperium, cùm subditi agrè, & per vim acquiescunt, quod ex fastu, & superbia Principis euenire solet: ab illis verò, quia licet serui, & humiles viri imperium nacti esse ferre, & insolescere plerumque soleant, nil tamen ab ipsis alienum magis esse deberet, quàm elatio, & fastus, nam humilis eorum conditio id postulare videbatur, vt subditis suis quodammodo inferiores, nedum pares, aut superiores sese exhiberent.

25

Alij interpretes collationem aliter instituunt, nimirum stultum, ac se uum comparari existimant hac ratione. *Indecora est stulto delectatio, quanto*

A magis seruo dominari in Principes. Sententiam verò non eruunt, potest autem sic conformari. Stultum sibi ipsi placere, gaudere, & oblectari, ita vt se sapientem esse fallaci opinione putet, valde absurdum est, sed longè absurdus est, si vilis, degener, atque seruilis conditionis homo tantum sibi arroget, vt alijs præcipuis, ac ingenuis viris se præferendum putet. Itaque duo quædam valde absurda inter se confert Salomon, stultum, qui apud semetipsum falsa opinione sapientiæ gestit, & vilem ingloriumque virum, qui sibi plurimum fumens alios generosos, ac nobiles præ se viles ducit. Priori autem posteriorem anteponeit, quia hic opinione atque estimatione hominum deterius agit: sed licet hæc non ineptè dicta sint, tamen Vulgaræ lectioni non facile accommodantur.

B

Quapropter reliqui interpretes præmissa verba sic æstimant, vt sonant. *Non decent stultum delitia, nec seruum dominari Principibus.* i. solatia, & feræ, quæ sapientibus propterea dantur, vt labores intermittant, quos in studio litterarum aut in reipublicæ administratione ponunt, quandoquidem hæc suaptè natura ad recreandos laxandosque à laboribus animos ordinantur, omnino stultos, & imprudentes dedecent, quia eorum operæ, aut nullæ, aut inutiles, aut minimè feræ sunt, atque adeo prædictis laxamentis non indigent. Rursus eodem modo à seruo abhorret imperium, & potestas in nobiles, quia nimirum seruilis conditio ad parendum nata est, non autem ad imperandum. Vt autem posterior clausula cum priori cohæreat, haud ineptè quis dixerit Salomonem per seruum, stultum etiam, & imprudentem hominem accepisse, qui natura ipsa seruus est, & ad parendum sapientibus natus, vt ex Aristot. aliàs docui.

C

D

Cæterùm, ni fallor, alia est Salomonis mens in hoc loco, cui vnum, atque alterum sensum cum Vulgata lectione cohærentem aptari posse reor: existimo autem vtroque nomine stulti, atque serui, aut imprudentem virum, aut seruum notari. Nam quemadmodum insipientes ad parendum nati videntur, ita etiam serui plerumque hebetes, & stupidi sunt. Si ergo hæc nomina, vt sonant, pro seruo, & stulto accipiamus, sensus erit, *Non decent stultum delitia.* i. cum stulto, atque insipiente numquam indulgenter agendum est, quemadmodum enim vexatio, & dolor stultitiæ mederi consueuerunt, sic etiam indulgentia & impunitate stultitia crescit. Ad eundem modum *haud decet seruum dominari Principibus.* i. absurdum est seruo potestatem in liberales, & ingenuos viros conferre. Sæpius enim serui, & viles homines potestate sibi permessa abuti solent, sed maximè in liberales, & ingenuos, hos enim ferè infensissimo odio prosequuntur. Quod si vtroque nomine stulti, atque serui mancipium ipsum significari dicamus, alius euadit sensus. *Non decent stultum delitia,* seruum videlicet stupidum, ac stolidum indulgenter, ac delitiosè tractare, aut eidem potestatem in liberos permittere nequaquam decet: vtrumque enim seruos & contumaces, & insolentes reddit, nam primum indulgentia seruitute lædit. Audiendus hac de re Plato in dialogo 6. de legibus, vbi sic scribit. *Castigandi cadendique semper iure sunt serui, neque ita monendi, vt liberi, ne molliores fiant: alloquuntur omnis ad seruos quodammodo imperium sit, neque iocus vllus cum ipsis habeatur, quod multè stultè facientes, dum delicatius eos nutriunt, difficiliorem vitam, & sibi ad imperandum, & illis ad obediendum reddunt. Hæc ille. Ad hæc po-*

26.

Plato.

testas quælibet aut imperium in liberos teruis libertatis studium inmittit. Hoc sibi voluit Iesus Syrach. cap. 33. cum ait. *Laxamans illi, & quarit libertatem.* Græcè ἀντὶ χεῖρας αὐτοῦ, à verbo αἰνῆν, quod significat aliquando potestatem, & licentiam alicui permittere. Itaque sensus esse potest iuxta vulgarem, & tritam loquendi formam. *Nole dosmano.* 1. ne illi potestatem aliquam impendas; nam ea velut inelcatus seruitutis iugum excutere, & libertatem affectare incipiet.

XI. *Doctrina viri per patientiam noscitur, & gloria eius est iniqua prætergredi.*

27

Doctrina viri, &c. Hebr. ad verbum. *Intellectus hominis prolongavit na rem suam, & gloria eius transire super prævaricationem.* Quomodo autem brevis, & angustus nasus iram, & indignitatem, latus verò, ac longus patientiam, & sustinentiam adsignificet, non temel aliàs diximus. Chaldaeus. *Intellectus hominis est differre furorem suum, & pulchritudo illius prætergredi malitiam.* Septuaginta longitudinem nasi ad commiserationem referunt, sic enim habent. *Misericors vir longanimis est, gloriatio autem eius superuenit iniquis.* Symmach. & Theodot. *Prudentia hominis longanimitas eius.* Posteriorem autem clausulam sic extulit Scholast. *Iusti gloriatio punire iniquos. Aquila. Gloriatio eius gradio super prævaricationem.* Symmachus. *Splendor eius supergredi iniustitiam.*

Beda.

Huius loci non paucas interpretationes numerare licet. quas anceps ipsa verborum structura peperit. Primam obtulit Beda, qui doctrinam quasi actiue accipit, hoc sensu. Et sanè doctrina constans demum, ac vera comprobatur, quam doctoris patientia, & sustinentia confirmat, qui enim pro defensa doctrina, quam aliis tradit, quaslibet ærumnas perpeti, & mortem ipsam subire non abnuit, is certè veritatem suæ doctrinæ comprobat, & euincit. Illud verò, & gloria eius prætergredi iniquitatem, sic differit. Præstantissimi doctoris laus, & gloria, in eo spectatur, quod non modò veram sanamque doctrinam aliis tradit, sed etiam mores suos illi adaptans, opere ipso illam comprobat, dum delinquendi occasiones ab omni delicto immunis transilit. Itaque iuxta hanc interpretationem talis sententia emergit. Quicumque doctrinæ suæ auctoritatem, & fidem conciliare volet, is quidem pro illa tuenda grauissima quæuis mala, & mortem ipsam tolerare, nec non eidem mores suos accommodare debet, omnes illius violandæ occasiones vitans.

Secunda expositio, nomen illud doctrina non actiue, sed passiuè sumit hoc modo. *Doctrina viri per patientiam noscitur.* j. quod vir aliquis libenter, & vtiliter doctrinam & dogmata salutis aufcultet, ex magna illius patientia deprehenditur. Nam quò quis ad audiendum paratior est, eò ad iram tardior existit, iuxta Iacobi Apostoli profatum. *Sit homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram.* Addit Salomon. *Et gloria eius iniqua prætergredi.* j. probi auditoris præcipua laus est doctrinam sibi traditam amplecti, atque ea instructum omnem iniquitatem cauere. Itaque secundum hanc expositionem duo alia argumenta, seu indicia Salomon numerat, quæ aliquem bonorum, ac salutarium dogmatum vtilem auditorem esse comprobant, scilicet mala æquo animo ferre, & transgressiones vitare.

28

Ceterum quamuis hæc non ineptè dicantur, alia tamen est Salomonis mens, *doctrina* ergo hic non eam, quæ à doctore traditur, vel quæ ab auditore accipitur, sed in vniuersum sapientiam vnde cumque partem significat, nam in originibus est, *Intellectus viri.* Rursus *iniquitas*, non de propria cuiusque iniustitia, sed de aliena captanda est; quibus præmissis interpretes sic vulgo exponunt. *Intellectus, vel doctrina viri per patientiam noscitur.* j. Patientia, & tolerantia hominem verè sapientem, atque prudentem esse demonstrant: nihil enim à sapientia magis alienum, quàm incidentes ærumnas ægrè ferre, & iræ habenas laxare, *Atque gloria eius iniqua prætergredi.* j. eiusdem sapientis eximia laus est aliorum delicta non valde obferuare, & virgere, sed dissimulare, & facillè ignoscere.

29

Sed tamen, ni fallor, huius sententiæ vim eripit translatio Chaldaica, quæ sic habet, *Intellectus hominis est differre furorem, & pulchritudo illius prætergredi malitiam.* Duo quidem peruersa, & absurda dogmata fallaci vulgi opinione percrebuerunt. Nam vulgus iniurias æquo animo ferre stultitiæ tribuit, eadem verò non vlisci dedecori & ignominia. His ergo occurrit Salomon opposita suadens, *Intellectus, seu doctrina viri per patientiam noscitur:* quasi dicat, illatas iniurias patienter sustinere, atque iram temperare, non stuporis, & stultitiæ, sed eximie cuiusdam sapientiæ est: Id sibi voluit Chaldaeus, cum ait, *Intellectus hominis est differre furorem,* & quidem hic sensus concinit cum originali lectione, *Intellectus viri prolongavit na rem suam,* nam quid aliud est na rem prolongare, nisi indignationem differre, iram autem differre, extinguere est, nã indignatio subito desequit: atque aded, qui illi non statim obtemperat, eandem differendo fallit, atque eludit. Et quidem in hac dilatione iræ sapientia viri præcipue declaratur. Nam cum iram sola ratio coercere possit, qui subitos illius impetus, (quos sæuos imprimis, atque effrenatos esse constat) è vestigio compescit, in eo quidem rationem plurimum vigere perspicue ostenditur: itaque acceptis iniuriis non irasci, non indignari, sapientiæ maximæ argumentum est. At enim Bernardus non quamlibet tolerantiam sapientiæ nomine decorandam esse dicit, sed eam, quæ iniuriis, & ærumnis gaudet. *Ad virtutem inquit spectat iniurias fortiter ferre, ad sapientiam in tribulationibus gaudere, nam sustinere dominum virtutis est, gustare autem & videre, quia suavis est Dominus, sapientia.* Et sanè modus ille dicendi, *Prolongavit na rem suam,* ad eam præstantissimam tolerantie speciem notandam accommodatus est, nam per longas nates longanimitas significatur, inter longanimum autem, atque magnanimū hoc interest, teste D. Isidoro, quod magnanimus ille est, qui calamitates, & labores incidentes æquo animo per-

C

ferret, longanimus verò, qui labores spontè, & alacri animo adit. Vir ergo longis naribus præditus est ille, qui tribulationes non solum equanimiter tolerat, sed longanimiter, & cum voluptate suscipit, hoc autem attigit Maximus Valer. libr. 3. vbi sic scribit, *Longanimiter se in aduersis gerere quid aliud est, quàm se uentem fortunam pudore victam in sui adiutorium conuertere?* At quid est fortunam inimicam in adiutorium suum conuertere, nisi illam sibi amicam adiungere, atque eius vsu gaudere, auxilio quoque & ope semper uti? Huc spectat Gregorij Magni sententia in Ezechielem, vbi postquam latitudinem, longitudinem, & profunditatem quandam animis nostris ex virtutibus accideret affirmavit, tandem latitudinem Charitati,

Bernard.

D

E

Valer. Maxim. Gregor. Mag.

profunditatem sapientiae, longitudinem patientiae, ac sufferentiae tribuit. At quomodo, inquires, animus spiritualis & infestibilis, diuisibiles has dimensiones capere potest? ratio est in promptu, quia licet animus per se impartibilis sit, at virtutes, quibus pollet, gradus habent, & partes, in quas secari, ac distribui possunt: ergo patientiae longitudo adscribitur, cuius partes sunt mala tolerare, & exultare. Ita verò patientiae partes in longitudinem productae propterea dicuntur, quia patientia spei mensuras, & quantitatem semper sequitur: nam quò spes retributionis maior est, eò patientia maior existit, spes autem aestimatione nostra quasi in longum producit, atque adeo patientia longa etiam à nobis aestimatur.

30
Chrysof.

Audiendus hinc Chrysostronius Homilia 33. in Epistolam ad Corinth. *Lenis enim ac paxios, propterea dicitur Maxpòduos, id est, longanimis, quod longam quandam, & magnam habeat animam: nam quod est longum dicitur etiam magnum, animam verò spes longuam efficit.* Quid inde? ea sanè trium dimensionum natura est, ut neutra sine altera esse possit. Profunditas enim duas alias dimensiones capit, latitudo sine longitudine ne concipi quidem potest, longitudo verò latitudini, & profunditati tam arctè adhaeret, ut ab his mente fortan separari, re autem ipsa secari, & sciungi non possit, ad eundem modum de tribus illis animi dimensionibus decernere oportet. Charitas enim, quae pro latitudine est, patientiam tamquam longitudinem necessitò sibi adiungit, *Charitas enim paxios est,* ex Paulo. Rursus scientia, cui profunditas datur, & charitatem, & patientiam veluti duas alias dimensiones sibi sociat. Nam iuxta eundem Apostolum, *Scientia sine charitate inflat,* & sine patientia proficua, & veritas non est, ideo patientiam cum doctrina copulat. *In omni,* inquit, *patientia, & doctrina.* Denique patientia, quae longitudini responderet, virtute, sapientiae scilicet, & charitati haeret: nemo enim fortiter mala perpeti potest nisi amet, nemo etiam malis gaudere, teste Bernardo, nisi sapiat, & Chrysostronius supra, *Lentus, & patientia ea est radix totius Philosophiae, quamobrem dicebat quidam sapiens, vir paxios est multa providentia.* Ergo sapientia, & patientia inter se inuicem coherent, & easdem mensuras sortiuntur, atque adeo appositè Sapiens. *Doctrina,* inquit, *vir per patientiam noscitur.* Sed quamuis haec appositè dicta sint, narium tamen longitudinem alio sensu, patientiae dari existimò, constat. n. ea omnia animantia, quae breuem nasum habent, atque adeo tenuem spiritum ducunt, parum robusta, & gerendis oneribus idonea non esse. Ex aduerso autem, quae longum, ac latum nasum habeat robusta, torosa, & ad onera portanda cum primis valida. Propterea ergo longitudo narium patientiae adscribitur, haec n. in perferendis malis posita est, unde illam *Oneriferam* vocat Imperfectus homo 37. in Matth. Rursus nasus praelongus apud Physiognomicos sapientiae indicationem exhibet, & refertur ad canes, (vide Arist. in Physiogno.) atque adeo vtriusque significationis maxima coherentia est: ita ut quem narium longitudo sapientem indicat, eodem indicio fortem, & patientem esse demonstrat.

31

Subdit Salomon. *Et gloria eius iniqua praetergredi.* Chald. *Et pulchritudo eius praetergredi malitiam,* pulchritudo hinc honorem, & gloriam sonat, pro malitia vero in originibus est *וּשָׁא פֶּהֶם* Phasagh, quae vox ut docet Caeteranus ex Rabinorum sententia, crimen significat ex contemptu in aliquem ad-

Amissum: itaque sensus est, cum superioris parte cohaerens, ad hunc modum. Iniurias perpeti, nec vl-cisci, non stultitiae, sed sapientiae tribui debet. Ac rursus; *Pulchritudo est praetergredi malitiam,* id est, honestum valde, atque gloriosum est crimina, etià per contemptum in quempiam commissa, ex dissimulanti praetergredi & iniuriis facilè ignoscere. Quasi dicat facessat vulgi opinio, quae id dedecori adscribit, quod honesta quadam iactantia plenum est. Isidorus Soliloque lib. 2. *Magna est virtus, si Isidor. non ladas eum, à quo lasus es, magna est fortitudo, si etiam lasus remittas, magna est gloria, si cui potuisti nocere, parcas.* Rationem autem offert Chrysostronius in Epistolam ad Hebraeos, quia si quis vl-cisci iniurias gloriosum ducit, quod ea ratione honori suo consultum putat, eum vique vl-cionis sumentem modum eligere debet, quò hostilium vicem rependat, ac semetipsum ab accepta labe perpurget. Ad hoc verò decore praestandum omnia alia in urae vindicandae ratio inhonesta est, ac turpis, atque vni⁹ est decorus atque gloriosus vl-cionis modus, *Ignoscere, & dissimulare.* Nihil, inquit, *aeque confusione facit ingrenti mala, sicut fortis tolerantia patientis, & neque in verbo, neque in opere reddere vindictam,* atque idè alibi, *Si vis decore vindicari, sile & funestam ei dedisti plagam.* Basilus in Homilia de ira. *Inimicum si despexeris acrius illum vindicabis. Quid enim aduersario durius esse potest, quàm te animò gerere iniurijs omnibus altiore sine illum frustrare adlatrare, in seipso desumpsit.* Ad haec Philemon in Eccle- *Philemon. zomeno haec habet ex Grecis fideliter expressa.*

Isidor.

Chrysof.

Basil.

Philemon.

Nihil est iucundius, & sapiente viro dignius. Quam ferre posse conuictantem, Quoniam si ille, cui conuictum sit, Dissimulauerit, in ipsum autorem noxa redundat. Quod si translationem Septuaginta in consilium vocemus, aiam expositionem offert à reliquis diuersam. *Misericors vir longanimis est, gloria autem eius superuenit iniquis.* Cur translationi lucem affert Scholastica lectio, quae extremam partem sic extulit, *Et gloria eius punire iniustos.* Itaque illa verba, *Gradi super praenauaricationem,* quae in originibus leguntur apud hos interpretes, perinde sunt, ac praenauaricantes opprimere, & conterere. Itaque sensus est, *Misericors vir longanimis est,* id est, miseri atque ignoscere ad longanimitatem spectat sed tamen aliquando honestum, ac pulchrum est improbos seuerius punire. Hoc sibi vult illud, *Gloriaro autem eius superuenit iniquis,* id est, ad gloriam viri iusti pertinet in improbos iram effundere, atque illis grauiter puniendis instare, quasi dicat iustus vir gloriam maximam ducit improbos sibi substernere, atque illos opprimere.

XII. *Sicut fremitus leonis, ita & ira Regis, & sicut ros super herbam, ita & hilaritas eius.*

E

Sicut fremitus leonis, &c. Heb. *Sicut rugitus leonculi ira Regis, & sicut ros super herbam eius benivolentia,* pro catulo autem subest in originibus *וּשָׁא פֶּהֶם* Chaphir, quae vox leonculum sonat, (ut adnotant Hebraei cum tantisper adoleuit, & ad spelaei portas ruit, nondum autem foras progreditur ad praedas agendas. Chald. *Fremis sicut leo, ira Regis, & sicut ros super herbam voluntas eius.* Septuaginta. *Regis mina similes fremitus leonis, &c.* Et Lucifer pro sancto Athanasio. *Regis mina similes gemitibus leonis: Pro hilaritate etiam Aquila, Symma-*

35

chus, & Theodotion, restitunt gratiam.

Aug.

D. August. in Epist. 68. de immanitate Circumcellionum, locum istum adducit & bonam in partem conuertens de iusta Regis indignatione in impios exponit. Nam cum Circumcelliones illi Imperatorum iram in Ecclesiam concitare vellent eandem sibi iustissime consciuerunt. In hac ergo sententiam traducit exemplum Danielis, ac leonum, qui ipsi ablandientes eos saeuissime inuasertunt, qui Prophetam in lacum miserant. Scriptum est (inquit Aug.) nihil interest inter minas Regis, & iram leonis. Danielem calumniosi inimici in lacum leonum mitti coegerunt, vicit innocentia eius eorum malitiam, ille sus inde leuatus est, ipsi illuc missi perierunt. Similiter maiores vestri Cacilianum, & eius

societatem Regia ira consumendam obiecerunt, cuius innocentia liberata, ab eisdem Regibus eadem vos patimini, qua illos pati vestri voluerunt. Et quidem si de iusta indignatione Principis in sceleratos accipi dicamus, sensus sic conformari debet. Sicut fremitus leonis, ira & ira Regis, id est scelerati, & impij iustam Principum iram non effugiunt: hac. n. similis est fremitui leonis, de cuius violentia infra dicemus. Nam sicut leonis voci (verba sunt Ambrosij Hexam. lib. 6. c. 3.) tantus naturaliter inest terror ut multa animantium, que per celeritatem possunt impetum eius euadere, rugienti eius sonitu veluti quadam vi attonita, atque ista deficiant, & ipsi in pradam cedant: ex quo demum fit, ut leo feras alias, quas insequitur, semper assequatur, & capter: eas n. ad quas cursu peruenire non potest, fremitu attingit, ac prostrat: sic etiam ira Principis iusta quoties in sceleratos sauit, ad illos tandem peruenit, quos enim vnus ipse per se punire non potest, voce sua. i. mandatis atque iussionibus attingit ac percellit has. n. ministri serio exequi solent.

Ambros.

34

Sed quamuis hac apte dicta sint, reliqui tamen interpretes locum istum de immanitate Principum edisserendum esse docent: sed subest adhuc difficultas nodus, an scilicet hac sententia ad subditos dictata sit, vti a regia indignatione sibi caueant: an potius ad ipsosmet Reges, ut iram, & nimiam seueritatem temperent. Vtroque enim sensu premissa verba donari posse exploratum est. Ceterum ut his interpretationibus substernam viam, de leonis ira, ac fremitu aliquid prelibabo.

35

Virgil.
Hieron.
Basil.
Plin.

Leo igitur cum primis iracundus, hinc Maro iras Leoni dedit. Iraque leonum, & D. Hieronymus in Epist. ad Pam. iram ipsam leonem innatum vocat. Basil. Leoni ad incandescentiam ira propensio agnata est. Hom. 9. in Hexam. Hac vero ira non solum magna est, sed crebra, & familiaris. Plinius. Placidus aliquando ac clemens, quod rarum est, crebrior n. iracundia eius, lib. 8. ca. 16 est autem crebra, quia facilis, & procliuus, cuius rei causa attigit Lucretius.

Lucretius.

Sed calidi plus est illis, quibus acria corda,
Iracundaque mens facile effervescent in ira.

Quo genere imprimis vis est violenta leonum.

Hanc preterea iram non celat, sed multis argumentis prodit. Primo quidem vultu. Ouidius.

Ouidius.

Iram vultus habet.

Aliunt. n. pugnaturum frontem contrahere, & rugis arare. Secundò cauda, qua primum terram quatit, deinde sua ipsius terga iratus verberat, Plinius supra. In principio, inquit, terra verberatur, deinde incremento terga, cui quodam incitamento flagellantur. Hinc cecinit Catullus.

Catullus.

Age, cade terga caudatua verbera patent,
Fac, cuncta mugienti fremitu loca resonent.

Tertium igitur iræ conceptæ indiciū est fremitus, aut rugitus, de quo sic Lucretius.

A. Pectora qui fremitu rumpant plerumque gemetes,
Nec capere irarum fluctus in pectore possunt.

De hoc leonis fremitu sic Græcus. Isidor.

Animal illud horrendum, & intolerandum, ac solo rugitu montem percellens. Basilus supra. Cui tanta quoque vocis elicienda natura prestitit instrumenta, ut animalium complura longè ipso celeriora solo saepe rugitu capiantur. Damasc. lib. 2. Paralip. cap. 40 hæc Basilij verba recitat, cui accinit etiam locus Ambrosij supra adscriptus, huc specauit David Psal. 21 cum ait. Sicut leo rapiens, & rugiens, &c. Et Ps. 103. Catuli leonum rugientes ut rapiant, & quarant à Deo escam sibi, & Ezech. 22. Sicut leo rugiens rapiensque pradam, quæ loca significant leonem ad pradas captandas rugitum adhibere. Itaque leonis ira, ut ex dictis constat magna primū est, deinde prompta, & facilis, atque adeo crebra, & familiaris, ac demum non occulta, & condita, sed aperta, & multis signis testata. Has omnes conditiones habet Principum indignatio. Imprimis n. magna est, nam ut ait Ecclesiasticus. Secundum ligna silua, sic ignis exardescit, & secundum virtutem hominis, sic iracillius erit, & secundum substantiam suam exaltabit iram suam. Itaque iræ magnitudo diuitiarum, atque potentie mensuram sequitur, quæ cum in Regibus ingentes sint, iram quoque, & indignationem ingentem illis inspirare solent. Hinc Seneca in Tragedia 6. Grauis ira Regum est semper.

Isidor.

Basil.

Damasc.
Ambros.

Psal. 21.

Ezech. 22.

Eccles.

Seneca.

Rufus ira Regum prompta, & procliuus est. Leuissimas ob causas potentia seuit, ait Egidius de regimine Principum. Nimirum quia leues iniurias magnas ducit: nam dum se magnum superbe æstimat, haud leuiter in se peccari posse putat. Aliquando etiam officiis exasperatur, tumentia quippe, ac livida, etiam cum mulcentur, dolent. Cui ad simile est illud Senecæ lib. 3. de ira, cap. 30. Frivolis turbamur, & inanibus, taurū color rubicundus excitat, ad vmbra aspis exurgit, omnia que natura fera, ac rabida sunt consternantur ad vana, idem quoque inquietis, ac stolidis ingenis euenit rerum suspitione fertuntur, adeo ut interdum iniurias vocent modica beneficia. Sed tamen cum aliis hæc euenire soleat, sed maximè Regibus, qui præ cæteris suspitionibus indulgent. Ad hæc, indignatio Regum crebra, & assidua: nam si facile assurgit, non potest non crebro assurgere. Denique aperta, quia multimodis signis sauitiam suam manifestant, Plutarchus ad imperitum Ducem, Multi, inquit, Regum, ac Principum sine mente imperitos statuarios imitantur, qui colosso putant ita demum magnos videri, si multum diuaticatos, distentos, & hiantes fecerint. Nam & illi Principes grauitate vocis, aspectus asperitate, difficultate morum, & conuersandi aspernacione magnitudinem, & seueritatem imperij exprimere se putant. Ergo cum Principes indignationis externas significationes ad maiestatem imperii pertinere existiment, hinc est, ut numquam non seueros, & indignatione plenos vultus ostentent. Et quidem cum alij affectus animorum signis quibusdam sese proderent, ira tamen ante alios sese exercit. Non vides (inquit Seneca) de Principum ira verba faciens, lib. de ira, cap. 1. ut omnium animalium simulatque ad noendum insurrexerunt, procurrant nota, ac tota corpora solitum, quietamque egrediantur habitum; & feritatem suam exasperent, spumant apri ora, dentes acunt attritu, taurorum cornua iactantur in vacuum, & arena pulsu pedum spargitur, leones fremunt, instanturque iratis colla serpentibus, nullum est animal tam horrendum, tamque perniciosum natura sua, ut non

39
Egid.

Seneca.

Plutarch.

Seneca.

ut non

ut non appareat in illo ubi iram inuasit, nona feritatis accessio: Nec ignoro ceteros quosq; affectus, etiam in Principibus vix occultari, libidinem, mentem, audaciam, &c. Quid ergo interest, quod alij affectus apparent, hic eminet. Hactenus ille.

37. Cum ergo Principum indignatio tanta sit, ac per omnia leonis iras & furorem imitetur, aptissimè Salomon ait. *Sicut fremitus leonis, ita & ira Regis*, id est, sicut leonis frementis ira; sic Regis indignatio, magna scilicet, proclivis, crebra & plerisque signis demonstrata. Si ergo dicamus Salomonem subditis hæc intimalle, ut Reges suos obseruantissimè colerent, & eorum indignationem cauere, sensus sic instituendus est. Ad Reges cautè accedendam est, quia illorum ira cum leonis frementis ira componitur, magna est, atque adeo magnas semper strages edit, magnas pœnias intentat, proclivis est, atque adeo non solum iniuriis, sed nonnumquã etiam officijs exasperatur. Crebra est, atq; adeo ex præfenti gratia, & fauore nihil statueri in posterum licet, sed commutatio semper expectanda. Denique multis significationibus declaratur, sed tum maximè voce, ac fremitu: Regis. n. vox asperior multos percussit, ac percussos examinavit, itavt per omnia similis videatur leonis fugitibus, quibus attonita fera concidunt, ac deficiunt, vt experimèto didicim⁹ quotidiano. Quis ergo hæc omnia veritus non studeat Regib⁹ placere, atque illis ad nutum obsequi, ne tam immanem feram in se lacessat? & quidem hoc documentum ad subditos spectare docent Iansen. Rodolph. Caiet. & alij ferme interpretes.

38. Cæterum, ni mea me fallit coniectura, potius dixerim his verbis Reges ipsos moneri, vt irã, & indignationem temperent, nam ea ratione hæc pars prior cum posteriori melius congruit, quæ procul dubio Regibus ipsis clementiam suadet. Nisi quis dicat per illam subditos cohortari ad quærendam Principum gratiam, quod minus aptè dictum credo. Ergo iuxta hoc nostrum consiliũ sensus ad eum modum conformandus est. *Sicut fremitus leonis, ita & ira Regis.* j. ira ex Regibus, quos maximè pios, ac benevolos erga suos esse oportet, leones præstat, qui vocibus, ac clamoribus subditos non solum percussunt, sed etiam sternunt. Vnde Seneca à D. Thoma citatus in lib. de eruditione Principis, *Quid, inquit, istud delectari sono catenarum quocumq; ventu est, multum sanguinis effundere, à spectu suo terrere, & fugare, quæ alia vita esset, si leones, vsiq; regnarent, si serpentibus in nos, ac noxissimo animali cuiq; daretur potestas. Quid inde? Iram suam Princeps, veluti leonem quemdam efferum coercere, & mititati reddere debet.* Chrysoft. Principem affatus ho.

Seneca.

Chrysoft.

4. in Matth. sic addit. *Bestias feras ad mansuetudinis prouehis dignitate, te ipsũ de throno deiciis, & honore regali ad animalium irrationabiliũ furorem cogis. Ponamus irã leonem esse, quantum igitur ab alijs in mitigãdo leone laboris ponitur, tantã tu erga iracundiã impende curam, & effice eiusmodi cogitationem mitẽ, atque mansuetã, siquidem hæc fera, & unguibus sauisimis armatur, ac dentibus, nisi illã sollicitè mansuefeceris cuncta simul disperdet, & lacerabit. Nullus leo viscera queat humana laniare, vt hominis iracundiã ferreis quibusdam unguibus uniuersa confodiẽs. Hæc ille, quib⁹ suadet Principibus, vt qui ad imperij gloriam spectare existimant leones cicures, ac mites domi alere, iram suam leone quouis sæuiorem leniant, & mansuetudini reddant, hoc enim gloriosum ma-*

Tom. 2.

gis, ac splèdidum. Idètidem Salomon, vt Principes ad temperandam, vel liceat sic dicere, cicurandam iram adhortetur, eam frementis leonis indignationem, & furorem referre affirmat. *Sicut fremitus leonis, ita & ira Regis*, vel vt habet Chal. *Fremit, sicut leo, ira Regis.*

Sed non præteruolanda translatio illa Luciferi pro sancto Athanasio, *Regis mina similes gemitibus leonis*: quæ leoni gemitus tradit, quemadmodum etiam Luctetius supra adscriptus.

Pectora qui fremitu rumpunt, plerumque gementes. Aiunt enim ex animantibus vnum leonem ex ira, & rabie emori solitum, ac tunc fremitum in gemitum commutare, & quidem morientis, leoni non gemitus solum, sed etiam lacrymas dat, Plinius loco citato. *Credim⁹, inquit, est à moriente humum morderi, & lacrimam letho dare*, quæ furoris argumenta sunt. Ad rem, Salomõ suadens Principibus iram lenire, sic ait. *Regis mina similes gemitibus leonis.* Rex enim iratus, & sæua mimans, leonem gemitus dantem, atque adeo ex ira, & furore pereuntem imitatur. Quorsum hæc? vt doceat iram Regibus magno studio fugiendam, quia Principũ ira in tantam sæpè immanitatem euadere solet, vt nonnumquam illos tanquam leones furor emori cogat, cum vleiscenda iniuriæ copia non est. Nil certius. Exemplo sit Antiochus libr. i. Machabæorum, *Et fractum est, vt audiuit sermones istos, (nimirum stragem à Iuda Machabæo in suos editam) expauit, & commotus est valde, & decidit in lectum, & incidit in languorem præ tristitia, quia non factum est ei, sicut cogitabat, & arbitratus est se mori*, mitto alia exempla satis obuia. Subnectit Sapiens.

Machab.

Machab. i

40. *Et sicut ros super herbã, ita & hilaritas eius.* Clementiã iræ opponit Salomon. Si igitur documentum hoc ad subditos suadendos comparatum esse dicamus, monet Sapiens Regum gratiã officijs, & obsequijs aucupati, quia hæc gratia à rore nihil diffidet, qui in herbam decidens totũ latè cãpum amœnat. Aliqui hęc roris nomen presè accipiendũ putant pro stillicidio, quod verno tempore ad auroram defluit, & floribus, herbisq; lætitiã, & risum aspergit, & pluuiarum morem, defectumq; cõpensat. Quod si ita sit, sensus sic instituendus erit. *Sicut ros super herbã, ita & hilaritas Regis.* j. quæadmodum ros matutinus herbas, & flores, quas externi solis vis in maciẽ soluerat, erigit, lætitiãq; illis & risum inspirat: sic etiã hilaritas, vel fauor Regis animos, quos eiusdem iræ, velut æstus quidã soluerat, ac mœrore cõpleuerat, rursus instaurat, & lætitiã, risuq; perfundit. Alij verò per rorem pluuiam intelligunt, non eam, quæ vi magna, & ingenti fragore vehementis adinstat nimbi decit, tellurem non penetrans, sed abluens, radens, ac diripiens: sed tãmen mollem aliam, ac lenẽ, quæ sensum, ac leniter labens terram infundit, & ad ima vsque peruadit. His alsẽtior, atq; sententiam sic conformo. *Sicut ros super herbã, sic & hilaritas regis.* Segetes quidem tunc in herbis esse dicuntur, cum teneræ sunt, & nec dum altas radices egerunt, tunc. s. cum quilibet imbrum vehementia eas rapit, ac secum voluit, at mollis lenisque pluuiã easdem alit, ac fouet. Ergo isthæc sententia aliam sibi aduersam veluti præmittit, ac præsupponit, hanc. s. Indignatio regis similis est vehementi nimbo, ex quo non tonitrua solũ, fulgura, & magnus fragor, sed etiã vis aquæ maxima decidit telluris pinguedinem radens, ac secum trahens, qua similitudine

G

Nazian

nihil aptius excogitari potest. D. Greg. Naz. in Iambico de ira, illam nimbo comparat, & eidem tonitrua dat; assertitque per hanc animi violentam passionē hominē deū tonantē imitari voluisse, & Christi Domini mansuetudinem mirificē commendans sic addit. *Qui cum Deus fulminum, ac dominus foret.*

Sine voce ductus instar est agni ad necem.

Quasi dicat, pudeat hominē imbellē, & elinguem in tantam irā sēuitiam euadere, vt vocis magnitudine tonitrua, & fulgura imitari videatur, cum Deus, qui solus fulmina iaculari, & tonitrua edere potest, quasi vocis expers ad omnes sibi illatas iniurias obmutescat. Chryso. etiā iracūdiar & iratis fulmina tradit, in sermone de mansuetudine, tom. 5. *Ira, inquit, quasi fulmem, & tempestat magna in anima est, seruientemque sibi amentem reddit.* Ad hęc Seneca lib. 1. de Clementia de principis lenitate verba faciens sic ait. *Quod si Dii placabiles, & equi delicta potentium non statim subminibus persequuntur, quanto equius hominem hominibus prapositum miti animo exercere imperiū & cogitare utrum mundi status gravior oculis pulchriorque sit sereno, & puro die, an cū fragoribus crebris omnia quatiantur, & ignes hinc, atque illinc micant. Atqui non alia facies est quieti, atque moderati imperiū, qua sereni cœli, atque nitentis crudele regnū turbidum tenebrisque obscuratum est, inter tremētes, & adrepentiū sonitum expauescētes, nec eo, qui omnia conurbat inconcusso.* Et post pauca. *Regis vociferatio quoque verborumque intēperantia non ex maiestate est.* Quid plura? ad fulmina, & tonitrua, quæ Principe irati imitantur, addendus etiam est turbo, & turbo vehemens fata longē latē inundans, ac diripiens, talis. n. est regum indignatio, & crudelitas, subditos vi sua è loco suo, & patria euellēs, crudelitatis torrente inuoluens, & in alias sedes transferens, ex aduerso verò Principis clementia & lenitas similis est rotæ, j. imbrī terrā mollior irrocenti, & aspergenti. Quam admodum. n. mollis imber absque fragore aliquo tellurem subigit, & inebriat, atque adeo herbas, & gramina sic fouet, vt actis altius radicibus adolefcent: sic etiā regis clementia sine terrore, & minis totam rempublicā amœnat, efficitque, vt subditi, velut actis radicibus, sub ipsius ditione, & imperio non persistant solum, sed etiam crescant, & copijs, delitijisque luxurient. Itaque Salomonis verba non tam ad subditos, quàm ad Principes ipsos dictata fuisse credo, vt ipsos à crudelitate, & sēuitia deterreat, & ad elementiam, & lenes mores adhortetur, vt ex dictis constat.

XIII. Dolor patris filius stultus, & tecta iugiter perstillantia litigiosa mulier.

41

Dolor patris filius stultus. Heb. contritionem patri suo filius stultus. Cha. Filius stultus grauis est patri suo, sicut acida. Se. Confusio patri suo, filius imprudens. Vox originalis est הוּחַ hauhoh, ex הוּחַ hauh. de qua alibi non semel diximus, significat enim contritionem, confusionem, dolorem, insidias, & alia eiusmodi.

Et tecta iugiter, &c. Heb. Et stillatio continuans, contētionēs mulieris. Sic fere Chald. *Et sicut stillidū, quod distillat litigia mulieris:* ab his interpretationibus longissimè abeunt Sept. *Non pura*

A vota de mercede meretricis. Vnde vetò nata sit hæc expositio non satis calleo, nisi dicas per stillationē Hebraicè, דֶּלֶף Deleph, significari lacrymas (nam verbum דֶּלֶף Dalaph, quod est stillo oculis, accommodatum, significat etiam illacrymare, & flere; Iob. 16. *Ad Deum stillauit oculus meus:*) ac rursus per lacrymas, vota accipi, & preces, quæ fufis lacrymis ad Deum fundi solent. Item vbi codex Hebræus habet nunc מִדְּיָנִים Midienim, lites, aut iudicia, Sept. videntur legisse מִדְּנִים Midenim, sublato iod, ex דָּנָן Neden, quod est donū aut merces, sed propriè meretricis, à radice נָדַב Nadab; j. remouet, vel elongauit, propterea quod talis merces iubente Deo remouebatur à sanctuario, non enim licebat ex immundo opere partum donarium in templum inferre. Occurrit hæc vox Ezechiel. 16. *Omnibus meretricibus dantur mercedes.* Et rursus. *Tu autem dedisti mercedē omnibus amatoribus suis,* nescio an alibi. Et quidem Hebræi hodie eo nomine vocant dotem, & quidquid vxor affert marito. Ergo Sept. interpretes ob prædictas causas locum istum sic extulerunt. *Non pura vota de mercede meretricis.* j. oblatio, aut donarium ex pretio libidinis etiam si iugibus lacrymis Deo libetur, ipsi nihilominus impurum, ac sordidum videtur.

Locus iste iuxta Vulgatam lectionem faciles habet explicatus. Enumerat enim Salomon res duas, quæ patrem familias vehementer angere solent, hæc sunt filius imprudens, & vxor contentiosa. De filio imprudēte sic ferit. *Dolor patris filius stultus.* j. filius insipiens, in quo ob nimiam stoliditatem, & stuporem nulla subest spes recipiendæ aliquandæ sapientiæ, ingentem mœrorem parenti suo affert: non solum quia filius imprudenti sua conuersatione illum offēdit, sed etiam quia pater filij stultitiam suam putat. Filius. n. est imago patris, atque adeo quidquid in illo natura expressit, à parente transcriptum quodammodo putamus. Sed obseruanda est translatio Chaldaica, quæ parentis mœrorem, & filij stultitiam optima similitudine adumbrat. *Filius imprudens grauis est patri suo, sicut acida.* Occurrit autem in textu Chaldaico vox, קִרְסֵי Kirse, quæ uas acerbis significat, non eas, quas autumnus tandem coquit, & ad maturitatem adducit, sed labruscas, vulgò *Agrazones*, eas scilicet, quas autumnus soles decoquere, & mites reddere non possunt. Itaque significatur filius stultus, in quem virilis ætas, per autumnum notata, sapientiam, & mores maturos non inducit. Et quidem ex filijs alij sunt, qui etiam si in puentia, & in iuuenta immaturi sint, & uas acerbis imitentur, tamen spes futuræ maturitatis parentes merito consolantur: hi sunt iuuenes quidam audaces, intemperantes, proterui, inobsequentes, & alij eiusmodi, qui succedente ætate ad bonam frugem redire solent: in his ergo dolor est patri de præsentī improbitate, hic tamen dolor futuræ probitatis expectatione leniri potest. Alij verò sūt filij stulti planè, & insipientes per acerbis labruscis prorsus adsimiles: quemadmodum. n. has nulli soles coquant, & maturas, mitesque reddunt; ita etiam illis nullus ætatis, aut dierū lapsus maturitatem, & sapientiam affert. Stultitia enim (liceat sic dicere) in illis nullis solibus mitescit. Igitur ex eiusmodi filijs dolor accidit parenti longè grauior, quia spes futuræ prudentiæ illius acerbitem minimè temperat. Propterea Salomon ait, *Dolor patris filius stultus.* Et subiicit iuxta textum Hebraicū. *Et stillatio perseverans mulier litigiosa.*

42

giosa, atq; adeo licet adiectiuū illud *perseuerans*, A iuxta sacræ scripturæ phrasim, ad superiorem etiam oratio nem trahere, vt sit sensus, *Dolor perseuerans filius stultus*, quia non tam dolorem inferens, quam dolor ipsissimus dici debet: dolor utique perseuerans, numquā interrumpēdus, aut leniendus, propter ipsius causæ constantiam. Ergo hic filius parenti suo acerbus tamquam acida, vel tamquam acris labrusca, quia quemadmodum ex labruscis numquam vinum suaue exprimitur, sic etiam ex filio stulto, ac stolido, numquā lætitia, & voluptas capitur. Alios utique filios ad præfens acerbos atas decoquit, ac tunc demum pressi, & coerciti lætitia vinum parētibus suis propinant: at stultu stupidi que liberi semper amari, & acervi, atq; adeo pressi etiam, & calcati; hoc est castigati, & correpti, semper pro vino acetum, aut acrius aliquid parentibus suis fundunt, subdit.

43

Et tecti iugiter perstillantia litigiosa mulier. In originibus est, *Et iugis stillatio litigia mulieris*. Itaque lectio primitiua anceps est, & alias atque alias interpretationes capit. Cajetanus præmissa verba sic exulit. *Et gutta continua lites mulieris*. Sensus autem esse potest. Quemadmodum gutta assiduò decidens, prædurum lapidem excavat: sic etiam vxoris iurgia, & contentiones viri fortis lapideum, seu adamantinum robur exterunt, tolerantiam perfodiunt. Quid certiùs? Rursus nomen illud, *הלה* Deleph, vt supra animaduerti, oculis accommodari solet, tunc verò lacrymas significat: quæ significatio huic loco adaptata non ineptam sententiam reddit. Nam cum sapiens præmiserit, *Dolor patris filius stultus*, dolori non ineptè lacrymas adnectit hoc modo. *Stillatio perseuerans iurgia mulieris*, id est, lacrymæ assiduæ, atque iuges. Quasi dicat, vxor contentiosa, & morosa, res est lacrymis, ac iugi fletu digna. Caterùm præferenda est lectio. Vulgata, quæ similitudinem ductam putauit ab ædibus, quæ tempore pluuiæ pertulis tectis perstillant, & habitationem valde incommodam præbent. Vxorem ergo morosam, & difficilè his ædibus admilem esse dicit Salomō, quia quemadmodum ab eiusmodi ædibus ad alias migrare nemo non cupit, ita etiam mariti vxores illas repudiare, & ab earum matrimonijs resilire impensè desiderant: loquitur autem de veteri lege cum repudium licitum erat. Vel aliter, vxor litigiosa, & morosa similis est tectis perstillantibus, quia fœminæ isthæc difficiles querelas plurimas habent, & querelis lacrymas adtingere solent, quibus mariti suis perquam graues existunt, vnde non malè ille alius, qui vxoris clamores acceperat cum eandem præ nimio furore flentem conspiceret, addidit. *Ita ergo iam dudum conieceram, vt hic nimb⁹ post tonitrua pluuiam copiosam effunderet*. Vxorem verò litigiosam appellat Salom. Ouidius de Arte sic ait.

Ouid.

Dos est vxoria lites,

Iuuenal.

Et Iuuenalis. *Nulla fere causa est, in qua non fœmina litem*

Mouerit,

Et Rursus.

Semper habet lites alternaq; iurgia lectus.

Huc spectat vetus illa inscriptio, quæ hodie in via Tiburtina visitur.

Hæus viator miraculum! hic vir, & vxor non litigant.

Et infra. *Hei, vxor etiam mortua litigas*. Mitto alia.

Querunt aliqui, cur præfati autores vxori-

bus non iurgia, aut rixas, sed lites potius dant. Quis sic occurro, quia lis apud superiorem agitur, vxori maritus non aduersarius solum est, sed etiam iudex, cuius decreto controuersia dirimenda est, atque adeo suadendæ sunt vxores, ne lites aduersus viros suscipiant: cum enim aduersarius, idem quoque iudex sit, semper causa cadet. Sed tamen aptius dicemus lites vxorib⁹ tribui, quia lis tota in verbis est, scilicet in accusationibus, excusationibus, libellis &c. iurgia vero, & rixæ vterius à verbis ad manus veniunt. Ergo quia omnis fœminatum contentio imbelis est, atq; tota in verbis sistit, & ad manus non procedit, ideo lis merito appellatur.

XIV. *Domus, & diuitia dantur à parentibus; à Domino autem vxor prudens.*

DOMVS, & diuitia dantur, &c. Heb. *Domus, & copia hereditas patrum, à Domino autem vxor intelligens*. Chald. à Deo traditur vxor viro. Vxorem tantum dixit, quia quæ intelligens non est, vxoris nomen haud meretur Septuag. *Domum, & substantiam diuidit patres pueris, à Domino autem aptatur mulier viro*. Symmach. *Mulier intelligens*. Aquila, & Theodot. *Sciens*. D. Ambros. *à Deo preparabitur vxor viro*. Interpres Chrysostomi *à Deo adglutinetur*, &c.

44.

Huius loci sententia perspicua est. *Domus, inquit, & diuitia dantur à parentibus*. Interpretes vulgo per *domum* ædes ad habitandum commodas intelligunt, quorum expositionem libenter probo, tamen addo in scripturis sacris per *domum* deriuatam à maioribus profapiam, & genus non semel accipi. 2. Regum 3. *Et veniat super caput Ioab, & super omnem domum patris eius. Nec deficiat de domo Ioab fluxum seminis sustinens, & leprosus*, &c. id est, de genere, & profapia Ioab. & 2. Regum. 21. *Loquens loquutus sum, vt domus tua, & domus patris tui ministraret in conspectu meo vsque in sempiternum*. Et passim alibi. Ergo sensus est, *Domus, & diuitia dantur à parentibus*, id est, duas res à parentibus filij accipiunt, scilicet generis splendorem, atque nobilitatem, nec non diuitias, & copias, hæc. n. iure hereditario minoribus à maioribus eueniunt.

2. Reg. 3.

À Domino autem vxor prudens. Chrysostomus hom. 23. in Epist. ad Romanos locum istum expendens iuxta translationem Septuagint. sic habet. *Cum sapientum quis dicit, quod à Domino cōglutinetur vxor viro, non aliud dicit, quàm Deum instituisse nuptias, non quod quisquis mulieri utcumque cohabitare, à Deo illi sit cōiunctus (vidimus enim multos in malo non iuxta nuptiarum leges, simul commorari, quod tamen Deo utique non imputamus) sed quod Christus ipse dixit, qui hominem ab initio fecit masculam & fœminam fecit eos, propterea relinquet homo patrem, & matrem, & adhaerebit vxori suæ*. Itaque Chrysostomus non aliud his verbis subesse affirmat, quàm legitimas nuptias à Deo inuentas. Sed tamen aliam esse mentem Salomonis suadet nostra translatio, quæ cū originali textu omnino concinit. *À Domino, inquit, vxor prudens*. j. vxorem prudētem, & industriam (quamuis illam nonnumquam parentes studiosè vndique conquirant) non tam parentes ipsi, sed Deus beneuolè admodum homini impendit: omnis. n. parentum diligētia, & labor fa-

45
Chrysoft.

G ij



cilè aberrat, nisi Deus providentia sua rem tranfigat: sed aduocandæ sunt aliæ, atque aliæ translationes, quæ sententiam istam non parum illustrem reddunt.

In Græco exemplari præmissa verba sic efferruntur, *μηδὲ δὲκνεῖν ἀρμόζουσαι, ἢ λὼν ἀδ' εἰ*. Verbum autem ἀρμόζουσαι, de quo etiam alibi aliquid diximus, non vnam significationem habet, est enim aptare, agglutinare, & cōpingere, modulari, & in harmoniæ leges cogere, itè præparare, & adornare. Hinc natæ supra adscriptæ lectiones, quas libet nunc expendere. Prior est, à Deo aptatur mulier viro, Non quælibet cuilibet viro apta vxor, sed illa tantum, quæ similes mores habet; hæc enim morum similitudo conjugalis amoris fundamenta iacit. Ergo ad eum modum similem simili copulare solius Dei est, qui cum omnium mores ipse temperet, eorum concordiam, aut discordiam solus nouit, sed dum ait Salomon vxorem viro adaptari, perspicuè inuit, vxoris mores, & ingenium viri moribus, & ingenio accommodari oportere, non è contra. Aptatur, inquit, viro, sicut enim qui lapidem pretiosum annulo includere vult, non gemmam exterit, vt eam annuli pala capiat, sed palam potius extendit, aut contrahit, vt gemmæ exæquetur, & aptetur. Sic etiam, Deo autore, & opifice, vxor, velut annuli pala cum viro suo, tamquam gemmæ temperatur, atque illius mores, tamquam vitæ suæ formam excipit, verba sunt Aristotelis in Oeconomicis, *Existimare debet vxor mores viri esse legem, & formam suæ vitæ impositam sibi à Deo*. Hanc morum concordiam ex altera verbi illius, ἀρμόζουσαι, significatione, venuste admodum expressit Ambrosius, cuius verba libet subijcere. *Domum, inquit, & substantiam patres partiuuntur filijs, à Deo autem preparatur viro vxor, quod qui in Græco legit non putat esse cōtrariū. Bene enim dixit Græcus, ἀρμόζουσαι. Harmonia enim conueniens, & apta rerum omnium dicitur commissa cōnexio. Harmonia est, cum fistula organi per ordinem copulata legitime tenent gratiam cantilena, cordarumque aptus seruat ordo concordiam, itaque non habent harmoniam suam nuptiæ, quando Christiano viro gentilis mulier non legitime copulatur, ac demū absoluit. Ergo vbi nuptiæ, harmonia esse debet, vbi harmonia est, Deus iungit, vbi harmonia non est, pugna, atque dissensio est, quæ non est à Deo; quia Deus charitas est. Noli ergo vxorem dimittere, ne Deum tuæ copula distiteris autorem: & enim si alienos, multo magis vxorios debes tolerare, & emendare mores.* Hæc ille, in cap. 6. Lucæ vbi verbum illud, ἀρμόζουσαι, ad harmoniæ significationem refert, atque inter virum, & vxorem duas postulat harmonias, religionis alteram, & alteram morum: itaque ad nuptiarum concentum pertinet imprimis religionis vnitas, de qua eundem locum exposuit idem Ambrosius de Abraham, lib. 1. cap. 9. à Deo, inquit, preparatur viro vxor. Non possunt hoc disspares fide credere, vt ab eo, quæ non colunt, putent sibi coniugij impartitam gratiam. Ratio id docet, sed amplius exempla mouent, sæpe enim illecebra mulieris decipit etiam fortiores maritos, & à religione fecit discedere, & ideo tu vel amori consue, vel errorem caue. Primum ergo in coniugio religio quaritur. Et sanè quemadmodum in musicis, cum duo cytharæ, aut organa, fistulis, aut fidibus temperantis concordia donentur, grauiores primùm, ac profundiores voces, quas bassos vocant, consonantiæ redduntur,

Arist.

Ambros.

A tur, his autem aptè sonantibus, reliquarum vocum sonus facilè concinnatur: ad eundem modum qui nuptias copulant, atque adeo virtutū, ac morum harmoniam inter duos pangunt, fidè temperare prius debent, hæc enim in concentu virtutem grauem, atque profundam vocem reddit: sicut enim grauis vox reliquis vocibus, acutis videlicet, ac temperatis fundamentum offert; sic etiam fides reliquas virtutes portat, fide autem, ac religione vtriusque coniugis concinente, reliquarum virtutum, morumque harmonia facili negotio copulatur, & conciliatur. Hactenus de priori consonantia, quæ in fide, ac religione sita est.

B Posterior consonantia, quæ in nuptijs obseruari debet, ad mores pertinet, & sanè vxoris, ac mariti mores pangere, & in concentum vocare, eximium Dei opus est. A Domino enim, liceat sic dicere, *modulatur vxor viro*, ex quo liquet vxoris esse ad viri tonum, ac modulos sese cōponere, viri autem proprium sic semetipsum temperare, vt vxor eius modulos, hoc est, mores, & conuersationem assequi possit: vxor ergo etiam si apud se ipsam, sibi que perquam cordatè, ac modulatè viuat, nisi suos mores cum mariti moribus componat, nuptiarum soluit harmoniam. Et vir similiter etiam si virtutum omnium concētum in semetipso exprimat, nisi ad eum tonum suam viuendi rationem temperet, ad quam femina imbecillitas pertingere possit, nuptiarum etiam violat consonantiam: si enim ita semetipsum altum, & sublimem temperauerit, vt quantumlibet vxor prudentiæ, ac virium suarum fides, neruosque contendat, ad ipsum perueniri non possit, matrimonij concordia, & concentus nulla erit. Cum igitur hoc difficillimū sit, à Deo modulatur vxor viro.

C Præter duas supradictas, religionis videlicet, atque morum harmonias, tertiam subnectere libet, ex Stobæo in serm. 73. *Quemadmodum, inquit, Musici proprium vocis sonum posteaquam didicerint, tunc demum conatur mediam inuenire, vt ex grauibus, acutisque conueniat, & neque abruptat, neque vt inferior relinquat locum suum, eodem modo nuptiæ concinnande sunt iuxta proprium anima tenorem, vt non solum in lata, sed in aduersa fortuna inuicem vnanimis degere possint, nam & tibicen deligit tibias, quæ ad proprium tenorem sufficiant, & nauclerus gubernacula pro magnitudine nauis.* Hæc ille ex Euripide in Antrope, quæ aliquali declaratione indigent. Musicus, inquit, vbi agnouit vocis propriæ tonum, quantum videlicet eam leuare, aut deprimere potest, cum canere aggreditur mediam vocem inter altam, ac depressam inuit, vt cum eam sublimiū attollere opus erit non exhauriatur, & cum eandē ad ima deponere oportebit, non deficiat. Ex quo etiam fit, vt alius quilibet cum ipso canere, & vocem suam adiungere volens, eum sequi, & modulos eius exequare possit: ad eum modū, inquit Euripides, nuptiæ cōcinnandæ sunt, nā vxor virque in omnibus mediocritatem seruare debent, sic etiam, fiet, vt & alter cum altero facilè concordet, & concinat: atque neuter vel prospera fortuna elatus, vel aduersa depressus deficiat, Hæc autem mediocritas obseruanda est in pluribus. Primo in electione personarum, quæ alterutrum fit; ne vel humilem, vel nimium sublimem vir vxorem, vel vxor virum sibi adiungat, ne prædiuitem, aut valde tenuem ne pulchram valde, aut deformem: sed in his omnibus

47

48.
Stobæus.

mediocritas præferri debet, quæ ad æqualitatem plurimum facit, atque adeo ad vnisonâ nuptiarû harmoniam. Eadē mediocritas in moribus, in sùptibus, in honore, & in reliquo vitæ statu tenēda est, non solum vt ea ratione æqualitas inter duos melius cohæreat, sed etiam vt vxor virque tamquam duæ voces cohærentes, nec prospera fortuna sublata obrumpantur, nec aduersa depressa omninò deficient. Hanc reor fuisse

Euripides.

Euripidis mentem, qui etiam attexit: *Nam & tibicen deligit tibia, quæ ad proprium tenorem sufficiant*, quæ verba aliam satis venustam similitudinem cohibent, quam expedire etiam libet. Tibicen, inquit, quantitatem spiritus sui admetitur, atque eas tibia paruas, aut magnas eligit, quas inflare potest; ne forte ob instrumenti magnitudinem exhausto spiritu tenues, aut nullas voces reddat: sic etiam vir, vxorq; eam vitæ rationem inire debent, quam spiritu suo, hoc est opibus & copijs suis, vt ita dicam, inflare, hoc est, implere, & a quabili tenore conseruare possit, ne exhaustis facultatibus, & fortunis, oculis deficient. Vel si ad vtriusque coniugis electionem referas, vir quidem eam vxorem, & vxor eum, virum deligere debet, quem velut tibia spiritus suo implere possint, id est, honore, copijs, moribus, atque alijs conditionibus exæquare, ne si inæqualis sit vxor viro, vel vxori vir, deficiente alterutro spiritu, nuptiarum desit harmonia. Denique subdit Euripides aliam similitudinem. *Et nauclerus, inquit, gubernacula eligit pro magnitudine nauis.* Sanè hæc sententia apposita est ad insimulandam vxorum, aut virorum temeritatem, quæ humiles cum sint, & degeneres, cum generosis, & heroibus nuptias iungere audent: hi enim perinde faciunt, ac si exiguæ admodum nauiculæ ingentem clauum, aut gubernaculum aptent, vel contra, magnæ nauis perexiguam gubernaculum apponant (vir enim pro clauo, & gubernaculo est, vxor nauis imitatur) Quid inde? Quemadmodum cum nauis parua, gubernaculum verò magnum est, non regitur, sed mergitur nauis, sic etiam cum vir admodum generosus est, vxor autem humilis, & tenuis, non tam à viro gubernari, quam mergi, & opprimi solet. Rursus quemadmodum si nauis per magna sit, clauus autem exiguus, nauis impelli, & conuerti non potest: sic etiam cum vxor illustis, & prædiues admodum fuerit, viri autem conditio humilis, & fortuna angustior, vxor vtique à viro regi, & ad nutum conuerti non poterit. Vel aliter præmissa similitudo ad rerum domesticarum administrationem referri potest, hoc modo. Sicut gubernaculum magnitudini nauis aptari debet à perito nauclero, sic etiam ab industrio, & sapiente patre familias sumptus, splendor domus, & omnis exterior rerum administratio cum fortunis, & opibus exæquari debet. Sed vt ad rem nostram redeamus, Omnis hæc harmonia inter virum vxoremque à Deo autore pangitur. *Adeo modulatur vxor viro.*

49.

Aliam quoque huius contentus explicationem accipe fortè non ineptam. *Adeo, inquit Salomon, modulatur vxor viro.* Hoc est, adeo vxor, veluti instrumentum musicum, ita temperatur, vt sonum edat viro suauem, ad quem mores suos effingere possit, non secus ac saltantes in choro gestus, manus, pedes, reliquumque corporis habitum ad occinentis instrumenti sonum adaptant. Et quidem quanta vis insit sonis musicis in affe-

ctibus moderandis, huc, illucque vertendis docet Basil. homil. 24. de legendis Gentilium libris. Vbi refert Pythagoram in ebrios olim incidens, iussisse tibicinem conuiuio luxurioso præfidentem mutare harmoniam, ac doricum ipsis canere (erat autem doricus sonus honestus, & qui modestiam, & honestatem hominibus inspirabat) atque hoc genere melodia illos ad sobrietatem adduxisse, qui eiectione de capite coronis, sane omnes erubuere. Dauid quoque cytharam manu percutiens Saulem facile ex infania liberabat. Eam ergo vim habet vxor in affectibus viri temperandis atque regendis, quam sonus, & harmonia præstat in animis

Basil.

hominum ad furorem, turpitudinemque incitandis. Basilius de vera virginitate. *Blandimentum cupidine voluptatis est femina, & masculo ad se lasciuioribus oculis inspiciendam ellecebram naturaliter suggerit; ac liquidiori voce ad oblectamentum auris, organi instar effecta est, membrorumque insinuata mollietate, ac toto corporis habitu, & motu, ad seductionem formata voluptatis.* Non modo enim loquens mulier, & intuens, verum sedens quoque, & incedens, ob insitam sibi naturaliter aduersus masculum vim, hunc ad se minus trahit, non secus ac magnæ lapis ferrum. Hæc Basilius. Itaque mulieres molli, & natua potestate hominibus dominantur, & ad earum nutum, & tonum præ teneritudine inualefcntis

amoris seipos componunt, & temperant, sicut canentes organa modulanti vocem attemperant, vel saltantes lyre pulsibus, pedum, atque manuum motus efformant. Igitur cordata mulier, optimis imbuta moribus vxor, doricum viro canit, honestatem resonat, modestiam perstrepat, pudorem concrepat, pulsibusque corporis, oris, & linguæ castitatem viro modulatur, & accinit, cui sese maritus attemperet, organi, & vocis canentis harmoniam effinget, quæ duo ingentem auribus voluptatem parere solent, aut saltantis apprime cythara personante, sustinebit personam, quæ duo lenocinari quoque solent adstantibus. Ergo vir, qui eam vxorem sortitus est à Deo, intelligat, inquit Salomon, id euenisse, quia mores & affectus vxoris Deus ita componit, vt doricum & honestum quid semper marito moduletur, *Adeo enim modulatur vxor viro.*

Denique aliquid etiam ad nuptiarum concentum spectans addit Plutarchus in Moralibus, vbi sic ait. *Nuptiarum concordia non ex paribus, & uniuocis, sed ex imparibus inter se consonantibus conformatur*, duplici enim modo duæ voces inter se cohærere possunt, aut per vnisonam vel vnisonam concordiam, aut per imparium, & inæqualium consonantiam. Verbi causa, duæ voces, vna depressior & alia altior, in tertia, quinta, vel octaua proportionem concinunt; priorem, inquit Plutarchus, imitatur amicitia, quæ inter æquales versatur, posteriorem verò societas coniugalis, & œconomica, quæ inter impares intercedit. Nam pater familias, velut quædam vox altior, & auctior est, huic verò vxor deorsum in tertia proportionem responderet, cum eodem filij, qui alteram domus partem continent, in quinta, serui demum in octaua iuxta omnes harmoniæ leges consonant, & quidem tunc domus tota suauissimè sonat, cum voces istæ dispares vxor, filij, serui inter se inuicem, & cum patre familias modulatissimè concordantur. Cum ergo tantus, tamque difficilis inter virum vxoremque intercedat concentus,

50. Plutarchus

2. Cor. II. Paulus 2. ad Corint. II. vbi sic habet, ἡπιστάμενος ἑαυτὸν ἐν αὐτῷ, *Despondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo.* Quæ verba, si iuxta præfatum illius verbi significationem efferantur, sic concinenda sunt. *Modulaui vos uni viro, & cætera, de qua alibi non nihil diximus.*

Non prætereunda lectio Chrysofomi. *Adeo agglutinatur vxor viro*, cum qua coherent illa verba Pauli. *Propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ: Quæ Chrysofomi interpres loco supra citato eodem modo extulit, Et agglutinabitur vxori suæ*, subest enim verbum ἀεζομαι, id est, agglutino, conglutino. *Adeo igitur agglutinatur vxor viro:* Atque illud dignissimum in hac viri, & vxoris societate occurrit, quod Deus ipse glutinis vices agit, qui non animos solum, sed corpora etiam coniugatorum in vnum cogit, atque adeo nisi Deus intercedat: illorumque societatem, & amorem adstringat, vnitas omnis soluitur, dissidia, contentiones & rixæ suboriuntur. Tunc autem Deus intercedere, & glutinis rationem fortiri dicendus est, cum coniux vterque Deum adamat, atque adeo quilibet cum Deo vnum quid esse incipit, iuxta illud, *Qui diligit Deum, vnus spiritus fit cum eo.* Quapropter dum vni tertio per vnitatem copulantur, inter se quoque inuicem vniri, & cohærere necesse est. Si enim filij ea ratione glutinis vices agere, & coniugatorum animos adstringere dicuntur, quia vniuersque coniugis amor in ipsos confluit, miscetur, & vnitur (vt docet Aristoteles in Ethicis, cuius verba alibi dedimus) longè melius id præstare poterit Deus ab vtroque coniuge super omnia adamatus. Nam quemadmodum reliqui amores huic cedunt, sic etiam omnes aliæ coniunctiones, agglutinationes laxiores sunt. *Adeo ergo agglutinatur vxor viro.* Aliqui etiam verbum illud, ἀεζομαι, de furculis dici putant, qui per infitionem arboribus infiguntur, & cum eisdem coalescunt, adeo vt putent illa Pauli verba sic verti posse, *Et inseretur vxori suæ.* Videndus est Pollux in præmissio themate. Et quidem hæc infitionis similitudo valde appositè nuptijs cadit; ait ergo, *Et inseretur vxori suæ.* Ex quo fit virum furculi in morem vxori tamquam stipiti alieno inferi; quapropter sicut stipites arboris excissis proprijs, atque natiuis ramis alienum furculum excipit, & congeneres ipsi fructus deinceps producit; sic etiam vxor cum nubit, naturales affectiones, & propensiones excindere debet, atque viri vnus, tamquam furculi cuiusdam à Deo sibi infiti, ingenium, & mores in semetipsa exprimere. Illud verò exploratum est apud eos, qui arbores inserunt, non omnem arborem omni absque discrimine accomodari, sed eas tantum, quæ prædurum os, aut nucem sub molli cortice claudunt, cum alijs sibi similibus cohærere, & osse, vel nuce carentes cum alijs quoque nuce carentibus coalescere, quod vulgò dicunt, *Guesso conguesso, pepita con pepita.* Nam vt arbor vna aliam adoptet excipiatque, aliqualis similitudo necessaria est, idem in coniugijs euenire dixerim. Nam vt coniux alter cum altero cohæreat, & coalescat, similitudine morum, & ingenij opus est, ita vt molles, lenesque, cum alijs item mollibus ac lenibus, & duri, austerique cum duris, & austeris copulentur, aliter nuptiarum compa-

go, & coherentia nulla erit. Si ergo hanc electionem, & similitudinem infitionis verbis Salomonis per accommodationem aptemus, non in iucunda euadet sententia, *Adeo aptatur, vel agglutinatur vxor viro*, tamquam arboris truncus alieno furculo. Quasi dicat, Deus peritum agricolam imitatur, sicut enim ad agricolæ peritiam spectat similes arbores ex similibus inferre, sic etiam diuinæ prouidentia solus est, similibus morum coniuges insolubili vinculo sociare.

At, inquires, frustra hæc iam serio diximus, cum constet nuptias semper Dei prouidentia comparari, & coniungi. Audi Chrysofomum de nuptijs differentem Hom. I. in cap. I. Matth. *Qui secundum Deum accepit vxorem adeo prouisa in virtute, generat filios, & in seipsis virtutem habentes, & prauales. Qui autem recipiunt vxores ex prouisione diaboli, id est, nõ religionis intuitu nec fideles, in infirmitate generant, nec prauales vnquam, nec fortes, nisi in malo.* Hæc ille. Ex quibus constat non semper à deo vxorem viro adiungi, sed aliquando diabolo suadente nuptias iniiri, tum enim solum Deus vxorem viro sociat, cum vir, vxorque religiosè, & ex honesto fine copulantur.

XV. Pigredo imittit soporem, & anima dissoluta esuriet.

PIGREDO imittit, &c. Heb. *Pigredo cadere faciet soporem.* Hispanè. *Hara que le cayga vn sueno profundo.* Aliqui pro, *Anima dissoluta*, restituant, *anima fraudulenta*, nam in originibus occurrit hinc vox רמיס Remisa, de qua supra cap. 10. vbi noster interpres versu quarto, sic habet, *Egestatem operabitur manus remissa.* Vide ibi plura Chaldaus. *Et anima dolosa esuriet.* Septuaginta paulò aliter. *Pauor detinet effæminatum, anima autem otiosi esuriet.* Aquila, Symmachus, & Theodotion hærent Vulgatæ: id autem inter illos diffidij est, quod duo priores pro sopore, ἐπιπνοια, habent, posterior κατὰ σῶμα, est autem ἐπιπνοια, communis somnus, κατὰ σῶμα verò grauis, ac vehemens somnus incassum impellens, quem Dioscorides lib. 6. appellauit, *inexpugnabilem somni necessitatem*, significat etiam hæc vox allisionem vehementem, & percussionem, quæ casum fit, non punctum, & nescio an alia.

Sententia est perspicua, duo otij, ac pigritiæ incommoda enumerat Salomon, alterum quidem ex altero. Nam pigritia, inquit, somnum adducit, id est, hominem somno, & incuriæ deditum efficit: nam quemadmodum sollicitudo, & cura soporem discutit, somnum adimit, sic etiam pigredo, & incuria somnum immittit. Hanc autem pigritantium somnolentiam meritò inculat Sapiens, non solum quia somno dediti mortuis adsimiles, quidquid temporis somno impendunt otiosè transigunt, sed etiam quia somnus prolixior incuriam ipsam auget. Rationem obtulit Diuus Augustinus in lib. de quantitate animæ. *Nervos, inquit, vegetat mollioresque efficit siccitas, calorque moderatus; contra eos laxat atque infirmitat humidus rigor: itaque somno nimio (quia eum frigidum, & humidum dicunt Medici, & probant) membra*

52.

Chrysof.

35

54

August.

languescunt, atque ipse expergefactorum conatus A multo est debilior, ideoque nihil est fractius, & eneruus lethargicis. At quosdam phreneticos, quibus vigilia, & acuta febris, id est, tot calida, plus nimis nervos tendunt, atque durant maioribus viribus, quam integra valetudine reluctare videmus, etiam si eorum corpus sit aegritudine attenuatius, & exilius.

Idem docet Aristotel. in Problem. sect. 11. cap. 27. & alibi. Ergo mens Salomonis hæc est, Pigredo immittit soporem, id est, otiosis, & nihil agentibus somnus irrepit, ex somno autem nimio membrorum omnium laxatio & langor, quæ ineptos reddunt homines ad laborem. Hinc constat appositè admodum Theodotionem vsurpasse vocem illam

ἡ τωσοει, quæ somnum significat graviolem lassitudinem afferentem, nervos dissolventem, fegnes, fractos & enerues similes lethargicis homines efficientem. Quod si aliquis nomen soporis ad mentem referat, sensus erit: Otium inerti hebetudinem quandam sopori similem affert, constat enim ex otio, & incuria mentem sublato exercitio hebescere, & homines stolidos, ac somnolentis similes reddi. Vnde sic Cassiodorus Variarum lib. 10. *Natura humana sicut duris laboribus instruitur, ita etiam per otia torpenti a fatuatur.* Et

Bapt. Mat.

Baptista Mantuanus Parte. lib. 1. soporis meminit. *Calcar erit segni, pigros rubigine sensus Otia corrodunt, sopitæque pectora torpor.*

Et lib. 1. de calamitate fuorum temporum de pigritia sic ferit.

Hæc sera servilis sancta fastigia vita Ingerit, & tardos ad clara negotia sensus Somnifero langore premit, frigentia corda Involuit gelido densæ velamina nubis. Nil nisi terrenis haustum de facibus umquam Cogitat, ignorat sortem: nonnulla latentes Cernere naturas verum, causasque tueri Cura subit, subiectæque oculis vix aspiciit, agræ Palpebras leuat hærentes humore tenaci.

Illud etiam ad soporem spectat, quod brevi intervallo attexit.

Seminat infelix lolium, frigenisque papaver, Lethæisque rigat steriles humoribus hortos.

Plutarch.

Ad id spectat etiam illud Plutarchi in Moralibus. *Ingenium hominis, seu cariem, & senium in otio contrahit, & muta quies, vitæque sedentaria non solum corporibus, sed etiam animis marcorem conciliat.* subdit Salomon.

Et anima dissoluta esuriet, id est, homini incuriæ dedito, otio languenti, ac torpenti, dum dormiendo, ac nihil agendo dies suos transigit, succedit indigentia & fames. De hoc argumento sæpè aliàs diximus, & quidem iuxta literam per animam homo intelligitur. Quod si animam ipsam accipi contendas, ut verba sonant, & quandam spiritualem famem excogites, qua animus ipse conficitur, adi Bedam, Hugonem, Dionysium & alios de hac tame differentes. Lectio etiam Septuaginta obuium sensum habet. Illa etiam Hebræorum translatio, *Anima fraudulenta esuriet,* exponenda est iuxta ea, quæ diximus supra capite decimo, versu quarto.

XVI. *Qui custodit mandatum, custodit animam suam: qui autem negligit viam suam mortificabitur.*

55.

Qui custodit mandatum, &c. Heb. Custodiens mandatum custodiens animam suam, contem-

nens vias suas morietur. Chald. concinit cum nostro interprete. Sept. non dissonant. Caietanus extrema verba sic extulit. *Et contemnens vias eius peribit,* putatque pronomen, eius, referendum esse ad mandatum, ut sit sensus, & qui contemnit vias j. documenta, & directiones ipsius mandati, mortem sibi accersit.

Locus iste perspicuam sententiam cohibet, suadet Salomon feriam, & accuratam legis observationem: obijciens ea in re de incolumitate, & vita æterna, aut de perpetuo interitu agi. *Qui custodit mandatum, custodit animam suam.* Duplex sensus subesse potest his verbis. Alter est ad legem diuinam spectans, id est, qui legem Dei observat non solum Deo imperanti desert, sed etiam animæ suæ prospicit, quæ lege incolumi tuta est, ita ut vita, lexque eandem aleam subeat. Huic ad simile est illud Ecclesiastici 15. *Si volueris servare mandata, ipsa servabunt te.* Appositè dixit ille, citatus à Natio, seu Plato, siue alius, quisquis dixit, *Lex est liber hominis anima,* Quod legi à Deo latæ apprimè quadrat, non solum quia hominem velut formam quædam impellit, & actiones singulas ipsi dicat, sed etiam quia ut anima decedente homo interit, sic lege neglecta animus perit. Alter sensus est, de lege humana à Principibus lata. *Qui custodit mandatum, custodit animam suam.* j. qui legem, iusque publicum à Principibus dictatum observat, nec partem eius aliquam violat, vitæ, & incolumitati suæ consulit. Nam iura transgressores suos capite, proscriptione bonorum, contumelia, aut exilio punire consueverunt, quæ omnia vitam vel adimunt, vel infestant, gravemque reddunt adeo, ut partim naturales, partim civiles mortes dici soleant. Subdit Salomon.

Eccles. 15.

Qui autem negligit viam suam, mortificabitur, id est, qui per legum despectum vitæ suæ rationem secundum eas non instituit, peribit, hoc est vitam suam supradictis modis in discrimen adducet, & mortem sibi accersit. Pergo ad alia.

XVII. *Fæneratur Domino qui miseretur pauperi: & vicissitudinem suam reddet ei.*

Fæneratur Domino, &c. Heb. *Mutuatur Domino, qui miserescit tenuis, & retributionem suam reddet ei,* subest autem voci illi, *mutuatur,* מלוך *Maluch,* ex radice לרח *Lanah,* quæ significat mutuò dare, aut devincire, vel obstringere sibi aliquem, vel fœnori dare. Chald. *Qui querit fænerari Deo, miseretur pauperi, & retributio bona reddetur ei.* Sept. extrema verba sic extulerunt, *Et secundum donum eius retribuet ei.* Caietanus. *Et meritum eius repensabit ei.*

56.

Fæneratur, & cætera. Misericordiæ præclaram laudem memorat hic Salomon; sensus autem est luculentus. Qui pauperi largitur, Deo ipsi mutuò dat, tandem aliquando cum vsuris ab illo sortem recuperaturus. Sed quia sancti Patres in hunc locum sapius inciderunt, ex his proferam non pauca, quæ Salomonis sententiam illustrem reddunt. Præmittendus est Chrysostr. homilia in Psal. 38. ut reliquis substernat viam. *Cur, inquit, non dixit qui miseretur pauperi, dat Deo, non scriptura auaritiâ nostram, intellexit appetitum nostrum insatiabilem, qui sibi maiora ad habendum proponit, redundantiam, ac plus semper querere, ob eamque causam non dixit omnino, Qui miseretur pauperi, dat Deo; ut ne simplicem largitionem, & retri-*

Chrysostr.

butionem fortis existimes; sed *fœneratur Deo*, ut *A* auarus, & lucri cupidus audito *vsurarum nomine seipsum misericordia dederit* Et statim addit, Deū non cupiditatem nobis abscindere, sed à caducis ad æterna transferre voluisse. De hoc tamen *fœnore* acturus, quo Deum ipsum debitorem nobis facimus, aliqua discutere volo. Primò dicam de sensu, quo Deo *fœnerari*, & ab eo *vsuras* referre dicitur, qui pauperi donat. Secundò, de istarum *vsurarum* quantitate. Tertio, de tempestiua solutione. Quarto, de ipsius debitoris nobilitate, hæc omnia à Patribus obseruata, & adnotata comperio.

57.
Basil.

Primò igitur sensum, quo Deo *fœnerari* dicitur vir misericors, exponit Basilus homilia in Psalm. 14. Vbi expendens illa verba Luca 6. *Mutuum date, nihil inde sperantes*, de elemosyna exponit hoc modo. *Quale est hoc mutuum, cui non recedendi spes coniuncta est? intellige dicti efficacem vim, & legistoris humanitatem admiraberis. Quando pauperi dæ in Domini gratiam, idem ipsum & donum, & fœnus est: donum quidem, quod à paupere non speres te recepturum, mutuum verò, siue fœnus ob Domini munificam liberalitatem pro illo reddentis, qui parua quidem per pauperem cum acceperit magna pro illo retribuet. Accedit etiam Diuus Gregorius P. P. qui eodem argumento ait, Pauperi datum non est donum, sed mutuum, nimirum respectu Dei, quia licet prout in pauperes confertur, donum sit, quatenus autem illud se recipere fatetur, mutuum est: & quia Deus non sortem tantum, sed multo maiorem, ac locupletiolem summam restituit, fœnus appellatur. Quod si dicas necessarium esse, ut aliquid fœnori dari dicatur, ut id, quod traditur, sterile sit, & nihil ex se lucri, sublata industria, accipienti ex se pariens, ut pecunia, vel aliud simile, id sanè in his, quæ pauperibus impenduntur, & Deus accepta refert, minimè desiderabis. Nam quidquid ea ratione homo Deo donare dicitur, sterile est, atque illi nihil commodi, aut emolumentum afferre potest. Hanc conditionem adnotauit D. Irenæus aduersus hæreses lib. 6. cap. 34. *Qui miseretur, inquit, pauperis, fœneratur Deo, qui enim nullius indigens est Deus, ipse se assumit operationes bonas nostras ad hoc, ut præstet nobis retributionem bonorum suorum.**

Iren.

58.

Basil.
Damas.

Rursus alia ex causa hæc donatio fœnoris nomen fert, quia non solum sterilia tradimus, & quæ Deo nihil utilitatis pariunt, sed etiam ea, quæ ipsius Dei sunt, atque adeo quidquid propter hanc donationem auferimus, peculiari nomine, ac titulo, *vsura* est, si enim nostra hominibus donantes, & aliquid ultra repèntes *fœnerari* dicimur, potiori iure, quæ propria illius sunt Deo conferentes, & aliquid domi quantitatem longè superans inde expectantes, Deo *fœnerari* dicemur. Hæc obseruatio est Basilij ad illa verba Euang. *Destruam horrea mea*. Et citatur à Damasceno in Parallelis lib. 2. cap. 16. *Qui tibi opes dedit per pauperum manus elemosynam à te petis, fœnerare ergo Deo, quia licet quæ sua sunt accipiat, tamen perinde ac si à te beneficio affectus fuisset, integram gratiam persoluit.* Rursus dices, tunc absque *vsuræ* suspicionem aliquid ultra pretium datæ rei auferre licet, cum ei, qui eam tradit, lucrum parit, quia scilicet seruaturus forte, & inde commodi aliquid accepturus erat, non inficior. Sed occurrit Augustinus, ac ne quid desit huic largitioni uti *vsuræ*, ac fœnoris nomen ferat, in Psalm. 36. *Fœneratur, inquit, Domino, qui miseretur pauperis, non equidem eget à te Deus, sed habes alium, qui à te eget, &*

August.

post pauca. *Terrena dedisti, quæ si non dedisset putrescerent; quid. n. inde factururus esses, si non dedisses? quod perituum erat in terra, seruatum est in celo, &c.*

59.

Ad hæc obiicies *damnum* emergens. Quia nimirum si pauperi multa erogaueris & tibi, ac filiis postea necessaria non suppetent, atque adeo hoc *damnum* subire cogaris, ratione cuius omni *fœnore* sublato à Deo aliquid expectare te dices. Hac ratione perstringit D. Cyprian. in oratione de opere & elemosynis, quod ad filios spectat, eiusmodi patres exemplo illius viduæ, quæ 3. Regum 17. ex modica farina, quæ sibi, ac liberis reliqua erat, Heliam paut, ubi sic scribit. *Qui miseretur pauperis, Deo fœnerat, sed nec illa res, fratres charissimi, à bonis operibus, ac iustis refranet ac reuocet Christianum, quod excusari se posse aliquis existimet beneficio filiorum, quando in impensis spiritualibus Christum cogitare, qui accipere se professus est, debeamus, nec conseruos liberos nostros, sed Dominum præferamus, & infra. Si enim Dominus elemosynis fœneratur, & cum datur minimis, Christo datur, non est quod quis terrena caelestibus præferat, & diuinis humana præponat. Quid plura? Subnectit Cyprianus viduæ exemplum. Sic, inquit, vidua illa in 3. Regum libro cum in necessitate, & fame consumptis omnibus de modico farre & oleo, quod superfuerat, fecisset sibi subeineritium panem, quo absumpto moritura cum liberis esset, superuenit Helias, & petit sibi prius ad edendum dari, tum quod superfuisset, inde illam cum filiis suis vesci. Nec obtemperare illa dubitauit, neque Helia filios mater in fame, & necessitate præposuit, quinimo esurientibus liberis alienis prius pascebat, nec in penuria, & fame cibus ante quam misericordia cogitatur. Helias igitur typum Christi gerens, & quod ille pro misericordia vicem singulis reddat respondit, & dixit, *Fidelia faris non deficiet, & capsaces olei non minuetur usque in diem, &c.* Et infra. *Non ergo filius abstulit vidua, quod Helia dedit, sed magis contulit filiis, quod benignè, ac piè fecit.* Et per breui verborum interstitio atexit. *Sic ergo verè filios tuos diligis, si eis exhibes plenam, & paternam dulcedinem Charitatis, operari magis debes, ut filios tuos Deo iusta operatione commendes. Nec cum liberis tuis cogites patrem, qui & temporarius, & infirmus est, sed illum patrem pares, qui æternus, & firmus, filiorum spiritualium pater est. Illi assigna facultates tuas, quas heredibus serues: ille fit liberis tuis tutor, ille curator, ille contra omnes iniurias sæculares diuina maiestate protector. Patrimonium Deo creditum nec res publica eripit, nec fiscus inuadit, nec calumnia aliqua forensis euerit. in tuto est hereditas, quæ Deo custode seruatur. Hoc est charis pignoris in posterum providere, hoc est futuris heredibus paterna pietate consulere, secundum fidem scripturæ sanctæ dicentis: *Iunior fui, etenim senui, & non vidi iustum derelictum, neque semen eius egens pane. Tota die miseretur, & fœnerat, & semen eius in benedictione erit.* Cum Cypriano concinit D. Chrysostomus hom. 7. in Epistolam ad Romanos. *At me, inquis, liberorum chorus circumstis, atque illos diuites relinquere aueo. Quorsum igitur illos potius pauperes efficis, nam illis omnia si reliqueris, rursus incerta custodia tua omnia committis, qui si illis reliquis Deum coheredem, & curatorem, infinitos thesauros reliquis, & post pauca sic infert. Si nostram in filiis cogitationem fixerimus, desinit Deus de illis curam habere, sin illi negotium totum commiserimus fiet, ut & diuitias nostras, & liberos item in omni securitate collocet. Porro quid admiraris, si in ipso Deo hoc usu ve-***

Chrysost.

mit? etenim id ipsum in hominibus euenire videmus. A Nam si moriens propinquorum suorum neminem ad filiorum tuorum tutelam suscipiendam vocaueris, ille etiam, qui tutela suscipienda admodum cupiens est, pudore suffusus ad eam vltro suscipiendam occurrere non audet; quod si in illum curam hanc ex testamento receceris, is quidem, ut potè cui honos à te habitus fuerit, voluntati tuæ, acquiescere, & filios tuos quam diligentissimè curare incipit. Itaque si liberis tuis magnas opes relinquere vis, Dei providentiæ relinquitur. Nam cum ille liberorum tuorum facultates una cum ipsi liberis sibi imperituri viderit, nonne illi diuitias omnes adaperiet? Et statim attexit exemplum viduæ, atque iterum addit. Quapropter si illos cura periculum relinquere vis diuites, relinquitur illis Deum debitorem, ipsique Deo has testamentarias tabulas porrigito. Quid illustrius aut dici, aut ex cogitari poterat? sanè inde fit ex largitione elemosynarum non solum donanti, aut liberis eius nullum imminere damnum, sed etiam secunda, & copiosa admodum emolumenta comparari; atque a deo vsuræ nomine meritò appellari lucrum illud ingens, quod nulla damni emergentis obiectio ab ea censura excipit.

Denique obicere aliquis potest periculum fortis amittendæ pro quo periculo, omni fœnoris, aut vsuræ nomine ablato, aliquid adeo ex iure accipere misericors homo potest. Ceterum, ut ea præmia, quæ homo à Deo pro beneficentia in pauperes reportat, non impropiè fœnus, & vlturas dici amplius constet, addo illud esse exploratum apud morum officiorumque doctores, pro recuperandæ fortis periculo nihil vltra sortem exigi posse à mutuuario, cum sponsor locuples polcitur & pignus, & hypoteca, & cautio. At nihil horum in hac largitione desideratur, ratione cuius aut fors, aut lucrum discrimini subiiciatur. Audi Chrysof. in illa hom. in Psal. 38. Videndum est, fratres, necessario alia ratione, cur Deus dixerit, Mibi fœneratur, qui miseretur pauperis; quoniam nouit auaritiã nostram ad maiora, & plura propensam (ut iam dixi) nec vnquam eum, qui pecunias, & diuitias habeat, velle sine fide, & quasi securitate credere. Perit enim creditor vel hypotecam, vel pignus, vel fideiussorem, hisque tribus quasi securitatibus fretus pecunias suas credit, vel fideiussorem, ut antea dixi, accipiens, vel rerum hypotecam. Quia igitur intelligit Deus neminem his rebus non existentibus solitum credere, nec humanitatis habere rationem, sed lucrum vnum spectare, pauperem autem ab his omnibus desertum, ac destitutum esse, cum nec hypothecam habeat, nihil. n. possidet: nec pignus ferat, nudus enim est: nec fideiussorem exhibeat, scit enim eum propter inopiam non posse, & eum, qui pecuniis abundat, nolle propter inhumanitatem: Medium sed quasi sequestrem præstitit, pauperi quidem sponsorem, pignus autem, vel hypotecam creditori. Non habes, inquit, huic fidem propter inopiam mihi, crede propter captiã. Qui miseretur pauperis, fœneratur Deo. Ne time, inquit, mihi fœneraris. Hactenus Chrysofomus. Idem nomen sponsoris, ac fideiussoris pro paupere habet Deus apud Basilium loco citato. Pauperi, inquit, diues fœneratur, Deo crede, qui beneficia ea, qua in oppressum confruntur, tanquam in seipsum collata accipit, atque ipsam gratiam rependit, locuples est sponsor, ut qui ubique terrarum, ac maris thesauros expansos habeat. Sed absolutissimè de hac re August. in Psal. 36. Cum autem pauper orat pro se, tanquam Deo dicit Domine mutuum

accepi: fide dic pro me, proinde, etsi non tenes pauperem redditorem sed idoneum tenes fideiussorem. Ecce Deus de scriptura sua dicit, Da, securus esto, reddam. Quomodo solent dicere fideiussores? Ego reddo, ego accipio, mihi das. Christus item dixit, Esurius, & dedisti mihi manducare, & cum illi dicerent? Quando te vidimus esuriẽtem? ut ostenderes se pauperem fideiussorem, omnium membrorum suorum sponsorem, quia ille caput, illi membra, & cum accipiunt membra, caput accipit: Cum uni, inquit, ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Et auare fœnerator, &c. Rursus Basilus in Psalm. 14. Qui pauperis miseretur, Deo fœnerat. Non vis vniuersorum Dominum tibi ad solutionem auctoratum habere? Si quis in ciuitate diues tibi pro aliis spondeat, fideiussorem illius accipis, Deum verò non admittis tanto se plura persoluturum pauperum causa pollicentem? At, inquires, fideiussor quidem optimus est, ac locuples, sed vbinam cautio, aut libellus scriptus? Occurrit Ambrosius in lib. de Tobia cap. 16. Fœnerate, inquit, Domino pecuniam vestram in manu pauperis, ille adstringitur, ille tenetur, ille scribet, quidquid egenus acceperit. Euangelium eius cautio est, ille promittit pro omnibus indigentibus, ille dicit fidem, quid dubitatis dare? Si quis vobis diues offeratur, qui fide promittat sua pro aliquo debitore, statim numeratis pecuniam: pauper est vobis Dominus cæli & conditor mundi huius, & adhuc deliberatis quem ditioẽrem quærat is fideiussorem?

Constat ergo ex dictis auctarium illud mercedis, ac præmij, quod propter misericordiam erga pauperes homo à Deo reportat, aptissimè fœnus & vsuram dici, quia fortis quantitatem immenso interuallo superat, & ad illud capiendum nullum lucri pereuntis, damni euenientis, vel periculi imminētis titulum diues afferre potest. Secundò, dicendum est de istarum vsurarum quantitate. Chrysofomus hom. in Psal. 38, Ne time, inquit, mihi fœneraris. Quidnam lucrifaciã cum tibi fœneror? centuplum do, & vitam sempiternam. August. supra. Quid ergo, inquis, facio ut sim utilis fœnerator? Attende quid facit fœnerator, minus vult dare certè, & plus accipere: hoc fac & tu, da modica, & accipe magna. Vide quam latè crescat fœnus tuum, da temporalia & accipe aeterna, da terrena, & accipe cælum. Et infra sic attexit. Et auare fœnerator, vide quid dedisti, & quid accepturus es, si dedisses pecuniam paucam, & is, cui dederas, pro parua pecunia tua dedisset tibi villam magnam, incomparabiliter amplius valentem quam tu pecuniam dederas, quantas gratias ageres? quantas letitias tollereres? Audi ergo quam possessionem det tibi Deus, cui fœnerasti. Venite benedicti patris mei, percipite. Quid? quod dedistis? Absit, percipite regnum, quod vobis paratum est, &c. Ambrosius verò sic scribit. Non peribit quod pauper acceperit, & vobis, quod dederitis inopi sine custode seruabitur, E quod si incrementum vsurarum queritis, in lege benedictio, in euangelio celestis est merces, Quid suauis benedictione? Quid maius est cælo? si esuriam desideratur vsura, eo quoque præsto est, sicut legimus. Is. n. qui miseretur pauperum, ipse pasceatur. Vbi duas istius fœnoris partes assignat Ambrosius, aliam temporalem, aeternam aliam, quia non solum Deus spiritualia bona, quæ æstimatione sua temporalia longè superant, misericordibus retribuit, sed ipsa etiam temporalia cum auctario & incremento incredibili restituit. Subijciendus denique est Nazianzen. in Tetrastico, cuius verba citat Damascenus in paralel. li. 2, cap. 16.

Chrysof.

Basil.

Ambros.

C

61.

Chrysof.

D

E

August.

NAZIANZ.

Livori, & atra de me quid rubigini,
Ac debitorem prafer omnibus Deum
Fruſto rependit Sceptera qui caeleſtia
Alis, tegisque, pauperes paſcens, Deū. Mitto alia.

62.
Chryſoſt.

Tertio, de tempeſtiua ſolutione diſſerit D. Ioan. Chryſoſtomus hom. 15. in Matthæum. Si igitur principalem debitorem tuum, ſequi vult eſſe vadem, præbens tibi innumerabiles occaſiones exigendi: nobis igitur tantam relinquere, tamque expoſitam, & promptam liberalitatem. Itaque Deus non ſolum ad ſolutionem fortis, atque uſurarum ſemper paratus & expoſitus eſt, ſed ſoluendi deſiderio, cum creditor ex incuria nihil poſcit innumerabiles illi exigendi occaſiones inmittit: nec more aliorum debitorum creditorum ſuorum faciem fugit, ſed vltro ſe illis videndum, & flagitandum offert, pluris faciens debitum à nobis exigi, quam dare. At, inquires, nonnumquam etiam ſolutionem uſurarum diutius ducit? non inficior, ſed tamen id ſœnus & uſura eſt. Audi iterum Chryſoſtomum hom. 7. in Epiſtolam ad Romanos, ubi multa de his uſuris, ac tandem ſic inſit. Cur non das ei, qui plura daturus? forteſſe ob id, quod multo poſt tempore dat. At, qui in hac etiam viſta dat, verus eſt. n. ſermo ille, Regnum colorum querite, & hæc omnia addentur vobis. Vides liberalitatis, ac magnificentia magnitudinem, illa tibi, inquit, aſſeruata ſunt, nec minuentur ſcilicet æterna, cum interim huius ſæculi bona, tanquam additamenti, & corollary loco largior. Adde etiam his, quod redditum longo poſt tempore debitum opes tuas tibi auget: Nam ſœnus tibi maſus ſic. Etenim in ſœneratiis pecuniis id uſu venire v. demus, vt ſœneratores libentius his expenſum ferant, qui, quod mutuo acceperint longo poſt tempore reddunt: nam qui protinus reſoluit, is ſœnoris curſum interrumpit, qui autem in ſoluendo ſeruus eſt, is quaſtum maiorem efficit: itane verò obierandis hominibus moram non agro ſerimus, ſed & modis omnibus illa vt fiat excogitamus: obarando autem Deo ſic nos puſillanimes gerimus, vt hoc nomine cunctemur, ac tergiverſemur? His per quam familia ſcribit hom. 15. in Matthæum. Et non longo interſtitio verborum iterum eandem ſententiam inculcans ſubdit, Tam vero ſi forte aliena in terra ageres, nullos tibi ſamulos habens, neque in domum transferre valens: & qui auri magnam ſummam deberet, polliceretur id ſe tibi ubi velles numeraturum, utique magnis precibus ab eo contenderes, vt tibi illud domi, non in extera regione perſolueret: at verò ſpiritualia illa bona hic tibi numerari poſtulas? quanto quaſo id dementia fuerit? Nam ſi hic accipis, mortalia prorsus accipis. Si tempus illud expectaueris, immortalia tibi & integra reddet. Si hic accipis, plumbum accipis, ſi vero illic, aurum permultum, purum, purum. Si hic accipis, transferre illud in patriam non potes: quidquid n. hic accipitur illuc transportari non poteſt: ſi illic accipis, in tuto eſt. Si denique hic accipis, per breuem voluptatem habebis: ſi illic accipis, æternam. Sed tamen poſt multa, circa finem præſata hom. quàm gratè, & beneuolè Deus creditores ſuos excipiat luculenter explicat Chryſoſtomus. Si pecunias tuas Deo mutuas dederis, in columis in poſterum theſaurus tuus manebit, ac nullo certè negotio, aut iactura ſubſequetur mutui redditio: Nam gratiam habet Deus, & cum vobis debet, & cum ſoluit, libentiusque ſœneratores ſuos contuetur, quam eos, à quibus nihil mutuo accepit: & quibus maxime ille debet, hos & maxime amat. Quapropter ſi perpetuam cum illo amicitiam inire vis, perficito, multum tibi vt ille debeat, neque. n. ſic delectatur debitoribus ſuis creditor, ſicut Deus

A ſuis creditoribus. Quibus nihil debet, eos auertit, quibus autem debet, ad eos occurrit. Omnem igitur operam nauemus, vt illum in ere noſtro habeamus, hoc n. tempus ſœnerationibus accommodatum eſt, in quo Deus in indigentibus eſt, & ſi illi nunc nihil dederis, poſtea non indigebit. nunc n. ſitis in ſitientibus, in famelicis famem patitur, &c.

63.

Quarto, de nobilitate debitoris noſtri aliqua ex Patribus depromam, quæ in hunc Salomonis locum coniecerunt. Primum, ex testimoniis, quæ ſupra adſcripſimus conſtat eos, qui benefici, ac liberales ſunt in pauperes, Deum ſibi obſtringere, ac debitorem facere, ſed conditiones huius tam præclari debitoris recenſet Ambroſius l. 2. Officiorum cap. 25. his verbis. Pauperes, quia non habent quod reſtituant cum acceperint, remuneratores faciunt Deum, qui ſe pro paupere obligandum obtulit. Deinde Ambroſius beneficia diuitibus collata pulchrè extenuat, Quia, inquit, diuites huius mundi dedignantur leniora beneficia, & pudet eos debitores eſſe gratia: quinetiam id quod illis collatum eſt, ſuis meritis attribunt, quia vel tanquam debitum accipiunt, vel ideò datum putant, quia is, qui dedit reddendum ſibi à diuite vberius exiſtimauit. Deus autem non ita, ſed beneficium acceptat, & debitorem ſe ſponte fatetur: ait. n. ſitui. & dedisti mihi bibere, eſurui, & dedisti mihi manducare. Tandem, quod uni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti. Rurſus leuiſſima quæque dona magni facit, nam calicem aquæ frigidæ & duo viduæ obola in maximis donis numerauit, quamuis ea accipit, quæ ſibi debita, imò ipſius propria ſunt, & quæ ideo illi donamus, quia vberiori cumulo nobis reſtituenda nouimus: & nihilominus ea non ſuis, ſed noſtris meritis adſcribit, ac ſe illis tantopere obſtringi, & obligari ſinit, vt, liceat ſic dicere, iudex noſter cum ſit, ſe his muneribus corrumpti, & tentari ſinat. Chryſoſtomus in cap. 22. Lucæ. Iudex noſter per pauperes corrumpitur. Fac ergo per pauperis manum iudicis poſticum pulſes, etenim ille munera tua per eum accipit, ac leges a dulterat. Accipit, inquam, atque ex iuſto benignus efficitur, accipit inquam, & veritati miſericordiam antepoſit, ac cum peccatorum lance pauperum manum contra perpendit. Ac rurſus in hom. in Pf. 38. Si Deus à nobis ſœnori accipit, ergo noſter eſt debitor, vtrum ergo eum habere vis iudicem, an debitorem? Debitor creditorem veretur, iudex enim, qui in iudicium adducitur non veretur.

Chryſoſt.

D

Reliquum eſt, vt talibus inducti libenter bona noſtra in pauperes profundamus, & velut telonio aſſidentes pecuniam noſtram ad menſam demus ingentes viuras inde expectantes: Et Beatum Paulinum audiamus ſic ſuadentem in Epiſtola 32. Excitemus ergo nos ab inertia ſomno, & velut negligentia torporem diſcutiamus, & auaritiæ vincula rumpamus, conſule ipſa veritatis oracula & reſpondebit tibi Propheta, Qui miſeretur pauperis, Deum ſœnerat. Cæleſtis igitur trapezita hæc menſa eſt, theſaurum viſta ſtruens, & ad margaritam negotiandam Dei ſœnus exercens, qui. n. ſœneratur pauperes Domini, præſtolatur à Domino Deo retributionem mercedis æternæ. Pergo ad alia.

64.

Paulin.

XVIII. Erudi filium tuum ne desperes: ad interfectionem autem eius ne ponas animam tuam.

Erudi filium tuum, &c. Ex antiquis codicibus vulgatis aliqui habebant, & ne desperes.

65. Sed tamen in correctioribus expuncta est particula coniunctiua, Et Heb. *Castiga filium tuum, quia est spes, & ad fremitum eius ne eleues animam tuam.* Chaldaeus. *Et ad mortem eius ne extollas animam tuam.* Septuag. *Erudi filium tuum, sic. n. erit bona spes, & ad contumeliam eius ne eleues, &c.* Caietanus. *Et ad rurorem eius ne eleues animam tuam,* Vox originalis est חמת, Hamith. i. tumultus, fremitus, garritus, si ducatur à radice חמח, Hamah. i. sonuit, fremuit, tumultuatus est. Noster verò interpres Aquilam sequutus, vocè illà hauit ex radice חמת, vel חמח. i. mori, quæ in Niphal, Poël, & alijs coniugationibus actiuam habet significationem, atque adeo significat interficere.

66. De sententia huius loci non eodem modo interpretes decernunt. Rodolphus existimat hunc versum nectendum esse cum superiori, vt sit sensus. *Erudi filium tuum, ne desperes, & c. i. spem concipe, & ne verearis fortunas tuas in pauperes spargere, futurum ratus, vt exhaustis facultatibus liberi tui pauperes sint.* Quinimo si sapias, atque eos incolumes esse vis, exemplo tuo ad liberalitatem, & beneficentiam adhortare. Cæterum nexum istum duarum sententiarum parum coherentem existimo. Reliqui interpretes versus istum à superiori exfoluunt, sed illum non eodem modo interpretantur.

Hebræi, qui, vt nuper dixi, verba sic extulerunt. *Castiga filium tuum, quia est spes, & ad fremitum eius ne eleues animam tuam,* sic eadem edisserunt, Si filium habes proteruum, inobsequentem seuerè ad nodum illum corripe, quia numquam non est spes illius emendandi, & ad bonam frugem conuertendi, quamdiu castigatio, & correptio non intermittitur. Et licet correptionis impatientis fremitus, aut eiulatus miserabiliter edat, perge tamen, ac ne desistas. Et quidem illud, *Ne eleues animam tuam,* iuxta hunc sensum non vno modo accipi potest. Aliqui ad attentionem referunt, quasi dicat, quamlibet infremat, atque eiuletur filius, ne animum aduertas, sed vrge correptionem. Alij ad commiserationem animi, hoc modo. *Ne apponas animam.* i. cor tuum, Pagninus in Thesaurò sic extulit. *Et ad sonitum eius, ne ex commiseratione parcas, ac si dicat, ad fletum eius ne apponas cor tuum, neque parcas anima tua.* Denique verba illa, *Ne eleues animam tuam,* alij de leuitate animi interpretantur, ac si dicat, ne gemitus audiens, quos filij ante verbera emittere solent, ex leuitate animi castigationem omittas, sed vrge, ac rem perage. Addo etiam translationem illam, *Ad sonitum eius ne eleues animam tuam,* ad verbera referri posse. Nimirum etiam si tunc cum tauditur verberum ictus altiùs insonent, ne propterea animus tuus commiseratione tangatur. Itaque omnes istæ interpretationes suadent patri, vt in puniendis liberorum delictis paternum quodammodo exuat animum, ac nullis eorum gemitibus, lacrymis, vel clamoribus emolliatur.

67. Sed ad Vulgatam lectionem faciamus gradum, in qua exponenda vna ferè interpretum omnium mens, qui verborum sonum tenentes sic aiunt. *Erudi filium tuum, ne desperes, ad interfectionem autem eius ne ponas animam tuam.* i. filij tui ingenium & mores eruditione, & correptione assidua excole, quod si statim non emendatur, ne propterea spem abiicias, fiet. n. vt sæpius castigatus tandem aliquando resipiscat & vitia sua deponat. Quapropter numquam in animum tuum inducere debes illum perimere, ac de medio tol-

lere, aut mortem eius quoquo modo moliri, desperans correptionem, ac disciplinam illi vniquam profuturam. Hæc est vulgo celebrata interpretatio, quam habent Hugo, Iansenius & alij recentiores. Addit verò Iansenius vtramque partem singulari quodam sensu donari posse. Primam quidem hoc modo, *Erudi filium tuum, ne desperes.* i. filium tuum corripe, & omni disciplina genere ad pietatem exercitio desperes, ne scilicet si modo indulgeas, de illius emendatione desperare opus sit. *Ad interfectionem autem eius ne apponas animam tuam.* i. ne illi ex hac desperatione mortem optes, optanda quippè est illorum correctio, non interitus.

68. Sed tamen licet hæc aptè videantur dicta, tamen aliam reor Salomonis mentem aptam magis & congruentem, hoc modo. *Erudi filium tuum.* i. filium tuum cum adhuc mollis est, ac tenera ætate, supplicio flecte, & omni disciplina genere ad pietatem excole. *Ne desperes,* ne scilicet cum adoleuerit, & vitia cum ipso excreuerint, de illius emendatione, & resipiscencia desperare opus sit: ita enim euenire solet, vt mores prauis adolescentium à pueritia neglecti agrè deinde compefci possint. Subdit. *Ad interfectionem autem eius ne apponas animam tuam.* Vel vt habent primitiua, *Ne eleues animam tuam.* i. si filium tuum seuerius exercueris, ne propterea verearis futurum, vt ocyùs moriatur, viuet vique, ac saluus erit. Quasi dicat, in filium animaduerte, id cauens, ne parcas, vel indulgeas illius vitæ, & incolumitati metuens. Id ipsum infra repetit Salomon cap. 23. n. 13. *Noli subtrahere à puero disciplinam, si enim percusseris eum virga non morietur.* Atque in eandem sententiam transfert D. Ambrosius exemplum Halcyonis. lib. 5. Hexam. cap. 13. Vbi postquam huius aui mores descripsit, quæ oua sua in littore maris deponit atque ibidem pullos excludit, educatque, subdit in hunc modum. *Nec interpellare tot diebus insidi maris tranquillitatem veretur, sentatque meritum suum naturæ iam solemnitate fundatum, & teneros fetus non latibulis abscondit, sed fluctibus verberandos exponit, nudo, & rigenti solo tradit, nec defendit à frigore: sed diuino sortu, quo magis cetera despiciat, eorum tiores esse existimat.* Quis verò nostrum filios suos non vestimentis tegat, tectisque abscondat? Quis non eos septis cubiculorum? Quis non ita diligenter undique fenestras obstruat, ne qua possit aura, vel leuiter penetrare? Quis eorumdem vitis, & prauis moribus non indulgeat, & conuineat? Merito autem quos tam sollicitè induimus, fouemus, ac impunes esse iubemus, eximus diuina clementia inuolucro. Halcyon verò, quos nudos proiecit, eos diuino vestit amictu, & idè pullos suos exponendo seruat. Cui ad similes sunt optimi parentes, qui filios suos seuerè exercentes cum bonæ educationis gratia salutem eorum, ac vitam discrimini obicere videntur, tunc eorumdem incolumitati meliùs consulunt, & diuinæ clementiæ seruandam committunt. Ex aduerso molles quidam, & nimium indulgentes patres diuinæ providentiæ parum fidentes, cum filios suos cautiùs curant, tunc certius illorum salutem in discrimen vocant.

69. Ad extremum subinferenda est translatio Septuag. quæ non vnum tantum sensum capit. *Erudi filium tuum, sic. n. erit bona spes, vel bona spei.* Huius prioris partis sententia perspicua est. i. filium tuum à pueritia flecte, sic enim bona tibi illius spes suberit, illum scilicet probum,

ac frugi virum futurum sperare poteris. Quasi dicat, filius iste à parente correptus, & emendatus, euadet, vt aiunt, bonæ spei adolescens, de quo nihil non magnum, atque dignum expectare liceat: nam qui filio indulgentem se præbet, omnem futuræ probitatis spem excindit. Attegit. *Ad contumeliam autem eius ne eleues animam tuam*, quibus verbis triplex sensus subesse potest. Primus ad hunc modum. Ne ad filium contumeliosè conuitiandum assurgas. Noli cum illo veluti cum seruo contumeliis, ac probris agere. Itaque docet Salomon filium seuerius castigandum, & corripendum, correptionem autem honestam, decoram, & ingenuo viro dignam esse debere. Nam filius ingenuus à parente suo contumelia & dedecore affectus, si iniurias æquo animo perferat, seruire ingenium induit, sin autem detrectet, ad iracundiam concitari, & in parentem suum sæuire solet. Quod perspicuis verbis cauet Paulus ad Ephesios 6. *Et vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, sed educate illos in disciplina, & correptione Domini.* Et ad Colossens.

Ad Eph.
6.

Ad Colo.
4.

D. Thom.

Chrysof.

4. iterum ait. *Patres nolite ad indignationem prouocare filios vestros, vt non pusillo animo fiant.* Quæ verba sic expendit. D. Thom. *Homines, inquit, retinent impressionem, quam à pueritia susceperunt, naturale est autem, vt qui in seruitute nutriuntur, semper sint pusillanimes.* Chrysofostomus autem sic ait. *Nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, vt multi faciunt eos exheredantes, & abdicantes, vel eos grauantes, & prementes, non tanquam liberos, sed tanquam mancipia.*

70.

Ambros.

Secundus sensus est. *Ad contumeliam autem eius ne eleues animam tuam.* ita vt contumelia transitiuè sumatur hoc modo, ne tam seuerè & rigide cum filio agas, vt ad iram concitatus in te probra, & contumelias regerat, quod vulgò dicitur. *Castigale de manera que note pierdo el respecto.* Sic præcipit Ambrosius in verba Pauli ad Colossens. 4. *Patres, inquit, in filios modesti esse debent, ne coarctati ab eis delinquant in illos, & Deum offendant. Ira. n. inconsiderata res est instantum, vt aliquando nec sibi ipsi parcat iratus.*

Tertius verò aptior, & ad sensum Vulgatæ lectionis propiùs accedens, expositio sic habet. *Et ad contumeliam eius ne eleues animam tuam.* i. filium seuerè admodum corripere, & prauos illius mores compeſcere, & licet aliquando ex indignatione aliquam in te contumeliam effundat (vti solent hi, qui maiores natu parentum correptiones aspernantur) ne propterea cesses, ne desistas; hoc. n. filiorum proteruiam, & inobsequentiam plurimum alit, quin potius vrge, & filij impudentiam nouo supplicio vliscere, donec acquiescat, & correctionem æquo animo ferat. Pergo ad alia.

XIX. *Qui impatiens est, sustinebit damnum, & cum rapuerit, aliud apponet.*

71.

Qui impatiens est, &c. Heb. *Magnus ira ferens multam, quia si erueris & adhuc addes.* Verbum *למא גדול*, actiuè sumpsit Caiet. atque nouato verbo sic extulit. *Grandiens iram sustinebit pœnam, quia si facies euadere, & adhuc addes.* Chaldæus. *Vir iracundus suscipit pœnam, & quando exaltatur super onus suum ad-*

dit. Septuag. *Male cogitans vir multa damna patietur, si autem corruerit, & animam suam addet.* Theodot. *Homo magna ira, quoniam si erueris, erueris.*

Hebræi, quos sequitur Caietanus, & alij recentiores, locum istum cum superiori consueudum putant. Et quidem Caietanus sic habet. *Grandiens iram sustinebit pœnam.* i. qui filium acerbius, quàm par est, ad necem vsque castigat, pœnam satis grauem perferet, dolorem scilicet illata necis: nam filij mors parenti valde acerba est. *Quia si facies euadere, & adhuc addes.* i. si ita filium punieris vt ex castigatione saluus euadat, adhuc addes in eundem animaduertere, illum scilicet iterum, atque iterum castigare tibi integrum erit, & tandem ad resipiscentiam adducere. In hanc expositionem impulit quosdam interpretes particula causalis, enim, quæ in quibusdam codicibus legitur hoc modo. *Qui enim impatiens est, &c.* Sed tamen hoc à codicibus vulgatis hodie expuncta est, & in originibus omnino desideratur.

B

Quapropter cum his sentio, qui locum istum separatim legendum, & exponendum putant contra eos, qui iræ, & indignationi obsequuntur. Beda priorem partem de fraterna correptione exponit, quæ benignus, & suauius impendi debet: iuxta illud, *Eiusmodi instruite in spiritu lenitatis, &c.* hoc sensu. *Qui impatiens est, sustinebit damnum.* i. qui ex impatientia, & indignatione proximum corripit, non utique reportabit à Deo præmium, sed pœnam. Quam interpretationem libentius probarem, si non præmio, aut pœna à Deo inferenda, sed de relatione gratiæ accipiat, quæ inter homines versari solet. hoc modo.

Qui impatiens est sustinebit damnum. i. qui proximum corripiens indignationem, aut impatientiam præ se fert, non gratias propterea referet, sed pœnam potius, hoc est probra, & iniurias reportabit: nam in eos, qui nobis recta parum benignè suadent, haud leuiter furere solemus? Eapropter Chrysofostomus hom. 44. in 1. Epistolam ad Corinth. præcipit his, qui proximos suos commouent, vti medicos imitentur, non hostes induant: illi. n. sanitatem intendunt, isti verò iræ obsequi, & eius impetum explere volunt: ac demum ait.

D

Qui arguit, ne irascatur, non. n. est correctio, sed passio, neque qui arguitur agrè ferat, medicus. n. non inimicitia est, si. n. medicos, cum vrunt, nemo in ius vocat, licet sæpenumero aberrant, quin potius vsq; sectique in tantis doloribus beneficos illos in se esse putant, qui tantam perturbationem suscitauerunt: quanto magis hoc ipsum cum his, qui nos corripiunt, prestare debemus, &c. Et quidem si hanc expositionem sequamur, locus ille sponte congruit cum superiori. Postquam. n. Salomon patribus præcepit, ne seueros nimium in filiorum correptione se præbeant, statim omnibus in vniuersum consultit, ne alios admonentes indignationem, aut furorem ostentent. Subdit.

E

Et cum rapuerit aliud apponet. In primitiuis occurrit hic particula causalis *quia*, hoc modo. *Quia si erueris adhuc addes.* Beda ergo de futuro exponit, hoc sensu, qui proximi rem per furtum aufert, non tantum sortem ablatam, sed aliquid etiam longè maius reddet. Nam etsi furtum illius homines latuerit, Deo tamen rei ablata rationem reddet, & pro sorte animam ipsam restituet. Ad hunc sensum vocat Beda translationem Septuag. *Si autem corruerit, & animam suam addet:* nimirum qui pecuniam violenter acceperit pro hac animam suam inuitus dabit. Cæterum vt particu-

Chrysof.

73.

la

la causalis, quæ in originibus est, aptè cadat, E-mythichum hoc posterius sic explicare oportet, vt prioris sententiæ rationem offerat. Ergo pro verbo illo *rapuerit*, vel *eruerit*, subest in primitiuis *חָרַץ* *Thasit*, à radice *חָרַץ* *Natsal*, i. expoliavit, diripuit. Latetque hic non inelegans sententia qua suadet Salomon his, qui alios corripunt, ne violenti, contumeliosi & immites sint, non solù quia iniurias & probra ab illis, qui corripuntur vicissim reportare solent, sed etiam quia vbi malè aliquid ea ratione per vim & iniuriam ablatum & emendatum fuit, ad animum iniuriis laesitum leniendum & mitigandum multa permittere & indulgere necesse est bonis moribus aduersa. Id sibi vult Salomon cum ait, *Et cum rapuerit, aliud apponet*, i. cum mali aliquid per vim, & iniuriam abstulerit, rursus malum aliud grauius fortasse per indulgentiam & permissionem inuehet, vt subditum iniuria affectum leniat, & conciliet.

Sed licet præmissa expositio eo modo, quo à nobis conformata est, apta & coherens sit, nihilominus tamen Iansenius, Rodolphus, & alij interpretes recentiores, locum istum de ira, & indignatione in vniuersum exponendum putant hoc modo. *Qui impatiens est sustinebit damnum*, i. qui iræ obsequitur, & ex indignatione vehementius furit, in multa pericula incidere, & pleraq; damna sibi accersere solet, *Et cum rapuerit aliud apponet*, i. si ab vno damno incommodo eum liberari contigerit, tandem aliquando repetito furore damnum aliud sibi ipsi adiciet. Huic expositioni fauet etiam verbum *חָרַץ* *Thasit*, non radix *Natsal*, significat etiam *eundere*, & *liberari*, Prouerb. 6. *Erucere quasi dama*, &c. & alibi passim. Quapropter, vt nostra lectio huic interpretationi, inferat, suppleendum est pronomen, hoc modo. *Et cum rapuerit se*, &c. i. cum semetipsum ab vno damno vendicauerit, aliud sibi paulò post accersit damnum: nam sic ferè accidit his, qui ad iracundiam prompti, & faciles sunt. Itaque Salomon iracundum & ad fauorem procliuem hominem, de damnis, & incommodis sibi imminentibus commonet, edocetque illum, ne si malum aliquod semel euasit, ab omni deinceps malo se immunem futurum putet, nam iracundus homo semper in discrimine versatur. Non placet.

Sed iam de translatione Sept. aliquid dicamus, *Mala cogitans vir multa damna patietur*. Græcè *κακόσπουρος* *à vip.* i. mala mentis vir. Iansenius virum emota mentis, & insanum notari æstimat, iracundum videlicet, quia ira, breuis quædam infania est, ita vt Septuag. nihil differant à nostro Vulgato. Ego verò mallein per virum *mala mentis*, significari maleuolum eodem sensu. Itaque ait *Maleuolus vir multa damna patietur*, i. qui aliis ex indignatione mala vult, non tam aliis, quam sibi ea mala velle dicendus est, nam mala aliis optando sibi accersit. *Si autem corruerit, & animam suam addit*. Græcè: *ὁ ἑαυτοῦ ψυχὴν ἔδωκεν*, i. si leserit, vitiauerit, corruerit, &c. i. Qui non modo apud semetipsum mala alijs inferenda versat, aut cupit, sed etiam re ipsa infert, animam, id est vitā suam discrimini obicit. Rursus alium sensum exhibet Paraphrasis Chaldaica. *Vir iracundus suscipit pœnam*, i. ocyus suæ indignationis pœnas luit, *Et quando exaltatur super onus suum addit*, i. quò magis percussus fuit, ac tumet, eò grauius sibi onus accumulatur, hoc est maiorē perniciē sibi accersit.

Denique subiicienda est extrema expositio Bedæ, quæ reliquis præferenda mihi videtur, *Qui impatiens est, sustinebit damnum*, i. paupertatem

& rei familiaris angustias iniquo animo fert, ipse sibi damnus creati nam paupertas grauis & perniciosa non est, nisi inuoluntaria sit. *Et cum rapuerit aliud apponet*, i. qui depellendæ paupertatis gratia furta, aut peculatus admittit, non leuat prius damnum, sed illud nouo incommodo conduplicat. Et sanè illos tantum paupertatis damna experiri, qui paupertatem agrè ferunt, docet Chrysofost. in Epist. i. ad Corinth. hom. 20. *Propterea*, inquit *pauperes sumus, quia paupertatē formidamus, etiam si talenta habeamus innumerabilia*, *Non enim qui nihil habet est pauper, sed is, qui horret paupertatē. Nam & in calamitatibus non eos despicimus, qui multa mala patiuntur, sed eos, qui ferre nesciunt*, &c. Ad hæc Seneca in Epist. 123. *Paupertas nulli malum est nisi repugnans*. Quod si is, qui paupertatem suā repugnantia grauiorem reddit, illam furtis atque iniuriis depellere contendat, nouum sibi damnum & incommodum adauget, Aristoteles audiendus, in Problem. sect. 29. vbi cum inquit rationem, ob quam paupertas apud homines bonos potius esse gaudet, quam apud malos: sic demum claudit. *An quia mala est nunquam se malis adiungit; Nam si ita mala erit, omnino malum irremediabile ipsa redditur*. Malos autem appellat eos, qui fortuna sua non contentos furta & latrocinia adire solent, hos. n. paulò ante descripserat.

XX. Audi consilium, & suscipe disciplinam, vt sis sapiens in nouissimis tuis.

Audi consilium, &c. Hebræa non dissonant. Chaldaeus. *Vt sis sapiens in fine tuo*. Septuag. *Audi sibi disciplinam patris tui, vt sis sapiens in nouissimis tuis*.

Ad iuniores hæc cohortatio dirigitur; itaque ait. *Ausculta o Iuuenis, quamdiu in ephebis es, monita salubria, & correptionem, castigatoremque libenter suscipe, vt ea ratione ab initio bonis artibus imbutus, cum ad canos veneris sapientia atque prudentia polleas*. Nemo. n. in senecta prudentia, & sapientia affatim expletur, qui eam longo tempore velut fluius è longinquo manans, collectis hinc inde riuulis, multorum annorum studio, atque industria non comparauit. *Sapientia* (inquit Plutarchus in Moral.) *assuere in senibus & exundare debet*. Quia non sibi solum sapientes esse, sed ex redundantia sapientem & prudentiam in alios effundere debent. Atque adeo sicut flumina illa, quæ non longè à mari primam scaturiginem ducunt, exiguo semper alueo cluduntur, quæ autem è longinquo fluente sua deriuant, confluentibus hinc inde riuis maximam aquarum vim cogunt, adeo vt nonnumquam alueorum fines exuperantia vicinos latè agros infundant & demergant. Non aliter de senum prudentia decernendum est, hi enim qui serò post multam ætatem respiscunt, exiguam sanè prudentiam & sapientiam colligant necesse est. Illi verò qui à teneris annis addiscere & sapere cœperunt, ingentem sapientiæ, atque prudentiæ vim vndique coactam assequuntur, quæ supra propriæ necessitatis fines affluens latè exundat & in proximos effusa eisdem implet. Quid. n. aliud consilia & monita salubria, quæ à senibus in alios proficiuntur, nisi quidam quasi ex redundantia ad alios manantes fluxus? Aptè ergo Salomon, *Audi consilium & suscipe disciplinam, vt sis sapiens in nouissimis*

uis. Septuag. interpretes de parentum monitis aufcultandis loquuntur, sed hoc leue dissidium est, atque sententiam minimè euariat. *Audi filii disciplinam patris. &c.* Et quidem nihil est, quod magis in filio sapientiam alat & promoveat, quam patris sui monitis, & correptionibus à teneris acquiescere, atque adeò hæc libentiùs, & studiosius arripere oportet. Nam patrum præcepta consultiora, & ad rem ingeniumque filiorum accommodatiora semper sunt.

XXI. Multa cogitationes in corde viri, voluntas autè Domini in aternū permanebit.

78

Multa cogitationes, Hebr. *Et consilium Domini nispsum fabit.* Chald. & Sept non dissonant. Sententia est luculenta, quæ docet hominum animas variis consiliis & cogitationibus distineri, ut potè qui ea, quæ nunc prætulerunt, paulò post refutant, & ea, quibus nuper assentiebantur, iam nunc per dissentium respuunt. At Dei consilia, & cogitationes vice versa rata, firmæ & constantes sunt, iuxta illud Ps. 33. *Consilium Domini in aeternum manet, cogitationes autem eius in generatione & generationem,* sic vulgo interpretes. Vnus Rodolph. verba ista cum superiori sententia necit hoc sensu. Præceperat, inquit, Salomon iuniori uti documenta à se ex diuino afflatu tradita libentiùs ebiberet, & sapientiã in canos & senectam transmitteret. Rationè verò attextit his verbis, *Multa cogitationes in corde viri.* i. hominum documenta varia sunt, ut potè qui non semper eadem sentiunt, atq; adeò non eadem præcipiunt; quapropter, qui eorum aufcultant monita sapientes euadere non possunt: at verò cõsilia, & monita diuina eadè sèper rata, & cõstantia, & opinionibus variis nequaquam obnoxia sunt. Quapropter qui ea obaudierit illicò sapiens erit, multamque sapientiã ad senectam vsque adducet.

Sed tamen in hoc versu Salomon id (ni fallor) suadere contendit, uti homines diuinam & non humanam gratiam, & beneuolentiam aucupari velint. *Nam multa,* inquit, *cogitationes in corde viri, &c.* Homines scilicet sententias, & eũ sententiis inentem, animũque sapius mutant, vnde illorum gratia nutat semper ac labat. Dei autem vna semper mens, ac sententia, atque adeò semper sibi constat, eiusque gratia firma, & rata est.

XXII. Homo indigens misericors est, & melior est pauper quàm vir mendax.

79

Homo indigens, &c. Hebr. ad verbum. *Desiderium hominis misericordia eius, & bonus pauper præ viro mendacij.* Huic translationi hæret Chald. Sep. verò habent. *Fructus viri misericordia eius, melior est autem pauper iustus, quàm mendax diues.* Hanc diuersitatem peperit vox תַּחַנָּאֲת *T'hanaath.* ex verbo אָוֶה *Auah.* i. desiderauit, vel ex אָבָה *Abah,* cui eadem significatio subest. nam פָּאֵר, atque בֶּרֶךְ, permutatio non insolens est apud Hebr. Ergo ex radice אָבָה *Ebeh,* quæ vox concupiscentiam sonat, & aliquando etiam paupertatem adsignificat: rationem autem afferunt Hebræi, quia pauper omnibus carens omnia concupiscit, imo potiùs non ille pauper est, qui paup, siue multum obtineat plura exoptat quam

A habeat. Audi Chrysostrum in 2. concione de Lazaro. *Nec u pauper est, qui nihil habet & possidet. sed qui multa concupiscit: nam mentis affectu, & non facultatum tantum paupertatem & opulentiam aestimare consueuimus. Quemadmodum ergo eum qui perpetuo sicut non dixerimus bene valere, etiamsi copia rerum affluat. etiamsi iuxta fluuios & fontes accumbat: quid. n. prodest illi aquarum copia, eum affectus maneat insatiabilis, & insedabilis. Itidem & in diuitibus faciamus eos, qui perpetuo concupiscunt & sitiunt aliena, ne putemus esse sanos, nec ulla frui rerum copia &c.* quam sententiam alibi pluribus illustrauimus. Rursus vox illa *Ebeh,* *poma,* & *fructus* aliquando sonat. Iob. 9. *Transierunt dies mei sicut naues poma portantes.* Sic noster **B** interpretes, pro quibus alij reddunt, *sicut naues concupiscentia.* Ergo Septuag. & Vulgatus, utramque illam vocem *Abah,* & *Auah,* pro eadè aestimantes, ille quidem fructum, hic verò paupertatem, & inopiam restituit, licet quilibet alius dicere possit Vulgatum nostrum nomine desiderij defectum, & indigentiam accepisse, ut Latinis solemne est, sed prior cõiectura accommodatior, & cum linguæ sanctæ idiotismo congruentior est.

Rodolphus Hebræorum translationem sic exponit. *Desideriũ hominis misericordia eius, sed melior pauper, quàm vir mendax.* i. Bene audire, misericordes, beneficòsque vocari omnes impensè cupiunt, adeò ut parci eũ sint, ac forditi, aliquando misericordiam, & beneficentiam foris ostentent. Sed tamen præstat pauperem esse nihil aliis donantem, quàm diuitem misericordiam per ostentationem simulantem: sed tamè hæc interpretatio energia caret. Melius Caietanus, qui obseruat pronomen *eius,* ad Deum utique referri posse, cuius Salomon meminerat in superiori versu, ita ut sensus sit. *Desiderium hominis misericordia eius.* i. præcipuum, ac maximum hominis desiderium est Deum misericordem experiri. Sed statim accommodatius dicit pronomen, *eius,* de ipsomet homine accipi, hoc modo. *Desiderium hominis misericordia eius,* i. hominis appetitio, & propensio suapte natura in misericordiam, & beneficentiam fertur. Audi Chrysostrum hom. 54. in Matthæum *Non voluntati solum, & arbitrio, humanitatem & misericordiam Deus commisit, verum etiã eius non paruas partes natura ipsi inleuit, qui hanc non habet, à natura hominis decider.* Ad hunc sensum vocari potest translatio Septuag. *Fructus viri misericordia eius.* i. sicut arbor qualibet proprium fructum sponte affert, sic etiam homo humanitatem, & misericordiam suo pte nutu, tamquam proprium & genuinum fructum producit: sed quia Chrysostrum. initionis meminit, liceat sic comminisci. Quemadmodum agricola, ut arbor proprios fructus suauiores, ac mitiores reddat, illam, excisis ramis, ex ipsamet, vel ex alia eiusdem speciei arbore accepto surculo inferere consueuerunt, quia ita experimento comparatum est, arborem quamlibet, postquam inserta est, fructus vberiores, ac mitiores producere. Sic etiam uti homo proprium, ac genuinum fructũ, hoc est misericordiam vberem, magis mitem, ac dulcem proferat, humanitatem & misericordiam ipsi natura inleuit, ait Chrysostrum. Sed quonam modo? Hominem quidem primum Deus produxit, cui naturalis, ac propria est humanitas, & benignitas erga alios homines: ac ne quid huic humanitati & benignitati, agreste, & acerbum inesset, sed omnia mitia & suauia forent,

Chrysostr.

Iob. 9.

80
Rodolph.

Chrysostr.

hominem sua sponte ad misericordiam propensum primò quidem (liceat sic dicere) ex semetipso quodammodo in seuit, tunc scilicet, cum dixit, *Diliges Deum ex toto corde tuo, &c. & proximum sicut teipsum.* Nam ut fructus misericordiae erga proximum suauior, & benignior esset, præcepit, ut homo semetipsum, quasi surculum quendam sibi ipsi infigeret, ut quemadmodum nihil immitte, & acerbum contra se exequi potest, sic etiam erga proximum omnia mitia, & suauia proferret. Neque solùm hanc arborem ex semetipsa Deus in seuit ad fructus misericordiae erga proximos edulcandos, & mitigandos sed etiam ex alia simili, sed excellentiori, nimirum ex Christo homine simul ac Deo, hic. n. in Euangelio sic ait, *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis:* quibus verbis Christus Dominus, liceat sic dicere, semetipsum veluti surculum quendam homini in seuit, uti ex ipso, & per ipsum misericordiae fructus uberiores, ac mitiores forent. Sed ad loci huius sententiam redeamus,

81 *Desiderium hominis,* ait Salomon, *miser cordia eius,* homini scilicet naturalis quaedam ad misericordiam propensio est, quid inde? *Melior est pauper, quam vir mendax,* inde sanè fit longè meliùs, & honestius esse facultatibus carere, quàm diuitijs abundare, & ex his minimè benefacere. Nam pauper cum nihil habeat, à beneficentia factis excusatur: at diues multa habens, & nihil largiens culpam contrahit, à qua seipsum purgare nequit. Neque enim licet illi quemadmodum in alijs vitijs aliquam naturam propensionem in sordes, ac parcitatem ostendere, cum potius natura ipsa ex se ad beneficentiam prompta, & procliuis sit. Sed tamen Caietanus mea quidem sententia cedit Iansenio, hic enim aptam & coherentem magis expositionem in hunc locum coniecit, sic enim ait, *Desiderium hominis misericordia eius.* Quidam scilicet opes impensè cupere se dicunt, ut possint esse benefici ac liberales in egenos, & auaritia suæ hoc beneficentiae & misericordiae desiderium prætexunt, sed frustra. *Nam melior est pauper quam vir mendax.* j. longè melior est pauper sua sorte contentus, & nihil præterea desiderans, quàm diues, qui mendaciter ad parandas diuitias concupiscentiae, & auaritia suæ obtendit opera misericordiae. Adhuc etiã sensu allicere licet translatione Sept. *Fructus viri misericordia eius, melior est autem pauper iustus, quam mendax diues.* j. multi opes desiderant, quia ex his benefacere, & veluti fructus mites, ac dulces, misericordiae opera proferre possunt, de quibus hoc asserere licet, hæc desideria & vota misericordiae flores tantummodo esse, quæ partis deinde opibus, & refrigerante Charitate adusti marcescunt, & nullos misericordiae fructus afferre solent: atq; adeò præstat pauperem esse, & nihil desiderare, quam diuitem, & benignitatis, & largitatis fructus mentiri potius, quàm reddere. Rursus translatio Vulgata eodem ferme sensu donari potest, quem iam subiicio.

28. *Homo indigens misericors est, & melior est pauper, quam vir mendax.* Præmittere autem oportet beneficentiam, & misericordiam non profusis donationibus, sed affectu pensari. Nil certius: ob eam causam duo viduæ minuta maximis denarijs à Christo prælata fuerunt, Chrysostomus hom. i. in Epistolam ad Hebræos. *Licet, inquit, ex paucis pauca danti superare illos, qui plura possident plura dantes, sicut illa vidua. Non, n. ex eorum, quæ dantur mensura, sed ex vi, & potestate eorum, qui dant, instituto, & prompta voluntate.*

Chrysost.

A *iudicatur magnitudo elemosina. Attendit. n. Deus liberam voluntatem, non ea, quæ dantur, & si voluntatem viderit esse magnam, ei suum fert suffragiũ, & iudicium fert.* Salomon ergò ne quis fallum misericordiam desiderium auaritia suæ obtēdat dicēs, se propterea in conquirendas opes omnē indutria cōferte, ut eas copiosius in pauperes spargere possit. sic ait. *Non indigens misericors est.* j. hominis pauperis voluntas suapte natura ad beneficentiam, & misericordiam propensior est, quàm diuitis, quia experimento didicit indigētia & angustiatum incommoda, atque adeò compassione acius tangitur, & ex compassione & condolentia proximi subleuationē impensius optat. Vel, *homo indigens misericors est.* j. etiã si indigeat misericors esse potest ex paucis pauca donas. Quid inde? *Melior est pauper, quam vir mendax.* Vel ut habent Septuag. *Melior est pauper iustus, quàm mendax diues,* melior scilicet à Deo gratioi est pauper misericors (nam iustus hic, quemadmodum sæpè alibi, pro misericorde ponitur) pauca possidens, & ex paucis pauca ex compassione proximi liberali studio, & voluntate donans, quàm vir diues plura largiens, sed non ex corde misericors, & liceat sic dicere, misericordiam potius mentiens, quàm sentiens. Aliqui extremam clausulam alio sensu doctant. *Melior est pauper quam vir mendax.* j. satius est pauperem esse, quàm mendacem, & paupertas mendacio præferri debet. Nec immeritò. Nam pauper eget externis, mendax verò mente quodammodo, & corde eget, atque adeò eius indigentia grauior est, sed tamen hæc expositio à contextu, & ab alijs lectionibus longè abhorret.

Redeat iterum translatio Septuag. *Fructus viri misericordia.* Homo. n. veluti genuinum, & naturalē sibi fructum sponte humanitatē affert, inhumanitas verò homini non naturalis, sed contra naturam inserta, veluti si oliuæ fructiferae amarus oleaster inseratur. Cum autē audis misericordiam esse fructum hominis, iam quidem spōte & ex animo fieri debere intellige, nulla. n. arbor fructum suū spōte nō reddit: quod si aliquādo fructus aliunde affixus, vel appensus est, fructus dici nō potest, quò peccauit Chrysostomus hom. de pœn. 7. Vbi sic scribit. *Audi prophetā dicentē, sicut oliua fructifera in domo Domini, huiusmodi simus, neque. n. satis est oliuam fieri, sed fructiferam, sunt. n. qui miserantes parua dant, ipso anno labente, aut omni hebdomada, vel parū quid exhibentes. Hi oliua quædam sunt non fructifera & vera, sed arida, quod quidem miserentur oliuæ, quæ autē nō proptē, aut ex animo non fructifera.* Ad hæc D. Paulinus loco supra citato eos, qui elemosynas eo animo faciūt, ut hominibus placeant, perstringit exēplo vlmī, cui vitis maritata & implexa est, nam sicut hæc vuas nō affert, sed alienas ramis suis appensas, tamquam proprias ostētat & vēditat, sic etiã diues superbus nō sponte, & ex animo elemosynas, quasi proprias misericordiae fructus profert, sed studio placēdi, & ostentationis gratia: qui gloriam vanam misericordiae quodammodo maritans, & implicans, fructus etiam illius eidem accommodat. *Et sterilem inquit, misericordiam ad fructuum ostentationem componit.* i. misericordiam per se sterilem superbi, aut cænodoxiæ fructibus adornat. Et quidem nō ineptè vitis cum cænodoxia componitur, sicut. n. vitis per se humilis rectam, & sublimem populum nacta illi adhæret, & lapsu suo ad cacumen vsquē pertingit: sic gloria vana cum virtutis speciem tamquam altam & sublimem arborē

Chrysost.

rem nanciscitur; ipsi arctius copulatur, eiusque verticem & celsitudinem ambit. Virtus etiam illa, quæ cænodoxiam sibi adhaerentem excipit, populus est infrugifera, virtutis utique rectitudinē, & sublimitatem mentiens, fructus autem non afferens. Ex his constat misericordiae fructus esse debere spontaneos ex humanitate, & cordis compassione natos, quorum nobilitatem eruditè describit Chrysol. hom. in Psal. 111. *Humana quidem omnia euelluntur, fructus autem elemosina non potest marcescere, nec vlla difficultate temporum reprobari: nam si dixeris pulcritudinem, ea morbo staccet, & senio consumitur, si dixeris potentiam, & sepe mutatur: si diuitias, vel aliquid eorum, quæ in vita presenti habentur illustra & clara, ea vel viuos relinquunt, vel mortuos omnino nudos, & destitutos dimittunt: sed misericordiae non est eiusmodi fructus, non in tempore consumitur, & non morte amputatur, sed tunc amplior & tutior redditur, quando ad portum illi, qui nulli agitur fluctibus, adnauigauit.* Hæc ille.

XXIII. *Timor Domini ad vitam, & in plenitudine comorabitur absq; visitatione pessima.*

Timor Domini ad vitam, &c. Hebr. *Timor Domini ad vitam, & satur pernoctabit, nec visitabitur a malo* Chaldeus. *Timor Domini ad vitam, & qui satiabitur ab eo pernoctabit, nec visitabitur a malo.* Schol. *Errans, & satur pernoctabit sine visitatione mala.* Septuag. ab omnibus aliis discedunt, sic. n. habent. *Timor Domini ad vitam viro, carens autē timore morabitur in locis, ubi non consideratur scientia.* Et quidē si origenes rimemur, non erit arduum hanc translationem ab eisdem eruere. Nam pro pleno, aut saturo subest, *עבש* *subeang*, ex Sabangh, ita vt habeat punctum in sinistro cornu, quæ radix significat satiari, aut implere. *Saturum vero pernoctare*, perinde fuit sacris illis interpretibus, atque in vtramvis aurem dormire, quod hominis est imperterriti, ac timore vacui. Rursus Septuag. pro voce illa *עבש* *Rangh*, i. malus, legisse videntur, *עבש* *Dangh*, i. sciens ex *עבש* hoc est *sicut, cognouit*. sed venio ad sententiam, quæ secundum varias translationes varia est.

Translatio Chaldaica illustrem sensum cohibet. *Timor Domini ad vitam & qui sanabitur ab eo, pernoctabit, nec visitabitur a malo.* i. Timor Domini vitam & incolumitatem affert, & qui timorem istum ad saturitatem vsque sumpserit dulci sopore obrutus noctes placidissimè transiget. *Nec visitabitur a malo*, quidam hoc mali nomine cacodæmonem accipiendum putant, vt sit sensus, nec noctu inter quiescendum demonis infidias, vel incurfus patietur. Solent n. Dæmones per quietem homines spectris, & phantasmatibus illudere, quibus diaboli illusionibus multa apud Patres legere licet. Et quidem eiusmodi spectra his præcipuè obuii solent, qui spreto Dei timore impiè viuunt, & multorum scelerum sibi conscij sunt. Prudentius in Hymno ante somnum.

*Plerumque dissipatis
Mendax imago veris
Animos pauore castos
Ambage fallit atra.*

Et infra.

A *Quem rara culpa morum
Non polluit frequenter,
Hunc lux serena vibrans
Res edocet latentes.
Atque conquinatum
Fits cor impiauit
Lusus pauore multo
Species videt tremendas,*

Et infra.

*Procul ô procul vagantia
Portenta somniorum,
Procul esto peruicaci
Prestigator aëni.
Oportuose serpens,
Qui mille per meandros
Fraudesque flexuosas
Agitas quiesca corda.*

Accinit etiam Ecclesia, quæ in Hymno Completorii hoc idem precatur.

*Procul recedant somnia,
Et noctium phantasmata,
Hostemque nostrum comprime
Ne polluantur corpora.*

Has diaboli phantasias optimè describit Blesensis in Epistola 65. ad illa verba Apostoli. *Non ignoratis astutias sathane*, in lib. 8. Moral. cap. 13. & lib. 4. Dialog. cap. 48. Sed expendenda sunt verba, *Et qui satiabitur ab eo pernoctabit*. Videtur n. similitudo sumpta ab eo, qui salubri alimento pastus somnum captat suauem & placidum. Quasi dicat, homo timore Dei satur placidè dormiet, nam timor Dei omnes alios timores pellet, qui somnum interturbare solent i. somnum capient adsimilem illi, qui hominibus euenire solet, cum salutaribus alimentis pasti sunt. Nec immeritò, quia timor Dei alimentum est salubre, quo nullum melius conscientia (quæ vt sup. cap. 3. vers. 12. ex Chrysol. & Augustino, & aliis Patribus diximus, animi ventriculus est) decoquit, ac digerit. Quapropter sicut optimi alimenti proprium est suauibus, ac placidis vaporibus ab stomacho excitatis caput inhalare, & somnos iucundos inducere: sic etiam timoris Dei maximè proprium est iucundos, & suaves motus ex bona conscientia, tamquam ex spirituali quodam stomacho in mentem regere, & quietem animi suauissimo cuidam sopori adsimilem efficere: vide plura de hac re supra cap. 3. ad illa verba, *sanctus quippè erit umbilicus tuus.*

Translatio Septug. aliam sententiam offert ad hunc modum. *Timor Domini ad vitam viro, carens autem timore morabitur in locis, ubi non consideratur scientia.* i. timor Dei salutem & vitam homini affert, qui autem hoc timore vacat ad eos diuertit, qui boni & æqui nullam rationem habent, sed effrænate in omne scelus ruunt. Quasi dicat, eiusmodi homo timoris Dei expers eorum, qui Deum timent consortium vitat, ad illos autem, qui impauidi scelera admittunt sese recipit, id sibi vult illud. *Et morabitur in locis, ubi non consideratur scientia, &c.* Loca illa libenter addit, ubi conueniunt quotquot probitatem, & iustitiam non considerant. Sic describit impauidos, & timore Dei vacuos homines; nam ex inconsiderantia oritur semper audacia transgrediendi & timoris defectus. Chrysol. hom. 1. de incomprehensibili Dei natura, timorē Dei ex scientia diuinorū

Chrysol.

proficisci multis suadet, ac demum sic inquit. *Quod si scientia cessauerit res nostra in deterius deducetur, nam sine scientia id etiam quod homines sumus amittimus. Deum. n. metue, inquit Salomon, quoniam hoc est omnis homo, quod si homo non aliud scit, quam Deum timere, timor autem Dei non nisi ex scientia prodit, scientia priuati timorem Dei amittimus, & viliores, quam animalia bruta euademus.* Mēs autem Chrysofostomi hæc est, quod quemadmodum in brutis audacia & proiecti illi impetus ad inuadendum, ex inconsiderantia, & defectu scientiæ procedit, propter quem sponte in venabula ruunt, & pleræque alia animantia in retia & casses temere veniunt. Sic etiam in homine proca illa, & timore vacua ad transgrediendum audacia, ex bruta quadam inconsiderantia provenit: adeo ut qui timorem Dei exiit, mentem quoque, & rationem deposuisse, & brutam quandam temeritatem induisse credendus sit. Sed illud animaduersione dignum, quod initio præmissi; Hominem istum interritum, & ne Deum quidem pauentem per eum notari, qui multis epulis satur in vtriusvis aurem dormit: nam sicut ille, qui epulis, ac vino obrutus dormit, difficilè admodum excitatur, & menti redditur: sic etiam illum, qui timore Dei caret è somno vitiorum excitare, & ad pietatem capiendam acuere difficillimum est: Quotquot. n. à vitiorum sopore excitantur, non ab alio, quam timore Dei excitantur: quapropter sublato hoc timore omnis euigilandi spes excinditur. Quem admodum è cõtra illi, quos timor Dei assiduo cõcutit, sicuti vitiorum illecebris allecti obdormiscunt, tanquam abstemij, & ieiunium leuem admodum somnum carpunt, atque ad eos illos alioqui pauentes tenuissimus quilibet diuini verbi, aut humanæ cõmonitionis sonus exturbat, & ad resipiscentiã exacuit. Nil certius. Lectio quoque Scholastica eundem fermè sensum exhibet. *Timor Domini ad vitam, errans. & satur pernoctauit sine visitatione mala.* Nimirum ex saturitate errans. i. ebrius, ac temulentus, sic. n. appellat eum, qui timore Dei vacuus est, virum scilicet ex temulentia deerrantem, & collabentem: sicut. n. ebrius solutis membris obiecto obice offèdit, impingit, ac proruit, sic etiam vir expers timoris Dei lenissimis tentationibus, aliquando etiam nullis, in ruinam impellitur. Hic ergo vir errans & satur, nimirum ex ebrietate deerrans, & labans, denique *pernoctauit.* i. dormit crapulam. *Sine visitatione mala,* hoc est absque terrore, & perturbatione. Quasi dicat, homo iste timoris Dei expers, tanquam ebrius errabit, ac proruet: ac præterea ebrii in morem ab omni perturbatione, & terrore liber vitiorum somno profundissimo se dedet, à quo nullis vocibus excitari queat. Sed ad Vulgatam translationem gradum faciamus.

Timor Domini ad vitam, & in plenitudine commorabitur absque visitatione pessima. Primò igitur potest vtræque hæc timoris Dei laus ad vitam sempiternam referri, hoc sensu. Timor Dei, qui hoc sæculo mortem, & interitum homini ob oculos semper ponit, vitam, & fœlicitatem perpetuam illi affert, & qui in hac vita perturbationem aliquam & motum habere videtur, in futura tandem quiescet, & in bonorum omnium affluentia, & saturitate in æuum morabitur: ac denique qui semper in malorum expectatione erat, securus deget ab omni calamitate & infortunio immunis. Hoc sibi vult illud, *absque visitatione pessima,* sic. n. legendum, non *pessimi,* ut quidam mendosi codices habent.

A Itaque iuxta hanc expositionem Salomon docet timorem Dei in futuro sæculo commutandum esse, ita ut mortem, & interitum, qui modo illi ob oculos est, perennis vita; & perturbationem temporalem quies æterna; & malorum expectationem, securitas perpetua tandem excipiat.

Aliter etiam de hac vita exponi potest locus iste, ita ut Salomon tria omnino bona homini ex timore Dei in hoc sæculo euenire dicat; hæc sunt, vita incolumis, rerum omnium copia, & securitas, ait. n. *Timor Domini ad vitam.* i. timor Domini, & si mortem & interitum ante oculos homini ponere videatur, tamen reuera vitam ipsi conciliat. Subdit, *Et in plenitudine commorabitur.* i. licet hominem impellere, exturbare, & commouere videatur, tamen reuera illi quietem ab omni perturbatione liberam, & plenam quandam bonorum affluentiam adducit, *Absque visitatione pessima.* i. quamlibet homo ex timore Dei in malorum expectatione degere semper videatur, tamen reuera illi hic timor vera, & stabili securitate donat, id. n. timoris Dei proprium est, ut omnem alium timorem excludat. Eccles. 34. *Qui timet Dominum, nihil trepidabit & non pauebit, quoniam ipse est spes eius.* D. Damascenus ex Didymo in Paral. cap. 4. *Fieri non potest, ut qui Dei timore præditus est meticulosus sit.* De qua re alibi non pauca me dixisse memini.

Eccles. 34.

Damas.

XXIV. *Abcondit piger manum suam sub axilla, nec ad os suum applicat illam.*

A *Abcondit piger, &c.* Alij codices habent sub *axilla.* In originibus est *בצלחת* *Batsalachath,* quæ vox scutellam adsignificat, vel lebetem, vel ollam. hinc nata lectio Hebræis familiaris, *Abcondit piger manum suam in ollo, vel in scutella.* Sed per translationem *sinum,* vel *axillam* notat, ut docet Rabbi David. *Nam quemadmodum, inquit abconditur quidpiam in lebetem, aut olla, ita manus abconditur in sinu.* Cæterum hæc accommodatio metaphoræ infusa est. Satius est dicere similitudinem duci à figura & forma, quia axilla ab ima parte concavitatem quandam scutellæ ad similem habet. Rursus alij transferunt. *Abcondit piger manum suam ad frivorium.* Sept. à nostro etiam interpretete tantisper abeunt. *Qui abcondit in sinum suum manus iniuste, neque ori quidem admouebit eas.*

Ergo ex Hebræis qui legunt, *Abcondit piger manum suam in olla, &c.* sic exponunt. Mittit, utique piger manum suam in ollam, vel scutellam, ut inde cibos trahat, & præ socordia, & tædio inde educere, & escas ad os perferre non conatur. Exaggeratio est cuiusdam eneruatissimæ pigritiæ, quæ in nulla re, quantumuis facili conatum adhibet. Caietanus primò sic exponit. *Mittit piger manum suam in ollam calètem, atque eo fomento caloris delinitus non vult illam inde extrahere, neque ad os mouere.* Cæterum alij ex Hebræis huic sententiæ specialè quandam emphasim tribuunt: nam cum legant, *Abcondit piger manum suam ad frivorium.* i. cum cibi friguntur, ipse manum suam condit, sic. n. locum istum exponendum putat, eiusmodi homo socordia, atque pigritia solutus, cum cibi in sartagine friguntur manum suam abscõdit, nec ad os perfert. Quid inde? sanè ea, quæ friguntur, cum satis igni decocta sunt, nisi ocyus excipiantur aduri, atque perire solent. Ergo sensus est, virum socordia laborantem, etiam cum cibi in sartagine frigi satis, &

H iij

esui attemperati sunt, illos, ex tartagine excipere, & ori ad mouere piget, ac tædet, ex quo fit, ut ocyus per adulationem corrumpantur, & pereant. Quod perinde est ac si dicat, pigris, ac socordibus plurimas res valde viles perire, corrumpi, quia illis opportuno & accommodato tempore vti ex pigritia tæduit, quod satis exploratū est. Hæc de Hebræorum interpretationibus.

In translatione Septuag. obseruanda imprimis est particula illa, *inuste*, que cum non respondeat originibus à Septuag. illis sapientibus addita est, & mea quidem sententia, longè diuersum à reliquis translationibus sensum exhibet, *Qui abscondit manus suas in sinu inuste neque ori suo admouebit illas.* illud verò, *Abscondit manus inuste in sinu*, ni fallor, ad eos spectat, qui aliena auferunt, vel quia in aliorum sinus manus mittunt, vt inde pecunias extrahant, vel quia ablatas ipsi in sinu suo abscondunt, & celant. Hi ergo, inquit Salomon, qui vi, & iniuria, alienas pecunias auferunt, ori suo nequaquam eas admouent, quia citius quàm illas in vsus proprios conuertere possint ipsis peribit: ita. n. experientia duce nouinus ablatas furto pecunias malè diuili & perire solitas. Alias etiã accommodatior expositio conformari potest ad hunc modum. *Qui abscondit manus suas in sinu inuste* i. qui pecunias ex auaritia celat, manus contrahens, atq; in sinum immergens, contra ius faque. *Neq; ori suo admouebit illas*, is profecto neque illas in vsus proprios expendere audebit: ita. n. fert auarorū ingenium, vt nō modo pecunias suas alij non impendant, sed neque eisdem ipsi victitare auisint; auaritia. n. quæ largitiones in pauperes, vel amicos inhihet, sumptus etiam ad proprias utilitates spectantes fordidissimè vetat.

Hunc ad sensum Vulgatã lectionem allici posse cuiuspiam videbitur, *Abscondit piger manū suam sub ascella*, ita vt Salomon auarum pigrum appelleret. Sed tamen hæc sententia planè ad socordiam pertinet, quam Salomon venustè ad modū exaggerat, dum ait, hominem pigritia laboratē tantopere dissolui, & enervati, vt ne manus, quas fortasse ad prohibendum frigus in sinum abdidit, inde extrahere, & appositas escas ad os perferre nequaquam conetur. Sic ferè interpretes. Ceterū, ni fallor, alia est Salomonis mens, quæ sic habet. *Abscondit piger manum suam sub ascella*, ille scilicet, qui ex desidia brachia complicat, & manum vtrāmq; in axillam colligit, hic. n. est pigritiæ habitus, neque ori suo admouebit illam. i. victu quotidiano carebit. Hispani dicunt. *Noterna que llegar à la boca.* Itaque pigritiæ & socordia egestatem, & inedia minatur Salomon. D. Gregor. lib. 22. Moral. cap. 10, hæc verba in prædicatores & doctores conuertit, qui docent quidem, sed nō faciunt. *Ægro inquit, labor est manum suam ad os porrigere, quia desidiosus quisque prædicator, nec hoc vult operari quod dicit, Manum. n. suam ad os porrigere est, voci suæ, opere concordare.* Hæc verba ex Gregor. transcripserunt Beda, & Salonius.

Gregor.

Greg.

XXV. Pestilente flagellato stultus sapientior erit, si autem corripueris sapientem, intelliges disciplinam.

Pestilente, &c. Hebraice *לֹאֵס*, ex *לֹא* *לֵאס*, detisorem significat, vel illisorem, noster autem interpres sequutus est Sept. qui tum hîc, tum alibi vocem hanc passim *pestilentem*, verunt. Igitur locus integer ex primitiuis expressus sic effe-rendus est; *Si percusseris derisorem simplex astutus efficietur, & si increpaueris intelligentem, intelliget scientiam.* Septuaginta habent, *Pestilente flagellato, stultus astutior fiet.* Subest autem *לֹאֵס* *laghrim*, ex *לֹא* *gharam*, quod verbum, ad serpentis astutiam notandam propriè assumi alibi non semel ex Hebr. obseruationibus adscripsimus, Subiiciunt. Septuaginta. *Si autem corripueris virum prudentē, cogitabit sensum.* Aquila, Sym. & Theodotion, *cogitabit scientiam.* Chald. *Percute derisorem, & insipiens astutior fiet, & corripe prudentem, vt intelligat scientiam.*

90

Sententia vtique perspicua est, sed tamen aliqua subijciam, quæ illam splendidiorem reddant. Duplex quidem hominum genus est, alterum proteruum, & indocile, cuius salus iam desperatur: alterum facile, lentum, ac docile, quod ad bonam frugem cohortationibus facile traducitur. Vtrūque ergo Salomon commonendum esse dicit, alterum quidem flagellis frangendum, alium verò verbis mitius corripendum, nam in dissimiles mores dissimiliter animaduertendum est. Proterui vtique, atque indociles flagellis tundendi, & ictibus infringendi sunt. Nam licet ipsi propterea non resipiscant, eorum tamen castigationibus imperitus quisque sapit, & cautior efficitur, dum malo addiscens alieno, atque prudentiam serpentis indeptus, sibi deinceps astutissimè prospicit. Et quidem serpentis astutiam hîc commemorauimus, quia, vt nuper dixi, lectio originalis, cui subest, *Derisore flagellato stultus astutior efficitur*, serpentis astutiam genuinè significat: aptissimè autem ei, qui alienis malis cautior fit serpentis astutia datur, qui, vt docet Magnus Albertus in serpente, si forte locus aliquis à serpentibus infestatur, ad eos fugandos optimi remediij loco ducitur, serpentem aliquem deprehensum necare, aut igni tradere: nam totam latè regionem, ad quam adducti vel enecti colubri nidor, aut fætor peruenit, reliqui è vestigio deserunt, & in alias plagas se recipiunt. Hæc ille. Quapropter hanc serpentum prudentiam imitari dixerim illos, qui alienis calamitatibus, aut supplicij admoniti sibi deinceps consulunt, & non loca, sed mores vertunt, & ad bonam frugem se recipiunt: & sanè haud scio, an prudentiam istam homini ab initio indere voluerit Deus. Nam cum Adam admissi piaculi reum in aliorum hominum exemplum coercere, ac punire vellet, serpentem, priùs maledictione sua percussit eo consilio, vt reliquis deinceps hominibus suaderet, ad eum modum vnus protoparentis supplicio & exemplo cautos esse debere, quemadmodū serpentes vno, vel altero necato, seu adusto sibi cautissimè prospiciunt. Quantam verò vim habeant aliena mala, & supplicia ad edocendos, & commonendos simpliciores homines, ostendit Chrysostomus exemplo serpentis hom. 17. in Genesim. vbi sic scribit: *Cum diabolus serpentis opera vsus malū de-*

91

Chrysost.

derit consilium, cur bestia illi pœna infligitur? est & hoc, inquit, ineffabilis misericordie Dei opus. Nam sicut clementissimus pater puniens eum, qui filium suum occidit, & gladium, & ensen, per quem filius suus occisus est, in multas partes comminuit, eodem modo Deus egit, quippe serpens tamquam gladius diabolice seruitutis malitia, unde & perpetua ipsi pœna intentata est, & infra ipsum serpentem in Dei persona affatus sic addit. Propterea quia te in his diabolus velat instrumento usus est, perpetuam tibi pœnam impono, ut per illa, quae tibi sunt, & ille scire possit, quae ipsum expectet pœna. Et futuri homines erudiantur non ministrandum diaboli consiliis, neque stilius fraudes accipiendas, ne in eadem incidat pœnas. Et alia insuper atexit, quibus docet propterea Deum in Adamum atque Heuam mitiorem extitisse, ac leniorem illis, quã culpa ipsorum meruerat, pœnam imposuisse. Quia praemisso serpentis supplicio per illud tam ipsos, quã posteros eorum satis erudiendos, & commonendos sperabat: hoc. n. fuit ineffabilis misericordiae opus de Adami supplicio, tantumdem detrachere, quantum serpenti prius imposuerat, ait Chrysostom. nam quia ipsum alieno malo satis edocendum putabat, lenius malum illi intulit, & quidem ita Deus nobiscum sapè agit, alios utiq; seuerissimis pœnis exercet: & quia non ipsorum calamitatibus, & suppliciis ad probitatem erudiendos sperat, mitius nobiscum agit, ita ut sapius nobis id persuasum esse debeat grauissimas pœnas illis irrogatas, nobis utique adèptas, Deo ita impunitatem indulgente, quia alienis malis nos edocendos credit. Quia in re non prudentes solum, sed felices etiam putandi. Huc spectat illud peruulgatum,

Felix, quem faciunt aliena pericula cantum.
Accinit illud Tibulli.

Tybullus. Cyprian.
Felix quicumque dolore alterius discas posse carere tuo. Tribuitur etiam illud Cypriano. *Nimum praecipit est, qui transire contendit ubi conspexit alium cecidisse, & vehementer infrenis est, cui non incutitur timor, alio pereunte. Amor autem est salutis suae, qui euitat aliena mortis incursum, & ipse est prouidus qui solici us sit cladibus ceterorum.* Aliqui etiam ad hanc sententiam transferunt vulgarem illam parœmiam, *De alieno ludere corio.*

92
Si autem corripueris sapientem, intelliget disciplinam obserua eruditionis discrimen: in pestilentem. i. procacem & indocilem hominem flagellis animaduertendum esse dicit, in cum verò, qui facilis ac docilis est, correptione utendum. Nam dura, & adamantina ingenia impactis ictibus domanda, mollia verò, & cerea leni impressione informanda sunt. Ergo Salomon, nullis delictis cõnuendum, aut indulgendum esse docet, sed proteruos & indociles seuerissimè puniendos, quia etsi pœna seuerior nõnumquam illos ad resipiscenciam non adducat, ea tamen simplicibus, & ineruditis cautionem afferre solet: eos verò, qui dociles sunt, & morum facilitate praediti lenius corripiendos, & commonendos, quia his correptio, & commonitio mentem exacuit, & ad probitatem animum erudit.

93
Quod si iuxta origines legas, *Derisore flagellato stultus asturior efficitur*, id solum obseruatione dignum duxi, eum, cuius mores supplicis, aut correptionibus informari non possunt, derisorè dici, & quidem appositè. Constat. n. eos omnes nullis maiorum correptionibus resipiscere, qui leues sunt, ac derisores, quibus solemne est omnè correptionis seueritatem lepidis quibusdam iocis e-

A ludere, & supplicij risorè nugis emollire, de his fortasse loquitur Basil. in lib. de Spiritu sancto, cum ait. *Quemadmodum in corpora valde mollia, cedentiãque non possis egregiam plagam infligere, ita eos, qui palam insaniunt non possis forti, iuuenilique redargutione percellere, & quidem ex mutis, quorum mores inemendabiles existimantur, vix pauci sunt, qui eo morbo non laborent.*

XXVI. *Qui affligit patrem, & fugat matrem; ignominiosus est, ac infelix.*

B
94
Qui affligit Patrem, &c. Heb. sic conuertunt. *Expilans patrem, fugauit matrem filius pudore afficiens*, dissonat Chald. *Qui diridet patrem suum, & fugat matrem suam; filius est ignominiosus, & confusione dignus.* Septuag. etiam aliter extulerunt. *Qui inhonorat patrem, & expellit matrem suam, confundetur, & exprobrabilis erit.* Hanc dissimilitudinem lectionum reperit verbum 777 *Sadad*, quod proprie significat depredari, & diripere, aliquando etiam affligere, Psal. 17. ver. 9. *A facie impiorum qui me afflixerunt.* Aliqui referunt ad radicem 777 *Sadad*, cum puncto in sinistro cornu, quod proprie significat glebas contundere, & exterere, ita vt sensus sit, qui parentem suum proterit. j. qui illum contemnit, & gleba in morem calcibus terit; atque hinc fortasse nata est translatio Sept. *Qui inhonorat patrem suum*, in quibusdam codicibus legitur, & *fugit matrem*, sed mendum est manifestum.

Sensus ergo iuxta Hebr. lectionem sic habet, *Qui patrem expilat, & fugat matrem, ignominiosus est, ac confusione dignus.* Nam licet verba, vt sonant sic conuertenda sint. *Filius pudore afficiens, & embeccere facies*, vox tamè actiua pro passiuâ permittenda est. Vel cum Caietano legendum: *Filius ignominia, & vituperij.* Itaque ait, filius, qui paterna bona decoquit, & dilapidat, & cum matre sua acerbius agit, adeo vt contra maternae indulgentiae leges, quae filiis hærere, atq; adesse impèsè cupit, ab ipsis discedere, & longe fieri eligat, *Is*, utique filius, *ignominiosus est, & infelix*, quia nimirum parentum pietatem ea ratione laedere ignominiosum valde, ac turpe apud homines habetur. & miseriae, & infelicitatis omen, ac praesagium certissimum est. *Vel filius ignominia, & vituperij*. j. cum honor, & generis splendor à parentibus ad filios manet, eiusmodi filius hereditario honore se ipsum exiit, ac se degenerem omnino, & obscurum factis prodit. Qui n. ea ratione parentes suos violat. eorum se filium esse factis abnuunt: nã cum filij parentibus suis sponte, & ad nutum obsequi, atque illos ope, & opibus iuare debeant, qui ex aduerso in illos contumaces sunt, atque illorum bona, & fortunas euertunt, se utique filios esse abnuunt, atque adeo paternam gloriam iure hereditario capessere non debent.

95
Translatio Sept. sic habet. *Qui inhonorat patrem, & expellit matrem suam, confundetur, & exprobrabilis erit*, non solum quia parentum deonestatio ad filios vicissim transit, sed etiam quia quemadmodum nihil decorum magis filiis est, quã parentum gloriam amplificare, sic etiam nihil æquè indecorum iisdem est, quã eorumdem splendorem, & gloriam denigrare, vel labe aliqua utcũque aspergere. *Qui inhonorat patrem, per despicientiam, & contemptum, vt supra obseruauimus. j. qui illum pelsudat, & proterit; du-*

citur. n. similitudo ab aratore infringente glebas. Quasi dicat filius, qui patrē (liceat sic dicere) opprobriis arat, & maledictis profcindit, probra, & confusiones inde sibi metet: nam parentum probra quid aliud, nisi probra, & dedecora filiis parere, & germinare possunt? & quidem accommodatē satis Salomon vsus est verbo illo *שׂאדא* (quod est glebas contundere) ad significandas contumelias senioribus parentibus à filiis irrogatas, nam de viro senio confecto vulgo dici solet. *Que esta hecho tierra o monton de tierra*, nimirum propter corporis imbecillitatem, & effectas vires: aptē ergo Salomon dicit si verborum vim exprimamus. *Qui parentem, veluti glebam raseundam*. j. qui illum præ senio veluti in terrē glebam conuersum ex despiciētia proterit, & illatis contumeliis infringit, contumeliam utique, & ignominiam sibi ipsi parat; nam tellus illa imbecillis, & exhausta probra, & iniuriis profcissa, & exarata, probra, & iniurias filiis producit. Nam si spinas seris, quid inde nisi spinas metes? Chald. habet. *Qui deridet patrem*. Sed hæc lectio non dissidet à translatione Sept.

96

Vulgatus conuertit, *Qui affligit patrem*; vsus autem est verbo vniuersaliori, vt omnem vndeque profectam afflictionem, & angorem notaret, quæ parenti à filio inoitequente euenire potest, ne sententiam hanc in angustias cogeret, & quidem aptē patri afflictio vel inhonoratio iuxta Sept. & matri fugatio tribuitur. Subdit. n. *Et qui fugat matrem suam*, nam pater in publico versatur, ac latere non potest, atque adeo à filiis dehonestatus dedecus publicè sustinet, ac propterea grauius angitur, mater verò in laribus degit, quapropter si quando à filiis dedecore affecta est, ad penetralia sese recipit, & hominum cōspectum fugit, id sibi vult illud, *Et qui fugat matrem suam*. j. qui matri suæ dedecus inurens, illam in secessum, & lares compellit ne foras progredi audeat. Aliqui præmissa verba sic extimāt. *Et qui fugat matrem*. j. qui illam bonis omnibus spoliatam ad exilium adigit, sed hoc non probo. Ille igitur filius, qui patrem, ac matrem ad hūc modum læserit, *ignominiosus erit, ac infelix*. j. non solū ignominia notam turpissimam sibi inuret, sed etiā infortunata omnia, & infelicia experietur. Hinc Xenophon apud Stobæum serm. 79. vbi eos, qui in parentes iniuri sunt, pluribus insectatus est, de hac filiorum ignominia sic demum addit. *Ab hominibus quoque cauebis, ne sentientes, quod cōremas parentes, pro nihilo te habeant, & priuatus amicis omnibus solus, & inglorius maneat, si n. te arbitrabuntur erga parentes ingratum esse, nullus putabit te pro susceptis beneficiis fore in ferenda gratia memorem*. Infortunia verò & calamitates filiorum, qui parentes suos violant, alibi expendimus.

Stobæus.

XXVII. *Ne cesses audire filii doctrinam, nec ignores sermones scientiæ.*

NE cesses audire, &c. in primitiuis desiderantur duæ negationes, sic. n. verba vt iacent conuertenda sunt. *Cessa filii mi audire doctrinam, ad errandum ab eloquiis scientiæ*. Abstinēt quoque à negationibus Sept. sed paulò aliter restituit, *Filius omittens custodire disciplinam patris meditabitur eloquia multa*. Placet coniectura Iansenij,

A qui existimat Vulgatum nostrum in primitiuis ironiam agnouisse hoc sensu. *Cessa filii mi*, &c. j. missam fac doctrinam. Sed quid inde? *Errabu vtique ab eloquiis scientiæ*, quasi dicat. Si cessaueris ab auscultanda saniori doctrina ab eloquiis scientiæ profusus aberrabis. Quam sententiam noster interpres additis negationibus, & indicta prohibitionē non euariavit sensu, sed verbis, dum ait. *Ne cesses audire filii mi doctrinam*: subdit autē, *nec ignores*; quidam legunt, *ne ignores*. Sed cū sensus eodem recidat, & corrector textus, Clementis habeat, *nec*, non sunt audiendi. Chald. habet *Cresce filii mi, & audi disciplinam, & non cesses à verbis oris eius*.

B Ex Hebræis quotquot absolutè legunt, *Cessa filii mi audire doctrinam, ad errandum ab eloquiis scientiæ*, quibus hærent Rodolphus, & Caietanus, sic locum istum exponunt, *Abstine iam omnino, & desiste ab auscultandis*, perniciosis doctrinis, hæc. n. paulatim in multos errores te inducēt, nam ille, qui vel tantummodò eiusmodi doctrinis aures accommodat, non paruum sibi aberrandi periculum creat. Itaque iuxta hanc lectionem Salomon prohibet seridò audire falsa dogmata, quippe quæ, dum auribus insonant, mentibus quoque imposturam paulatim faciunt. Sicut. n. vox aspera ac stridula, initio quidem aures lædit, sed dum sæpius auditur auribus ad habitum perductis minus absurda, aliquando etiam grata videtur. Sic etiam falsa dogmata cum primum excipiuntur mentem sono suo offendunt, quod si mens illis crebra repetitione assuescat, paulò post placidè, & iucundè auscultatur. Propterea ait, *Cessa audire doctrinam* j. Si eam hactenus non audisti, numquam deinceps illi aures accommodes, quod si aliquando illam accepisti, abstine deinceps, & aures tuas opprime, nam per aures transmissa animam excantat, & deludit. Ceterum aliam esse Salomonis mentem, & priorem illam partem non de falsis dogmatibus, sed de bona, & salutari doctina capiendam esse non solum Vulgata interpretatio, sed etiam translatio Sept. suadet, quæ sic habet.

98

Filius omittens custodire disciplinam patris meditabitur eloquia mala. j. statim atque filius salutaribus parentis sui monitis audiens esse desinit, deprauatas aliorum doctrinas haurire incipit, qui enim patrem salutaria docentem nō auscultat, reliquos eadem præcipientes, velut à fortiori non audiet. Quapropter bene colligit Salomon, filiū indocilem, qui parentis salutare præceptiones non accipit, prauis aliorum monitis omnino acquiescere. Posset etiam aliquis extrema illa verba, *Meditabitur eloquia mala*, alio sensu donare. j. meditabitur mala aliis dicere, & eloqui, malam scilicet, & perniciosam doctrinam aliis se tradet, quia non bonis ipse ab initio imbutus dogmatibus, non bonas aliis insillabit doctrinas. Sed vt alia omittam, id tantum ex translatione Septuaginta mihi sumo, scilicet hunc versum non de cuiuscumque doctoris præceptis in vniuersum accipiendum esse, sed presè, & specialiter de parentum admonitione, & doctrina, atque inde lux comparatur Vulgatae lectioni.

E

Ne cesses audire filii doctrinam, cuiusnam? Parentis utique. Quasi dicat, nullo tēpore vitæ tuæ, etiam si adoleueris, & satis tibi ipsi sapere videaris, ne propterea committas, vt patris tui monitis salutaribus non acquiescas. Hunc sensum spirat Chald. paraphrasis cū ait, *Cresce filii mi, & audi disciplinam patris*. j. etiā si crescas, & ætate prouectus sis, audi nihilominus patris tui doctrinam:

99

tua depone, & illius consilia libens suscipe. Nam in his, quæ tua sunt, & ad morum honestatem pertinent, meliora ipse cõsulet, quàm tu ipse sapias, & propria consultatione assequi poteris. Et quidem parentum monitis tantundem tribuendum esse docet Plato, ut pro oraculis omnia haberi debeant, nam eum præmississet lib. 11. de legibus. *Nullum aliud tale, & tam efficax simulacrum domi haberi posse si recte, & ut decet, a filiis colatur.* Addit, Patris responsa filiis oracula esse, à quibus decipi, & falli quodammodo impossibile sit. Itaque qui sua sectatur consilia decipi sæpius potest, qui autem patris monitis, & præceptis acquiescit, perraro admodum aberrabit. Subdit Salomon. *Nec ignores sermones scientiæ, quod sic cum superiori Emystichio nectendum est, parentis doctrinam omni tempore ausculta, nec sermones optimos ignorare velis, quod perinde est ac si dicat, si optimos quosque, & honestatem suadentes sermones ignorare non vis, parentum doctrinam audire nequaquam intermittas, ac detrectes.*

XXVIII. Testis iniquus deridet iudicium, & os impiorum deuorat iniquitatem.

Testis iniquus deridet iudicium, &c. Heb. ad verbum. *Testis Belial hal de: idebit iudicium, & os impiorum deuorat iniquitatem.* Caiet. paulò aliter restituit. *Testis Belial faciet interpretari iudicium, &c.* Chald. cõcinit cum nostro Vulgato. Hanc diuersitatem peperit verbum *לול* quod significat, *deridere, & illudere.* aliquando etiam, *interpretari, & perorare.* Sept. ab aliis interpretibus longissimè abeunt. *Qui spondet puerum imprudentem contumelia afflicte iustificationem, os autem impiorum deuorant iudicia.* Quomodo autem hæc translatio ab originibus non abhorreat infra dicemus. Aquila, & Theodotion *Testis exlex,* denique extrema illa verba, *Et os impiorum deuorat iniquitatem,* Alij sic restituant. *Et os impiorum abscondit impietatem.*

Se licet supra ca. 6. aliquid de voce, *Belial,* adscriptum, placet hinc huius nominis origines, & significationes amplius perferuari. Quidam existant id nominis ex nulla radice manare. Sed rursus alij radieem non vnam eruant, est autem Hebr. *בליעל* *Belijaghal.* Ergo plerique in his Hieronymus, componunt hoc nomen ex particula *בל* *Bal,* aut *בלי* *Beli,* absque, vel sine, & ex radice, *גחל* *Ghual,* vnde fit. *גחל* *Ghol,* iugum, nimirum absque iugo. Sunt qui referant ad radicem *לול* *laghal,* proficere, vel vtilem esse. Ita vt significet virum inutilem, nulli proficuum, & omnibus noxium. Rursus alij deriuant ex *גחל* *Ghalab,* i, *ascendit, prouectus* est, ac perinde esse censent, ac non ascendentem, vel non proficientem, vnde Montanus non semel conuertit, *Absque profectu.* Cæterum siue ex præmissis radicibus, siue aliunde fluat nomen hoc *Belial,* tamen reuera aliud est id, quod germanè, & propriè significat, aliud verò id, ad quod significandum viurpatur. Imprimis ergo non semel hoc nomen diabolo tribuitur: hanc significationem habere videtur apud Paulum 2. ad Corinth. cap. 6. *Qua autem conuentio Christi, & Belial.* & Plal. 17. *Torrentes iniquitatis tenuerunt me.* D. Hieronymus conuertit. *Torrentes diaboli.* 3. Reg. 21. *At illis scilicet, ut viri diabolici dixerunt contra eum testimonium coram multitudinem.* Heb. *Ve viri Belial.* Rationem autem ob-

A tulit D. Hieron super illud ad Ephes. 4. *Nolite locum dare Diabolo.* *Diabolus* inquit ab Apostolo dicitur *Belial,* hec est absque iugo, quod de collo suo abiecerit seruitutem. Ad hæc in variis scripturæ locis dissimiles habet significationes nomen hoc *Belial.* quas Vulgatus pro re nata accommodauit. *Iudic. 19. vers. 22. Absque iugo* Prouerb. 6. & Job *Psal. 101.* non semel. *Apostatam,* restituit. *Psal. 101. iniustum* & alibi sæpe, *imprium,* & impietatem trãsfert. *Nahum. 1. cap. 1. & 2. præuicatorum,* & cap. 2. *desperatorem* cõuertit nescio an aliter aliis in locis: Sept. interpretes per sæpe, *pestilentem* & *pestilentiam,* cõuertunt. 1. Reg. c. 1. *Fili Heli, fili Belial.* Septuaginta *1. Reg. 1. viderunt. i. Filij pestilentes,* & cap. 10. *Filij Belial dixerunt,* &c. Græcè *υιοι νοιω* & cã primo. *Sic repures ancillam tuam, quasi vnam de filiabus Belial.* Græcè *υια νεα νοιω* i, *Filiam pestilentem.* Ex quibus omnibus constat eo nomine, aut diabolum notari; aut eum homini tribuitur, virum vtique diabolo deotum, vel omnino nequam, summè sceleratum, profligatum, perditum deploratum significari, cum verò abstractè sumitur, nequitiam, & extremam improbitatem significare. Rursus constat non aliquam malitiæ aut nequitie peculiarem, & signatam speciem, sed omnes, acque singulas pro re nata, & loci in quo occurrit, exigentia significatione sua complecti.

C His ergo prælibatis Vulgatam lectionem facili sensu donat interpretes. *Testis iniquus deridet iudicium.* i. testis, qui falsa testimonio suo comprobabat, iudicium despicit, & pro nihilo ducit, sed quia iudicium non vno modo concipi potest, aliter atque aliter hæc verba æstimant. Nam plures iudicium Dei. i. legem accipiunt, quæ falsum testimonium prohibet, cum ait. *Non falsum testimonium dices,* quasi dicat, testis iniquus legem Dei aspernatur, quæ falsum testimonium serio interdicit. Alij rursus extremam Dei sententiam intelligunt, qui falsos testes seuerissimis apud inferos pœnis subiicit, iuxta illud, *Testis falsus non erit impunitus.* Itaque sensus sit, testis iniquus humanum iudicium, declinare tantundem conatur, Dei verò extremum iudicium, cui denique sistendum est, irridet. Denique alij civile iudicium notari autumant hoc sensu. Testis iniquus publica iudicium arbitria, & sententias prorsus contemnit, & apud se ridens despicit, quippe cui fallacia, & error indicantium notus est. Sed licet hæc appositè dicta sunt, tamen alia est, ni fallor, Salomonis mens, quem primò de iudicio civili, & publico loqui cum aliis sentio: deinde obseruare iubeo, illi *deridet,* in Priuatiuis subijci, *וילי, Talis* in coniugatione Hephil, cuius coniugationis vis valde nota est, & hinc à Caietano perspicuè adnotata Itaque si verbi illius sonum exprimamus, sic locus efferendus erit. *Testis iniquus deridere faciet iudicium.* Quapropter sensus hic erit. Testis falsa enuncians sanctissima iudicium arbitria, & sententias ridiculas, & contemptibiles facit; nam reum testimonio suo absolvens ridiculos illi iudices, & eorum sententias ridiculas reddit. Quid in e? ex contemptu iudiciorum audacia quædam proiectissima ad transgrediendum oritur. Propterea subdit, *Et os impiorum deuorat iniquitatem.* quasi dicat, impij sperantes, se falsi alicuius testis iurando absoluedos, ingentia scelera deuorant, i, confidentissimè admittunt, cui ad simile est illud Job 15. *Qui bibit velut aquam iniquitatem,* nimirum sitim suam, & appetitum transgrediendi exfatiant. Obseruat autem Lyra appositè dictum, *deuorat iniquitatem,* nam qui deuorat, inquit, ci-

2. Cor. 6.
Psal. 17.
3. Reg. 21.

Qua autem conuentio Christi, & Belial. & Plal. 17. Torrentes iniquitatis tenuerunt me. D. Hieronymus conuertit. Torrentes diaboli. 3. Reg. 21. At illis scilicet, ut viri diabolici dixerunt contra eum testimonium coram multitudinem. Heb. Ve viri Belial. Rationem autem ob-

102

103

bos, non non tentibus conterit; ex quo fit, vt cibi amaritudinem, nec dentium stuporem deglutendo sentiat. Hoc verò accommodatissime in eos quadrat, qui testibus falsis confisi scelera audacter perpetrant. Nam cum pramississet Salomon testes falsidicos derisibilem, & contemptibilem facere iudicem attexit. *Et os impiorum deuorat iniquitatem*. i. nullo amaritudinis sensu, nullo dentium stupore ingerit, hoc est scelerum suorum pœnas nullas luunt, quia testibus conuinci non possunt. Aliter etiam accipi potest verbum illud *deuorat*, i. impij occultè scelera sua transigunt: quia scilicet testibus reuinci non possunt. Is n. qui aliquid furtim, & in abscondito comedit studio latendi, illud auidissimè vorare solet. Huc spectauit Aabacuc. i. *Exultatio eorum, sicut eius, qui deuorat pauperem in abscondito*, atque adèd sensus erit. *Et os impiorum deuorat iniquitatem*, i. ob defectum veracium testium impij iniquitates suas abscondere, celare & in occulto peragere licet.

Cæterum alij magis aptè hæc extrema verba falsis quoque testibus dedunt, hoc modo. *Et os impiorum deuorat iniquitatem* nimirum os iniquorum testium diem celat, absconditque aliena scelera, neu comprobati possint, ipsa deuorat. Sensus verò ad hunc modum conformari debet. *Os impiorum deuorat iniquitatem*. i. aliorum scelera, & noxas falsis attestacionibus celantes sua faciunt, nam qui ea ratione delicta aliena dissimulat, aut iisdem se criminibus adstringi omnino declarat, aut certè, dissimulando, & celando alienorum criminum consors, fit. Id verò accommodatè significat verbum illud *deuorat*: nam quemadmodum qui cibos ingerit, eos decoquit, & in propriam transfert substantiam; sic etiam qui aliena scelera dissimulando occultit sic facit, atque adeo aptissime ea deuorare, & deglutire dicitur.

Ad hæc Rodolphus posteriorem istam clausulam de iudicibus exponit, quorum arbitrio causæ dirimuntur. *Os impiorum deuorat, vel operit iniquitatem*. j. iniqui iudices perperam iudicantes reos absolunt, & eorum scelera dissimulando contegunt. Itaque sentit Rodolphus Salomonem non solum in falsos testes, sed etiam in iudices iniustos inuehi, qui delicta grauiam conuiuendo & non inquirendo inulta relinquunt. Nam duæ sunt præcipuæ iudiciorum corruptelæ, testium falsitas, & iudicium in iustitia, & quidem iuxta hæc interpretationem non infulsè accommodari potest verbum illud, *deuorat*, nam quemadmodum qui cibos deuorat, non comminuit, nec diuidit dentibus sed integros, & indistributos in stomachum deuoluit: sic iudex iniquus sceleratorum hominum causas non concidit, ac disquirendo discutit, sed integras quodammodo, indilcussas, & indigestas vorat. Nam (vt liceat aliquid proprio Marte comminisci) testes in iudicio pro dentibus sunt, iudices, palati & linguæ vices gerunt; nam sicut, lingua, & palatum de cibi sapore decernunt dentes verò cibos comminuunt, & concidunt, comminuentisque, ac concidentes in lingua & palato saporis sensum excitant: sic etiam iudices de causis sententiam ferunt; testes verò eas veluti comminuentes, & distribuentes ipsarum sensum, & iustam æstimationem in iudicibus efficiunt. Quapropter iudex, qui ad dirimendas causas locupletes testes, & examen accuratum non adhibet. similis est ei, qui dentibus non vitur, atque adèd indistributas escas deuorat, nullo, aut exiguo earum sapore percepto, ac propterea verum & iustum de illis iudicium pronunciare nō potest:

A sed licet duæ extremæ expositiones reselli non debeant, prima tamen oratio præferenda est.

Reliquum est, vt expendamus nomen illud, *Belial*, quo falsum testem Salomon. suggillat. *Testis Belial*. inquit, *deridet iudiciū*. Sed vt alia omitam, *Testis Belial, testem diaboli, vel testem diaboli cum sonat*, quo nomine testes falsos compellauit Vulgatus loco supra citato 3. Reg. 21. *Et adductis duobus viris filiis diaboli fecerunt eos sedere contra eum. At illi scilicet viri diaboli dixerunt contra eum testimonium coram multitudine*. Vtrobique autem subest vox *Belial*, nec immeritò filij diaboli, aut viri dibolici testes falsi appellantur, quia cum diabolus sit omnis mendacij, & falsitatis parens falsi testes ipsum imitantur, & ad ipsum pertinent D. Aug. in Ioan. 42. ad illa verba, *Cum loquitur mendacium ex proprijs loquitur, quia mendax est, & pater eius*, subdit, hominem quidem mendacem esse, diabolum autem mendacij, & falsitatis parentem. Hoc autem discrimen declarat his verbis. *Non omnis qui mentitur pater est mendacij sui: si n. ab alio mendacium accepisti, & dixisti: tu quidem mentitus es proferendo mendacium, sed pater ipsius mendacij non es, quia ab alio accepisti mendacium. Diabolus ergo à seipso mendax fuit, mendacium suum ipse genuit, quod à nemine audivit. Quomodo Deus pater genuit, filium veritatem, si diabolus lapsus genuit quasi filium mendacium*. Et infra sic attexit. *Num forte tu mendax es, quia mendacium loqueris, sed nō es pater mendacij, nā quod dicis mendacium à diabolo accepisti, & illi credidisti, &c.* Itaq;

B Augustinus sentit mendacia, & falsa testimonia diabolo dictante semper ab hominibus enunciari, atq; adeo iure optimo, *testis falsidicus, testis Belial*, vel testis diabolicus appellatur, qui scilicet diabolo inspirante testatur. Ad hæc idem Aug. de ciuitate lib. 14. cap. 5. & 4. omnes homines in duas factiones fecat, quarum altera secundum Deum viuit, altera secundum hominem, vel quod idem est, secundum diabolum, vtramque verò per mendacium vtiq; ac veritatem partiri dicit. Qui. n. ex Deo, inquit, sunt, & secundum Deum viuunt, secundum veritatem viuunt; qui autem ex diabolo, & secundum hominem agunt, mendacia sectantur. Et rursus in libro de Mendacio ad Consentium, eos, qui mentiuntur, *diaboli membra appellat*. Succedant ergo memoriæ Pauli verba, ad Ephes. 4. *Propter quod deponentes mendacium loquimini veritatem, unusquisque cum proximo suo, quia sumus inuicem membra*. Et paulò ante sic præmiserat. *Veritatem autem facientes in charitate crescimus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam subministrationis, &c.* Ex quibus constat fidelium membra per veritatem, seu veracitatem inuicem inter se, & sub capite suo Christo neci, & sociari. Quid inde? sane falsiloqui, & mendaces huius corporis compagem soluentes ab ipso auulsi Christo, membra esse desinunt, & in diaboli membra transeunt; ita vt meritò testis falsus Belial, seu diabolicus appellari debeat, ipsi videlicet diabolo seu membrū quoddam agglutinatus.

C Augustinus sentit mendacia, & falsa testimonia diabolo dictante semper ab hominibus enunciari, atq; adeo iure optimo, *testis falsidicus, testis Belial*, vel testis diabolicus appellatur, qui scilicet diabolo inspirante testatur. Ad hæc idem Aug. de ciuitate lib. 14. cap. 5. & 4. omnes homines in duas factiones fecat, quarum altera secundum Deum viuit, altera secundum hominem, vel quod idem est, secundum diabolum, vtramque verò per mendacium vtiq; ac veritatem partiri dicit. Qui. n. ex Deo, inquit, sunt, & secundum Deum viuunt, secundum veritatem viuunt; qui autem ex diabolo, & secundum hominem agunt, mendacia sectantur. Et rursus in libro de Mendacio ad Consentium, eos, qui mentiuntur, *diaboli membra appellat*. Succedant ergo memoriæ Pauli verba, ad Ephes. 4. *Propter quod deponentes mendacium loquimini veritatem, unusquisque cum proximo suo, quia sumus inuicem membra*. Et paulò ante sic præmiserat. *Veritatem autem facientes in charitate crescimus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam subministrationis, &c.* Ex quibus constat fidelium membra per veritatem, seu veracitatem inuicem inter se, & sub capite suo Christo neci, & sociari. Quid inde? sane falsiloqui, & mendaces huius corporis compagem soluentes ab ipso auulsi Christo, membra esse desinunt, & in diaboli membra transeunt; ita vt meritò testis falsus Belial, seu diabolicus appellari debeat, ipsi videlicet diabolo seu membrū quoddam agglutinatus.

D Duas vtiq; res asserui, nimirum falsiloquos à Christi corpore auelli, & eosdem in diaboli membra demigrare, vtramque probo. Sanè nihil vnus corporis membris magis proprium, quam sibi inuicem veritatem assidue testari, & insinuarè. Audi Chrysof. hom. 13. in Epist. ad Ephes. vbi illa verba, *Propter quod deponentes mendacium, &c.* sic expedit. *Non fallit oculus pedè, neque pes oculum. Vt si sit fossa profunda, & super terram positus arum-*

Abac. 1.

103
Rodolph.

104

3. Reg. 21.

August.

ad Ephes. 4.

105

Chrysof.

dinibus, & terra operis, in superficie praebeat oculis opinione terra solida, an non utitur pede, ut sciat nū sit inferius vacuum, an renitatur, & resistat, num non fallat pes, & quod est renūciat? Quid verò si serpeniem viderit oculus, aut seram, num fallit pedem non statim renūciatur? ille autem cum ab eo didicerit, non amplius pergit. Quid autem quando neque oculus, neque pars inuenerit, sed id solum sit odoratus, ut utrum sit venenū lethale, an non: os non fallit odoratus. Quare nam seipsum quoque perdit, si fallat. Quid verò lingua fallit ne stomachum? nam cum amarum quidem viderit reiecit, sin autem dulce trāsmittit, vide curam, & providentiam corporis ex veritate oriri. Ita nos quoque, ne mentiamur, ne fallamus si sumus alter alterius mēbra. Haecenus Chrysof. qui ex multis pauca mēbra numeravit, sed de reliquis eadem ratio est, adeo ut certum sit omnem membrorum societatem, & mutua auxilia ex veritate pendere, quam sibi inuicem insinuant. Vnde merito Paulus inde veracitatem omnibus suadet, quia sumus inuicem membra. Ceterum ista veritas à Chrysof. observata, quam membra sibi inuicem annunciant, eam veritate in propriè notat, quam fideles tamquam vnius corporis membra inter se inuicem commercii, & reliqua conuersatione asseruare debent. Alia quidem in mēbris veritas est, quae testium veracitati melius respondet, illa scilicet, quae in quibusdam corporis partibus elucet, quas Medici indicatius vocant: haec sunt arteria, quae pulsatione sua salutem aut morbos indicant; facies oculi, & alia, quae morborum, atque omnium in vniuersum animi motuum certissimi indices sunt, & quidem sicut in ore duorum, aut trium testium stat omne verbum verum, ex diuina, canonica, & c. uili dispositione: sic etiam in corpore, ut autor est Galenus de partibus lib. i. triplex quoque; arteria est, quae pulsatione sua Medico, tamquam valetudinis arbitro, testimonium reddit, duplex quidem in duplici vniuersae manus carpo, tertia in fronte supra nares. Et quemadmodum iudex duos minimum ad sententiam ferendam testes interrogat, sic etiam Medicus ex artis praescripto duas quoque arterias, dextram, & sinistram pertentat, & explorat. Ergo ex eo, quod vnius corporis membra sumus, non modo seruanda inuicem veritatis in commercii, & reliqua vitae conuersatione, debitū, oritur sed etiam vera testimonia apud iudices, & superiores reddendi, ut quemadmodum arteriae pulsatione sua latentes corporis morbos Medicis produunt, sic etiam & nos occulta fratrum delicta vera attestatone ad iudices & magistratus referamus. *Quia sumus inuicem membra.* Ille ergo, cuius testimonium à iudice exquiritur, meminerit se in communitatis corpore arteriam quandam, cuius pulsu iudex Medici ad instar de membrorum sanitate aut valetudine statuere debeat, atque adeo veracem omnino esse oportere. Quemadmodū. n. si morbo saeuiente pulsatio cesset omnino, aut per intervalla, salus aegri desperatur: ita etiam cum testes quaesiti ciuium delicta veraciter non deponunt, reipublicae salus periclitatur. Quid plura? Aristoteles in libro de spiritu docet in omni corporis membro pulsationem aliquam esse, nam licet in tribus supra adscriptis arteriis, manuū scilicet, ac frōtis, pulsus potissimum vigeat, nulla tamen ex praecipuis corporis partibus pulsu caret, adeo, ut pulsatio sit vitae coarua, & non nisi intermoriente membro omnino deficiat, iam intelligis quò tendam. Tandiu profecto fideles, velut mēbra viua sunt in corpore, cui caput Christus exi-

stitit, quamdiu in illis pulsatio vigeat, quamdiu scilicet quaesiti, & explorati, morbos latentes, hoc est delicta proximorum occulta veraciter annunciant: si. n. pulsatio isthaec, scilicet testificandi veracitas, desit, velut demortua, & sensu carentia membra à corpore excinduntur. Rursus alio ex capite falsi testes ad corpus Ecclesiae nō pertinet, quia scilicet huic corpori vnum, & singulare caput est, nempe Christus Dominus, ait enim Paulus. *Veritatem autē facientes in charitate cresecamus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum, &c.* & quidem apte, quia ut corpori vnum sit caput, vna debet esse illi mens, & vna sententia. Nam quot sententiae sunt, tot utique capita esse dicuntur. Ergo veritas vna cum sit, plurium sententias, & mentes in vnam mentē & sententiam cogit, mendacium verò & falsitas multiplex est, ac multiforme, atque adeo vnitatem soluit, plures, ac dissimiles sententias, & ex cōsequenti plura capita inducit. Hinc est, ut ex his, qui mendacia consecantur, vnum corpus sub vno capite coalescere non possit. Vnde à D. Eph. mendacium, *multiforme, ac multiceps*, merito appellatur. Mendax ergo ac falsidicus testis, vel ob hanc solam causam à corpore Christi deficit, quia vnitatem capitis excludit, & ob eandem rationem ad diaboli corpus transit: hoc. n. multiceps est. Quod nimirum Apocal. 13. Draco ille magnus adumbrat septena capita habens, ita ut merito August. falsiloquum, & mendacem testem, *diaboli membrum* appelleret, & Salomon Belial. j. diabolum nominet.

Sed quia supra diximus Belial ex germana sua significatione idem esse, quod *absque iugo*, haec utique significatio in falsum testē non ineptè cadit, non solum quia iugi expers comparem excludit, sed quia omnia legum iuga excutit, nam cum leges diuinae, & humanae, seu ciuiles, falsos testes seuerè coërceat, ipse vtriusque legis iugo decusso liberè transgreditur, nec solum ipse hanc legum iuga à cervicibus depellit suis, sed etiam in causa est, ut alij ab iisdem minimè premantur. Quia ex legibus illa potissimum iugi nomen ferunt, quae poenas irrogant delictis, haec autem non, si post plenam testium comprobationem vim suam fortiri possunt. Quapropter si testes quaesiti vere non renuncient, legum seueritas neminem premere, ac coërceere poterit Merito ergo Aquila in hoc loco pro teste *Belial. j.* iugi experte, *ἄρμος. j.* ex legem, transtulit, quia nec legibus ipse premitur, nec alios ab eisdem coërceat, & contineri sinit. Mitto alias significationes nominis Belial, quae nullo negotio falsis testibus adaptari possunt.

Succedat translatio Sept. quae magna ex parte à Vulgato nostro abhorret, non tamen ab originali lectione: haec. n. proculdubio vtramque capit Noster habet, *Testis iniquus deridet iudiciū.* Sept. verò, *Qui spondet puerum imprudentem consumelia afficit iustificationem*, pro teste ergo in originibus subest, 71 *Ghed*, quod Vulgatus traxit quidem ex radice 71 *Ghauad*, quae significat *obtestari*, & *testificari*, ideo testem aptè cōuertit. Sept. verò eadem vocem ex 71 *Iaghad*, duxisse videtur, quod significat, *despondere, promittere, & conducere*, atque inde 71 *ghed*, despondens, vel promittens. Rursus pro voce illa *iniquus*, in primitiuis, ut iam dixi, est, בליעל *Belij ighal*, quam plures componi dicunt ex particula illa בלי *Beli*, & ex radice 71 *ghauad: be-* li autem non solum est particula negans, nimirum *sine*, & *absque* sed aliquando idem est quod *nihil*: nisi malis beli esse nomen deductum ex radice

Paul.

D. Ephrem

Apoc. 13

108

109

הלל *Balah*, quæ significat mittere, & confundere, ita vt *confusum* sonet, quod ad mentem translātū ab *stulto* nihil differt. Rurſus radix illa *ghanal*, ex qua ſupra הלל *ghol* fieri diximus, quod eſt *iugum*, ex propria, & germana ſignificatione interpretatur *lattare*, ex qua etiā הלל *ghal*, j, paruulus, vel *lactans*. Itaque vox illa ſuperior anceps eſt, atque adeo æquæ ad puerum ſignificandum allici potest, & ad iugum notandum. Hactenus ex originibus deducimus priora illa verba, *ſpondens puerum ſtultum*, quibus aliqua difficultas inerat, reliqua facilia ſunt; nā pro *deridebit*, ſubiūciunt Sept. contumelia afficiet, & pro iudicio, *iuſtificatione*, ſub- eſt. n. in primitiuis, מִשְׁפָּח *Miphat*, quæ vox latiſſimam habet ſignificationem, eſt iudicium, lex, ius, & in vniuerſum omne Dei decretum, aut præceptum ſonat. his præmiſſis.

110

Locus iſte tripliciter ſenſum capere poteſt; Prior eſt. *Qui ſpondet puerum imprudentem contumelia afficit iuſtificationem*. j. qui ex multis filiis vnum aliquem imprudentem & fatuum Deo offert, aliis prudentioribus, & ſanioribus ſibi ſeruatis, contumelia afficit Dei ſanctitatem, aut votum ſuum vtique abiicit, & dedecore afficit: quia doni indecentia, & indignitas Deum offendit, & donantis oblationem extenuat. Accidet. n. huic parenti, quod merito in ſacrificiis Cain inculſat Deus ipſe, Gen. 4. Nam vbi nos habemus, *Nonne ſi bene egeris recipies ſin autem male ſtatim*, &c. Sept. ſic conuertunt. *Nonne ſi recte offeras, non autem recte diuidas, peccabis*. Quid eſt autem recte offerre, & malè diuidere? ſane vitio vertitur Cain, quod nuper in Abel fuerat laudi datum: de Abel. n. ait ſcriptura, *Obtulit de primogenitu gregis ſui, & de adipibus eorum*. Ergo ideo carpitur oblatio Cain, quia cum ex frugibus terræ Deo libaſſet, præſtantiſſimos fructus ſibi ſeruauerat, tenuesque & maxime infœlices Deo vouerat: hoc autem quid aliud eſt, niſi malè & perperam cum Deo ipſo partiri? *Recte igitur obtulit Cain ſed malè diuiſit*. Sic etiā, qui ex multis filiis maxime fatuos, & ineptos, & ex filiabus maxime deformes Deo libat, malè vtique diuidit, atque adeo contumelia ipſum afficit. Ex filiis ergo, & filiabus maxime ſani, prudentes, & elegantes Deo ſunt offerendi, vt Deo debitus honor præſtetur, & vt oblatio ſit perfecta & Deo accepta. D. Chryſoſt. de Annæ oblatione verba faciens, in hom. de pueri Samuelis educatione ad illa verba. *Et nunc commodo enim Domino, ſic ſerit. Hac dum loquitur ſeipſam cum puero ſuo primogenito quem impenſè diligebat, ſed cauit, quaſi ſolido quodam natura affectu ſeipſam templo alligās, etenim ſi vbi eſt theſaurus hominis, illic eſt & cor eius, multo magis vbi puer mulieris, ibi & mens illius erat, atque uterus illius ſimul implebatur benedictione*. Obſerua optimā rationem, propter quā ſibi optima, & maxime dilecta Deus donari gratulatur, deteriora verò, & minus dilecta ſibi offerri grauiter fert, quia cum illis animus etiam transfertur, his autem oblatiſ animus retinetur. Huic autem ſententiæ aptatur altera expositio illius loci, *Nonne ſi recte offeras, malè autem diuidas, pec-*

Gen. 4.

Chryſoſt.

A *cabis*, quam Patres paſſim vſurpant, j. ſi diuidas, ſeu diſtrahas, cor animūque ab oblatione, id. n. putant eſſe malè diuidere.

111

Secunda expositio huius loci ſic conformari poteſt, *Qui ſpondet puerum imprudentem*, vox originalis, vt nuper admonui, *puerum lactantem* ſonat, nec dum rationis, & conſilij vſura præditum. Ergo ſenſus erit, Qui puerum ſenſus, & rationis expertem Deo deuotus, nec expectato illius cōſenſu, & libera voluntate, quæ ſuccedente ætate accedit, contumeliæ exponit oblationem ſuam, nam poſtea ipſe conſilij, & ratione compos factus, reſilire poterit, & votum omnino fallere.

B

Denique tertia & accommodatior interpretatio ad nuptias ſpectat, nam, vt ſupra animaduerti, vox illa הלל *ghed*, perinde eſt, ac, *deſpondens*, vt ſit ſenſus, Qui puerum conſilij expertem antequam ſuccedente ætate de rebus ſtatuerre, & vite ſuæ ſtatum deligere conſultè poſſit, in matrimonium dat, contumelia, & dedecore afficit ſanctitatem, atque illam defraudat. Fieri n. potuit, vt is ſiquidem ad annos conſilij, & adultam ætatem liber perueniſſet, meliora ſapiens ſanius aliquid decerneret, continentiam coniugio præferens, quapropter ob hanc ſolam rationem differenda iuue- num coniugia ſunt.

XXIX. Parata ſunt deriſoribus iudicia, & mallei percutientes ſtultorum corporibus.

C

Parata ſunt, &c. Hebr. Et percuffiones ſtultorum dorſo. ſed noſter accommodatè tranſtulit, *malleos*, nam vox originalis ſignificat, *grauem percuffionem*. Chal. *Et verbera corporibus eorum*. Sept. *Parantur incemperantibus ſtigella, & ſupplicia ſimiliter imprudentibus*. Theodotion. *Et confractioes dorſo dementium*. Symmach. concinit cum noſtra lectione.

112

Senſus in promptu eſt, hi ſcilicet, qui per riſum operantur ſcelera, non abibunt impunes, non per riſum, ſed ſerio pœnas dabunt. *Parata ſunt deriſoribus iudicia*: obſerua oppoſitionem verborum, quid nugacius *deriſore*? quid ſeuerius *iudicio*? hoc ergo deriſori impendit. Et quidem hi deriſores propterea temerè, & per riſum tranſgrediebantur quia ſupplicia ſua leuiora fore putabant; non ita inquit Salomon, *ſed mallei percutientes ſtultorum corporibus*. j. grauiffimi ictus. Vel certè alluſio eſt ad crurifragium, quod his, qui in crucem agebantur dari conſuevit, hoc enim malleis inferri ſolitū credibile eſt, vt ſenſus ſit, *Mallei percutientes ſtultorum corporibus*. Vel vt habent Origines, *Confractioes, vel contuſiones ſtultorum corporibus*. j. crux, & crurifragium ſtultis illis deriſoribus. Quasi dicat, adeo ſeuerè cum illis nugatoribus fiet, vt extrema ſupplicia, crucem videlicet & crurium, totiusque corporis effractionem experiri cogantur. De crurifragio autem lege Liphium, de Cruce lib. 2. cap. 14.

E



CAPVT XX.

SALOMONIS.



*V*xuriosa res, vinum, & tumultuosa ebrietas: quicumque his delectatur, non erit sapiens. 2. Sicut rugitus leonis, ita & terror Regis: qui prouocat eum, peccat in animam suam. 3. Honor est homini, qui separat se à contentionibus: omnes autem stulti miscentur contumeliis. 4. Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo astate, & non dabitur illi. 5. Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri: sed homo sapiens exhauriet illud. 6. Multi homines misericordes vocantur: virum autem fidelem quis inueniet? 7. Iustus, qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios derelinquet. 8. Rex, qui sedet in folio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. 9. Quis potest dicere: Munus est cor meum, purus sum à peccato? 10. Pondus & pondus, mensura & mensura: vtrumque abominabile est apud Deum. 11. Ex studiis suis intelligitur puer, si munda, & recta sint opera eius. 12. Aurem audientem, & oculum videntem, Dominus fecit vtrumque. 13. Noti diligere somnum, ne te egestas opprimat: aperi oculos tuos, & saturare panibus. 14. Malum est, malum est, dicit omnis emptor: & cum recesserit, tunc gloriabitur. 15. Est aurum & multitudo gemmarum: & vas pretiosum labia scientiæ. 16. Tolle vestimentum eius, qui fideiussor extitit alieni, & pro extraneis aufer pignus ab eo. 17. Suauis est homini panis mendacij; & postea implebitur os eius calculo. 18. Cogitationes consilij roborantur: & gubernaculis tractanda sunt bella. 19. Ei, qui reuelat mysteria, & ambulat fraudulentem & dilatat labia sua, ne commiscearis. 20. Qui maledicit patri suo, & matri, extinguetur lucerna eius in medijs tenebris. 21. Hereditas, ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit. 22. Ne dicas; Reddam malum: expecta Dominum, & liberabit te. 23. Abominatio est apud Dominum pondus & pondus: statera dolosa non est bona. 24. A Domino diriguntur gressus viri: quis autem hominum intelligere potest viam suam? 25. Ruina est homini deuorare sanctos, & post vota retractare. 26. Dissipat impios rex sapiens, & incuruat super eos fornicem. 27. Lucerna Domini spiraculum hominis, quæ inuestigat omnia secreta ventris. 28. Misericordia & veritas custodiunt Regem, & roboratur clementia thronus eius. 29. Exultatio iuuenum, fortitudo eorum: & dignitas senum, canities. 30. Liuor vulneris absterget mala: & plaga in secretioribus ventris.

CAPVT XX. SALOMONIS.

I. *Luxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas: quicumque ea delectatur non erit sapiens.*



VXURIOSA res vinum. Hebr. לֵּטְ הַיַּיִן *Lets haiajn*. Derisor vinu. Fluit enim Lets, à radice לֵט *Luts*, id est, derisit, illudit, quod plerique ita exponendum putant, *Derisorem fecit vinu*: quia videlicet qui vi-

no indulgent nimium gaces, ac derisores sunt. Vinum quippè nimium, effusam nimis latitiam cordi immittit, atque inde nugæ, & irrisiones aliorum. Huc spectat illud Homeri apud Stobæum: *Vinum quamuis sapientissimum cantare, molliter videre, & eripudare impulsit*. Alij melius *derisor vinum*, id est, vinum eos, qui se in ingurgitant ridiculos facit: nam temulenti ob deformes morus, & gestus ab omnibus irridentur. Huc spectat translatio Chaldaïca, quæ sic habet: *Ad illusionem est vinum*. Plures etiam conuertunt, *Pestilens vinum*, aut *pestilentia vinum*. Solent enim Septuaginta, & Vulgatus ex voce illa Lets, לֵט , pestilentem, aut pestilentiam passim transferre, Ps. i. *Et in Carhedra pestilentia non sedit*, & sæpè aliàs. Sed tamen Septuag. in hoc loco, aliam nobis translationem offerunt, ἀκολούθῳ οἴνῳ . Nomen autem ἀκόλουθος, multas habet significationes, *intemperantem, impudicum, scortatorem, incastrigatum, effrenatum, prodigum, & alia id genus multa sonat*. Hinc nata non parua translationum dissimilitudo. Alij enim cum Vulgato transferunt: *Luxuriosum quid est vinum*. Alij *incastrigatum*. Alij *effrenatum*. Alij *indomitum*, ac demum S. Ambros. 2. officior. cap. 21. *Prodigum*, inquit, *est vinum*.

Et tumultuosa ebrietas, Hebr. est: הממה שׁכר *Homah Secar*. Ex radice הממה *Hamah*, i. sonuit, tumultum, aut strepitum dedit, ad verbum sic efferri debet: *Tumultum, strepitum, aut sonitum dans sicera*. Chaldaus transtulit: *Et inebriat sicera*. Sept. & contumeliosa ebrietas.

Quicumque ea delectatur non erit sapiens. Hebr. *Et omnis errans in eo non erit sapiens*. Septuaginta: *Omnis autem imprudens talibus complicatur*, sic in plerisque codicibus. In aliis autem. *Qui commiscetur his non erit sapiens*, in reliquis: *Omnis autem qui se perdit non erit sapiens*. Chaldaus nec latum viquem recedit ab originali.

A

Huius loci perspicua sententia est. In temulentos, ac vinolentos inuehitur Sapiens, atque vini ebrietas. Ique damna commemorat. *Luxuriosa*, inquit, *res vinum*. Quid certius quàm vino Veneream nutiri, & iram stimulari? iræ autem proprium est tumultus, & rixas excitare. *Luxuriosa profecto res vinum*: sic Paulus ad Eph. 5. *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria*. Chryf. in Psal. 43. *Ebrietas*, inquit, *fornicationum fons*. Et hom. 44. in Epistolam ad Romanos. *Fugite, inquit, fornicationem & matrem illius ebrietatem*. August. ad sacras Virgines: *Ebrietas est flagitiorum omnium mater, procella corporis, naufragium castitatis*. Mitto alia, & reliquas lectiones libræ subiticio.

Derisor est vinum. Sic plerique Hebraicam lectionem extulerunt, id est, vini immoderatus vsus vinolentos risui, atque contemptui vulgò offert. Nam cum aliàs illorum, qui ex morbo, aut aliunde insania laborant, commiseratio homines semper teneat, ebriorum insaniam omnes risu prosequuntur. Basilus in sermone de ebrietas. *Lymphatus*, inquit, *& cacodemone captus misericordia dignum est: Ebrius verò eadem ferre, & ipse patiens minimè misericordia dignus* (sed risu) *qui spontaneo seruit demoni*. Quàm verò ridiculos ebrietas vinolentos reddat exposuit Chrystomus cum dixit: *Ebry sobriis mancipiis ridiculi*, id est, etiam serui, & mancipia Dominos suos ebrietate prostratos risu, & cachinnis prosequuntur.

Alia lectio habet, *Pestilens aut pestilentia vinum*. Cui inferuit quoque Basilij sententia. quam Antonius Monachus in suam Melissam coniecit. Vbi temulentiam cum peste confert, ac præfert. *Noenmenta*, inquit, *pestis longiori tempore hominibus contingunt, ac paulatim virus suum corporibus inferente, vini autem noxa illico ingruunt, & totum corpus velut ex tempore insiciunt*.

Sed ad lectiones alias veniamus, quas suprâ ex translatione Septuaginta deprompsimus. D. Ambros. habet, *Prodigum est vinum*, atque ita exponit. Qui indulgent vino, ac contumacis prodigi sunt, facultates suas, & patrimonia cum vino simul exhauriunt. Putat autem Ambrosius, non solum copias comptando infumi; sed etiam vini immoderatum vsu ad omnes alias effusas largitiones, & sumptus, vinolentos inducere. Quia vinum nimium animum immodica latitia soluit, animus autem latus, & hilaris ad donationes, & sumptus numquam non promptus est. Sed tamen potest hæc Ambrosij translatio alia interpretatione donari ad hunc modum. *Prodigum est vinum*. Vinum, scilicet, vbi primum aliquem sibi mancipavit, quidquid facultatum, aut bonarum dotium animo prius inerat, ocyus

Ad Eph.
Chrysof.

August.

2.

Basil.

3.

D

Stobæus.

profundit, ac dissipat, ipsumque in paupertatem maximam cogit. Hinc est illud August. loco citato: *Ebrius in summa mentis indigentia est*, vino scilicet sapientiam, consilium, atque alias animi dotes profundente. Rursus possunt isthæc verba alium ad sensum trahi: *Prodigum est vinum*, i. nihil arcani retinet, ac reseruat, sed statim omnia secreta prodit, & publicè exponit, est enim vini præcipua vis animi arcana effundere. Lege Basilium loco supra citato, & infra cap. 23. ver. 2. & cap. 31. vers. 4.

4. Basil.

Alij rursus Græcam vocem sic restituunt: *Incastigatum est vinum*. Vinum castigare apud Græcos est, illud aqua temperare, & diluere, aqua n. meri vim, atque impetum obtundit. Possunt ergo præfata verba sic explicari, *incastigatum est vinum*, i. vinum merum, quod aqua infusa non castigat, simile est seruo incastigato. Quemadmodum enim seruus impunitus Dominis suis superbè insultat, sic etiam vinum, quod aqua non diluit, superiorem hominis partem, mentem scilicet inuadit, atque illam sibi subternit. Hinc est illud Philemonis apud Stobæum. *Nullum, inquit, bene potum inueneris, qui non à potu tanquam seruus sit ex Domino.*

Alij præterea conuertunt: *In domitum, vel inuictum est vinum*, i. vinum merum inuicti ad instar tyranni animi arcem occupat. Accipe verba Magni Basilij: *Cum enim multum meri infusum fuerit, quasi tyrannus quidam arcem petit, & à summo vertice ingentes tumultus animo præbet, nulli rei, nec Principi quidem parcens, sed ipsam primum rationem in seruitutem adducit, deinde eam dispositionem, & ornatum, qui doctrina partus est, confundit, atque perturbat, risu indecoro, horrenda voce, irâ præcipiti, libidine effrenata, æstro ac furore in omnem voluptatem.* Aliter etiam dici potest: *Inuictum est vinum*, i. A vino utique abstinentium, ac temperandum est, nam si semel ex immoderato vsu victor extitit, & hominem sibi mancipauit, inuictum deinceps manet, ac de homine in singulos dies ferriò triumphat. Vnde D. August. sermone 131. de Tempore: *Ebrietas, inquit, hominem fortiter sibi vendicat.* Vbi tantopere difficultatem exaggerat, qua homines vinolenti ab immoderato potu reuocantur, vt de bibace, & ebrioso sic scribat: *Hic sanè cum grandi amaritudine clamat, & dicit male se mori, quàm bibendi, vel inebriandi consuetudinem tollere, tanta enim est vini potestas in eos, quos sibi subdidit, vt eius iugum postea difficile admodum excutiant.*

August.

Ad hæc alij conuertunt: *Infrænatum est vinum*, Galenus quidem, vt autor est Cornelius Celsus, aquam *vini frænum* appellauit, & quidem aptè, vinum enim quod aqua non temperat, ac diluit, fræno caret, atque aded effrenati ad instar equi liberè excurrit, fessoremque, hoc est rationem, & mentem illico sternit, ac deijcit. Quapropter nemens, ratioque à vino deturbetur aqua multa infrænandum & cohibendum est. Sed subest etiam alia expositio his verbis, *effrenatum est vinum*, nimirum ab effectu, quia vinolentos homines effrenatos reddit. Huc spectant verba Aug. loco supra citato, vbi sic scribit: *Vinolentus amissis modestia frænis, & insana ebrietate prostratus.* Itaque vinum, ex Augustino, homini habenas remittit, vt abiecto modestiæ, & continentiæ fræno in omne nefastemè ruat, succedat alia pars huius sententiæ.

6.

Et tumultuosa ebrietas, rixas nimirum, & tumultus excitans, infra cap. 23. *Cui va, cui patri va,*

*cui rixa, cui sine causa vulnera, &c. Nonne his, qui commorantur in vino, &c. Vide ibi multa de hac sententia, vbi quantopere vinum iram, & furorem exacuat pluribus dabo. Interim accipe verba Chrysostomi, qui hom. 54. ad populum, à vino, & ebrietate concitatos tumultus pereleganter describit his verbis: *Sicut enim hostibus urbem subuentibus, & obsidione facta, & perturbatione multus efficitur tumultus, ita fit, & in anima subrepente vino.* Et iterum in oratione Kalendis habita, vinum, atque verbum Dei inter se confert: *oblectationem animi non vinum, sed verbum Dei facit, vinum enim tempestatem, verbum tranquillitatem creat, vinum tumultum introducit, verbum autem turbulentiam expellit.* Tumultuosa igitur ebrietas, non solum quia externas rixas, & contentiones excitat, sed etiam quia mentem exturbat, & internas pugnas, motus & tumultus in animis ciet. Nam vino animum subeunte concitantur passionnes, ac veluti seditione facta aduersus rationem, & in se mutuo tumultuari incipiunt. Subdit,*

Chrysost.

Quicumque his delectatur non erit sapiens, quasi dicat, vinum non modo libidinem alit, & iram accendit, sed etiam rationis, ac sapientiæ lumen extinguit: non solum quia in ebrietate ratio, ac mens exulat, sed quia bibaces etiam cum sibi constant desipere solent. Hinc est peruulgatum illud Menandri dictum: *Multum merum pauca cogit sapere.* Causam attingit Galenus, quia vinum merum caput petere solet, ac cerebro immerfos sensus nimia humiditate hebetat, vnde est illud Heracliti apud Stobæum sermone 5. de temperantia: *homo vinosus vacillat, & ab impubere puero dicitur, animam habens humidam, ignarus quorsum eat, est autem anima sicca sapientissima, & optima.* Siccam animam appellat eam, cuius aciem vini humiditas nimia obtulis sensibus non hebetauit. Hebræa ad verbum sic habent: *Et omnis qui errauerit in eo non erit sapiens*: hoc est in vino. Subest autem verbum *סגה Sagah*, quod cum punctum habet in dextro cornu significat errare, aliquando etiam oblectari, si autem à dextro cornu in sinistrum transferat, significat permiscere, & implicare. Hinc nata lectionum dissimilitudo supra adscripta, quæ sententiam parum diuersam reddit. Addo etiam ab aliquo interprete præfatum locum sic restitutum fuisse. *Et qui dissonat in eo non erit sapiens*, putat enim vim verbi, *סגה Sagah*, hanc esse, vt propriè, & germanè errorem notet, qui ex dissonantia vocum accidit, vt ad titulum P sal. 7. aliqui animaduertunt. Et quidem hæc trãslatio sententiam claudit non absurdam, nam perturbatio illa, quam vinum efficit nomine dissonantiæ optimè significatur, tum quia vini immoderatio vocem lædit, ex Augustino loco citato: *Vinolentus sermone longo superflua verba emittit, vana dicta componit, male clamans, & bene sibi sonans.* Cui consonat Chrysostomus hom. 19. in Epistolam ad Ephesios. *Vinum bene significantem linguæ nostræ excindit vocem, & vt balbutiamus efficit: tum etiam quia internarum virtutum, ac potentiarum soluit harmoniam. Idem Chrysostomus in homilia de ingluuie, & ebrietate hanc dissonantiam aptissimo cytharæ exemplo eleganter descripsit. Nam vt in cythara cum soni fuerint molles, & remissi, nec bene intenti, artis quoque præstantia succiditur, ac cytharæ nervorum vitio seruire cogitur: ita & in corpore ex vinolentia accidit, acerbâ seruitutē animus perfert.* Animus quippe Cytharædi ad instar obtinet, sensus, ac reliquæ corporis facultates, seu potentie, cytharæ fides imitantur: vinum autem

B

C

D

E

7.

Stobæus.

Chrysost.

nimum huiuscemodi fides remittit, molles admodum, & laxas reddit, ita vt illas nulla arte intendere, & in harmoniam concentumque cogere animus queat, atque adeò huic tantæ, & tam absurdæ discordiæ, & dissonantiæ seruire compellitur. Rursus idem Chrysoſtomus hom. 19. in Epistolam ad Ephes. ex corpore nostro cytharam pangit, & quatuor qualitates, seu humores, quibus constat, cum quatuor vnus cytharæ fidibus componit, ac subdit: *Deus corpora nostra iusta symmetria prædita efficit, inde nos erudiens, quod nos idoneos fecit ad alteram vitam.* Nimirum quia cum in hac vita plura sint, quæ hanc quatuor qualitatum symmetriam, vel harmoniam lædere, & perturbare soleant, fit quidem corpora nostra in proprio ac sibi connaturali loco nequaquam esse, atque adeò alteram vitam quærendam esse, in qua concentus ille humorum numquam violetur, & in dissonanciam abeat. At quid est, quod in hac vita prædictam corporis harmoniam aut maximè soluit, aut maximè temperat? Vinum, inquit Chrysoſtomus: Nam si modicè, ac sobriè iumatur, discordias humorum componit. Hinc Paulus ad Timotheum, *Pere, inquit, modico vino propter stomachum.* Si autem immoderatè intemperanterque accipiatur, totam illam quatuor qualitatum symmetriam perturbat, & permiscet, & corpori morborum innumerabiles discordias immittit. Ait ergo Salomon, *Et qui dissonant in eo non erit sapiens.* Tum quia sensibus, & aliis corporis facultatibus absurdè sonantibus, nihil consonum animus meditari potest: tum etiam quia quamdiu animus corpori hæret, ab humorum symmetria pendet, quapropter soluta quatuor humorum, seu qualitatum temperantia, operationes suas liberè exercere non valet.

Ad Tim.

II. *Sicut rugitus leonis, ita & ira Regis: qui prouocat eum, peccat in animam suam.*

8.

Priorem huius carminis partem superiori capite exposuimus. Nam vers. sic habet: *Sicut fremitus leonis, ita & ira Regis.* Vide ibi multa. Posterior autem non est difficilis. *Qui prouocat eum,* &c. Hebr. ad verbum: *Succensens ei peccans in animam suam* Pagninus habet: *Qui ira scitur cum eo.* Sepuaginta: *Qui irrat eum.* Aquila, Symmac. & Theod. *Qui insultat ei.* Sed tamen D. Ambros. in Apolog. 2. Dauid, cap. 3. integrum locum ad hunc modum expressit: *Non distat ira Regis ab ira leonis, sed qui stimulat eum, & admiscet, peccat in animam suam.*

Albere. Plin.

Ad leonis generosos mores illud spectare aiunt, vt nisi irritatus, & stimulatus homini semper mitis, ac placidus occurrat. Sic Albertus nobilissimum leonis ingenium descripsit, & Plinius lib. 8. cap. 16. *Leoni tantum ex feris clementia in supplices, prostratis parcat: credit Lybia intellectum peruenire ad eos precum.* Qui autem supplicibus adeò beneuolè ignoscit, in eos, qui illum infestant, aut quomodo lædunt, atrocius sæuit. Aristot. de Historia animalium lib. 9. cap. 44. *Percussorem, inquit, agnoscit, atque ex obseruato inuadit. Si quis etiam non percussisset, sed infestet, hunc si ceperit, non unguibus lacerat, sed quatit solum, atque ubi ita terruit, dimittit.* Ait ergo Salomon, Rex ira incitatus non dissidet à leone frementi, & furenti: *Qui prouocat eum, peccat in animam suam,* quasi dicat,

A Rex leonem imitatur, quapropter quisquis illi cedit, ac supplicem se præbet, facilem illum, ac beneuolum experitur; qui autem illum stimulat, atque in se prouocat, necem sibi accersit: Nam Regum furor semper vitæ insidiatur, hoc sibi vult illud, *Peccat in animam suam,* i. peccatum admittit, quod statim in ipsius caput recidit. Et quidem satis appositè vsus est Salomon verbo illo, *peccat,* nam vox originalis grauem culpam sonat, inueniens scilicet eos, qui Principum maiestatem vel leuiter violant, non leuiter delinquere, sed eorum æstimatione graue admodum crimen admittere, atque adeò non aliter nisi morte luendum. Itaque sensus sic conformandus est. *Qui prouocat eum,* i. qui vel leuiter illi succenset (hæc enim est vis verbi originalis, vt supra admonui, *succensens ei*) haud leuiter delinquit, sed *peccat in animam suam,* i. culpam dignam capite perpetrat.

Rursus aliter accipi potest verbum illud, *peccat,* nimirum itavt Salomon tantumdem prohibeat Regibus ex culpa succensere, & obsistere. *Aliquando enim* (vt admonet Chrysoſt. Homilia 5. de verbis Isaia) *homo priuatus Regibus impune insultat,* scilicet cum pia religiosaque ex causa illi obsistit. Sic enim de Azariæ Sacerdotis aduersus Oziã Regem constantia scribit: *Non aspicebat Principatus fastum, non expendebat quantares esset animus cupiditate temulentum cohibere: non auidebat illud Salomonis, Mina Regis, sicut ira leonis, sed sublatis oculis ad cælum, easque pœnas considerans, illudque tribunal, & his cogitationibus sese muniens, impetum fecit in tyrannum. Nouerat enim, nouerat, inquam, certe, quod comminatio Regis similis sit ira leonis dumtaxat his, qui terram spectarent. Verùm homini, qui cælum haberet præ oculis, qui que sic induxerat animum, vt vitam citius deponeret, quàm sacras leges conspiceret violari, quouis cane vilior erat ille Nihil enim eo imbecillius, qui diuinas leges conculcat, & contra nihil potentius eo, qui leges diuinas defendit. Nam qui peccatū committit, seruus est peccati, etiã si decem millia coronarum habeat in capite. Rursus si quis facit iustitiam ipso Regeregalior est, etiã si omnium fuerit infimus.* Hæc Chrysoſtomus.

9. Chrysoſt.

Aliqui hunc versum cum superiori neccendum putant, & Salomonem id præcipere aiunt, ne Reges nimio vino sese ingurgitent. Nam cum per se ad iram proni sint, vino bilem accendente, furor absque mensura crescit. Et quidem secundum hanc feriem potterius hoc Emystichium alio sensu donari potest, *Et qui prouocat eum peccat in animam suam;* nimirum qui in vino prouocat. Nota est consuetudo, quæ in conuiujs olim inoleuit, & ad nostra vsque tempora perducta est, adiurandi, & prouocandi amicos ad bibendum, quod vulgo dicitur *brindarse.* Huic adsimile est illud Eccl. 31. *Diligentes in vino noli prouocare, multos enim exterminauit vinum,* & cap. 9. *Cum aliena muliere ne sed eas omnino, nec accumbas cum ea super cubitum, & non alterceris cum ea in vino.* Itaque Salomon ait, Regis ira per se magna est, & leonis sauitiam imitatur, cum ergo tantam Regis iram lenire, & non incitare oporteat, *Qui prouocat eum, peccat in animam suam,* id est, qui illum ad bibendum læcessit, vel adiurat, grauissimè delinquit, vinum quippe bilem magnopere accendit, & iram mirum in modum inflammat. Propterea Salomon infra cap. 31. sic præcipit, *Noli Regibus, o Lammuel, noli Regibus dare vinum,* &c. Itaque sic accipio illa verba, *Peccat in animam suam,* id est, grauem admodum culpam admittit, nisi

10.

¶ elis iuxta superiorem sensum accipere, Peccat in animam suam, delinquit scilicet in caput suum. Exemplo Cliti Alexandro Macedoni charissimi, ac fidelissimi, qui cum eundem Alexandrum in conuiuio sapius propinans inuitasset, ab eodem iam ebrio inter epulas confossus est, ira scilicet ex vino incalcescente.

11.
Ambros.

D. Ambros. locum istum vsurpat in Apologia Dauid posteriori cap. 3. hisce verbis: *Non distat ira Regis ab ira leonis, & qui stimulat illum, & admiscetur peccat in animam suam.* Et quidem Ambrosius, si verba ipsius calleas, pronomen, *illum*, non ad regem, sed ad leonem referendum putat, atque adeo totam sententiam de ipsomet Rege exponit hoc sensu. Ira Regis ab ira leonis non differt, quod perinde est ac si dicat, Rex leonem habet sibi ipsi immorantem, scilicet iratum animum. Quapropter cauere plurimum debet Rex, ne leonem istum aliquis stimulet neu lacescat, ac furorem eius quoquo modo exacuat. Ira enim potestatem nacta, crudelissimè, atque immanissimè sanit. Et quidem D. Ambros. verbo illo, *stimulat*, putat allusum ad venationem. Nam qui leones insequuntur solent eos stimulare, & infestando in retia, & calles compellere: subdit enim Ambros. *Cauere ergo ne aliquis stimulet potestatem, ne castibus anima irretita vitio se non possit exuere.* Nimirum caue tibi, ô Princeps, ne animam tuam ira percitam, & potestate sultam, seu leonem quemdam furore incitatum aliquis stimulet, vel infestet, ne stimulat, & infestata, in retia, & calles tandem veniat, ex quibus sese expedire, & extricare non possit. Suadet scilicet Regibus, ne vnquam iram suam vrgeri nimium sinant, sed vias excogitent, quibus iracundiæ, ac furori euadendi copia sit, nam si illam cogi, & vrgeri sinant, tandem leonis stimulat in morem in retia sese mittit, hoc est rationibus, & argumentis iram suadentibus sese implicat, adeo vt illam deponere, & ad mansuetudinem redire non possit. Hoc sibi voluit Ambros. cum ait: *Ne castibus anima irretita vitio se non possit exuere.*

Sed tamen licet hæc aptè dicta sint, translatio illa ab Ambrosio vsurpata facilem quandam sententiam offert ad hunc modum: *Non distat ira Regis ab ira leonis, & qui stimulat illum, & admiscetur peccat in animam suam.* id est, non solum qui Regem lacescit, sed etiam qui illi se adiungit, sibi ipsi perniciem accersit, quemadmodum à leone non modo ille tutus non est, qui illum stimulat, & proritat, sed etiam qui circa illum hæret, imò, & qui ei ablanditur, & illi adulatur. Pergo ad alia.

III. *Honor est homini, qui separat se à contentionibus, omnes autem stulti miscentur contumeliis.*

12.

Honor est homini, &c. Hebr. ad verbum: *Gloria est homini considerare à lite, & omnis stultus miscet se.* Itaque nomen illud, *contumeliis*, abest quidem re ipsa ab originibus, inest tamen potestate. Septuaginta verò sic transferunt: *Gloria est viro auersari contumeliam, omnis autem stultus talibus complicatur.* Aquila: *super sedere à lite.* Sym. *separari ab odiosa contentione,* extrema autem verba Symmac. sic restituit: *Omnis autem stultus reuelabitur.* Aquila verò concinit cum nostro Vulga-

to. Chald. *Omnis, qui stultus est, deridet.* Hanc dissimilitudinem lectionum peperit verbum *גלגל* Galangh, quod non inuenitur nisi in Hitchphael. Id n. quibusdam est, *miscere se aliis*, aliis verò, *manifestare se*, aut reuelari, aliis demum, *abominari & deridere.*

Occurrit sanè hæc sententia falsæ cuidam hominum opinioni, qui turpe sibi, & ignominiosum putant susceptas lites, & contentiones non vrgeri, ac persequi: *Honor, inquit, est homini, qui separat se à contentionibus.* Hæc verba edisserenda sunt iuxta vulgarem illum loquendi modum apud Hispanos, inter quos, *Hacer apartamiento de un pleito, ode una querrela*, perinde est, ac que intentatam alicui litem intermittere, & ab illa desistere. Hanc enim vim habet lectio originalis, quæ sic ad verbum restituenda est, *Gloria est homini considerere, aut super sedere à lite.* O vtinam hæc Salomonis sententia in mores, atque opiniones hominum transfret! fieret enim vt multæ passim controuersia feliciter finirentur, quas non alia de causa homines vrgeri, ac persequuntur, nisi quia ignominia vertunt susceptas semel causas dimittere, & de concordia, & pace priores agere. Salomon ergo ita suadet: *Honor est homini cessare, aut super sedere à lite*, id est, tantum abest vt hoc indecorum sit, aut turpe, vt maximam potius gloriam, & honorem homini afferat. Quid enim gloriosum magis, quàm aduersarium animi magnitudine vincere? si quis autem aduersarium suum præuertit, atque illi pacem beneuolè offert, magnanimitate ipsum superat. Huc spectat illa sententia Musonii, qui suadens Philosophum, si verè sapiat, nullam aduersus alium actionem suscepturum, *satius est, inquit, & excelso viro dignius, iniuriam vincere, quàm lite.* Et quidem aptè, nam iniuria animi virtute vincitur, his verò iuris auxilio. Et iterum, *Magnanimus quisquis est litem excindit, & aduersario parcat,* vir, inquit, magnanimitate præditus, non aduersario, sed liti potius irascitur, & data optione litem perimere mauult, quàm aduersarium vlcisce. Huic ad simile est, quod de Christo Domino prædicat Paulus ad Ephes. 2. *Interficiens inimicitias in semetipso,* qui cum posset inimicum de medio tollere, gloriosum magis duxit inimicitias ipsas interire. Idèd verò gloria in eo ponitur, quia aduersarium vlcisce illum utique vincit, inimicitiam verò excindens, aduersarium, atque seipsum pariter vincit. Quam rationem attigit idem Musonius apud Stobæum serm. 19. de patientia: *Quanto, inquit, satius fuerit, ita sibi præstantem videri Philosophum, vt parcat eis, qui aliquid aduersus ipsum admiserunt, quàm causas agendo, & accusando ita se vlisce putare, re ipsa verò præter omne decorum sibi ipsi pugnare.* Pende illa verba, *ita sibi præstantem videri*, id est, seipso maiorem, & celsiorem cunctis apparere. Nec non illa, *Re ipsa præter omne decorum sibi ipsi pugnare.* Respondent enim illis, *Honor est homini,* &c. Deinde significat hic Philosophus eos, qui cum aduersariis suis causas agendo, & litigando contendunt, secum ipsis potius ignominiosè configere: quapropter, vt in hoc conflictu, & duello à semetipso quis victoriam reportet, inimicitias utique in semetipso interire necessarium est. Nam qui non ipsas inimicitias, sed inimicum vlisce vult, non tam vincit ipse, quàm victus cadit.

Et quidem præstantissima laus eorum, qui in causis, ac litibus primi cedunt, & aduersariis suis vltro pacem offerunt, nam Deum ipsum imitari videntur, Deus enim quoties ipsi cum hoste, hoc

Ad Eph

2.

Stobæus.

13.

est, cum peccatore in gratiam redeundum est, pri-
mus utique cedit, & maximam debui partem
condonans hominem ad resipiscenciam excitat.
Nam cum peccator culpa sua debitum sibi im-
posuisset carendi omni Dei auxilio, sine quo im-
possibile est gratia restitui: hoc sanè debitum
Deus indulget, ac concordia appetens homini ad
resipiscendum auxilia, & excitationes immittit:
ergo cum adeò gloriosum, atque decorum sit à li-
tibus superfedere, & primum homini pacem, &
concordiam offerre, quis id ipsum homini turpe,
& indecorum esse affirmet? Nemo.

14.

Ceterum mea quidem sententia alia est mens
Salomonis, non n. tam suadet susceptas iam lites
intermittere, quam ipsas ab initio nec suscipere,
nec intendere. Itaque ait: *H. nor est homini, qui se-
parat se à contentiõibus*, id est, semper utique fieri
potest, ut homo honestè, & decorè subnaſcens
lites componat: *Stultus autem miscetur con-
tumelias*. Septuaginta, *Talibus complicatur*, nimirum
litibus, & contentiõibus adeo se implicat, ut
ab his sese explicare, & expedire non possit. Au-
di Hugo: *Et bene dicit, miscetur, quia separari
non possunt, mixtura enim est inseparabilis coniunctio
mixtorum*. Itaque Salomon stultitiæ insinuat
eos, qui cum possint initio lites facillè, & honestè
componere, illas persequi, & vrgere malunt, unde
fit, ut postea ab his decorè restituere non possint,
unde non ineptè ex Iuris peritis Conænis, litem
similem esse dixit serpenti, & aliis quibusdam
animantibus, quæ ubi caput in foramen aliquod
inmiserunt, illac totum corpus percolant. Atque
adeò cauendum, inquit, maximè, ne lites caput
inferant, ne scilicet exordium capiant, ne inten-
dantur, nam quæ semel intenditur, & conte-
statur lis, non amplius reuocari potest. Hanc igitur
irreuocabilem litium naturam significat Salomon
illis verbis, *Stultus autem miscetur contumelias*:
contumelias autem appellat prædictas controuersias,
quia postquam cœptæ sunt contumeliosè deseruntur:
alias verò lectiones hunc ad sensum allicere proliue est.

Chaldaus habet, *Omnis autem stultus deridet*, i.
omnis stultus initio litis deridet, & eam suscipere
non veretur, sed postmodum leuitatem animi sui
deplorat. Symmachus legit, *Stultus autem reuelatur*,
aut reuelat se. i. qui stultus est statim sese pro-
dit, & aduersarium alteri offert.

IV. Propter frigus, piger arare noluit: mendicabit ergo aestate, & non dabitur ei.

15.

Propter frigus, &c. Hebr. *Postulabit in messe, &
non*. Vulgata lectio imperfectam sententiam
compleuit sic: *Et non dabitur ei*. Chal. *Et non ha-
bebit*. Pagninus: *Et non erit qui det ei*. Sym. *Et non
inueniet*; sed tamen Chald. integrum locum aliter
conuertit, *Penuriam sustinet piger, & non tacet, &
petet in messe, & non habebit*. Sept. verò ab omni-
bus aliis translationibus quàm longissimè ab-
eunt: *Exprobratur piger, non confunditur, similiter
& qui sienore accipit frumentum in messe*. Hanc di-
uersitatem peperit vox חרף *Choreph*, quæ signifi-
cat hyemè, potest autem exigua punctorum mu-
tatione esse Benoni, aut participium verbi, חרף
Charaph, quod est exprobrare, aut dehonestare.
Chald. verò, *penuria sustinet*, id n. probro dari so-
let, idèò Sept. verterunt, *Exprobratur piger*. Rur-
sum verbum חרף *Charas*, quod statim attexi-

tur, significat *stere, obsurdescere, & arare*, pro-
pterea noster conuertit *non arabit*. Chald. *Non
tacet*. Et Sept. eodem sensu, *non confundetur*, vel
non erubescet, quia n. verecundia suffunduntur,
verba opprimunt. Denique subest etiam ver-
bum, חרף *Saal*, quod significat *rogare, & petere*,
aliquando etiam mutuo accipere, aut dare. i. Reg.
c. 1. *Idcirco commodauit eum Domino omnibus die-
bus, quibus fuerit commodatus Domino*, ubi alij pas-
sim legunt, *Idcirco saneravit eum Domino*. In
v. ginibus autem subest verbum *Saal*: hinc factus
est locus lectioni Septuaginta, *Qui sienore accipit
frumentum in messe*, &c.

Sanè verba isthæc siquidem vt sonant expli-
centur, facillè admodum sensum offerunt: *Pro-
pter frigus, piger arare noluit*, i. Ne scilicet hyemis
iniurias experiretur, domi se continuit, nec ad arā-
dos conferendosque agros prociit, sed quid inde?
Mendicabit aestate, sed non dabitur ei. i. in aestate,
cum alij horrea sua illatis frugibus implent, sti-
pem cogere, & victum ostiatim rogare ipsi neces-
sum erit, ac sapius non obtinebit. Sic plerique.
Crediderim tamen non de stipe, aut eleemosyna
hæc sermonem fieri, sed de commodato, aut mu-
tuo: Nam vt adnotat hæc Salonijs, pauperes æ-
statis etiam tempore inueniunt, qui sibi elec-
mosynam largiantur. Itaque sensus erit, *Piger in
aestate quidem mutuo petet frumentum, nec facillè
inueniet aliquem qui ipsi credere id velit, quia
illud recuperari posse omnes dissident, ita exhau-
stæ erunt pigri fortunæ*.

16.

Ceterum ex interpretibus non pauci id alle-
goricè dictum putant, & Salomonem sub istius
parabolæ cortice aliquid aliud sibi velle, à quibus
ego non dissentior. In his Salonijs sic ait: *Piger in
hoc loco illum significat, qui propter desideriam, & hu-
ius mundi aduersitatem (quæ per frigus designatur)
in Dei seruitio negligit laborare, & idcirco in futuro
Dei iudicio mendicabit, quia non habebit opera bo-
na, pro quibus accipere mereatur beatitudinem. Quia
quidquid seminauerit homo, hoc & metet. Quæ ad-
modum accidit fatuis virginibus, quæ oleo deficiente
ad prudentes dixerunt, Date nobis de oleo vestro, &c.
Sed cur, inquires, dies iudicij, & regnum Dei æsta-
ti comparatur? quia tunc omnia nostra tristitia
nubila transibunt, & vita illius dies æterni solis
claritate fulgebit*. hæc Salonijs. Sed aptius D.
Gregor. Pastoralis curæ 3. p. admonitione 16. *Pro-
pter frigus quippe piger non arat, dum desideria, &
torpore constrictus, agere, quæ debet, bona considerat,
& dissimulat. Propter frigus quippe piger non arat,
dum parua ex aduerso mala metuit, & operari ma-
xima prætermittit. Bene autem dicitur, Mendicabit
aestate, & non dabitur ei; qui enim nunc in bonis ope-
ribus non exsudat, cum sol iudicij feruentior appa-
ruerit, quia frustra regni aditum postulat nihil ac-
cipiens aestate mendicat*. Hugo Cardin. duas alias

Salonijs.

Gregor.

Hugo.

offert expositiones. Prior est, *Piger, i. tepidus, pro-
pter frigus Charitatis, arare noluit*, ideo scilicet in-
feruire in agro, seu vinea Ecclesiæ reculauit, *Ea
propter mendicabit aestate*, in die videlicet iudicij.
Posterior sic habet, *vir frigore Charitatis in tepes-
cens sui cordis agrum aratro pœnitentiæ proscinde-
re non vult, & bonis operibus conferere, mendi-
cabit ergo aestate*. Nimirum instante iam morte,
morbo ingrauescente, & febre exaestuante postu-
labit tempus pœnitentiæ, *Et non dabitur ei*.

Sed licet hæc appositè dicantur, tamen si verè
in huius parabolæ cortice aliquid nuclei Salo-
mon includere voluit, id sanè non est aliud, quàm
id quod dico. Suadere vult Sapiens misericor-

17.

ricordiam, & eleemosynam, hæc enim passim in scripturis cum aratione, & sementis satione conferri solet. 2. ad Corinth. 9. *Qui parcè seminatur, parè & metet, & qui seminatur in benedictionibus, de benedictionibus & metet, & infra: Qui autem administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen vestrum, & auget incrementa frugum iustitiæ vestrae.* Mitto alia. Itaque sensus erit, *Piger*, hoc est parcus, & sordidus homo; *propter frigus*, i. frigore Charitatis rigens, nimirum charitate deficiente, *arare*, hoc est eleemosynas largiri, *non vult*, bona inquam sua in vberimum, ac felicissimum agrum, i. in manus pauperum, spargere detrectauit. Ea propter *mendicabit æstate, & non dabitur ei.* Quia nimirum in hac vita facultates suas mendicis erogare sordidè noluit, commutata fortuna in altera quidem mendicus erit, postulabitque obnixè stipem, sed non obtinebit. Quemadmodum contigit diuiti illi, qui epulabatur quotidie splendidè, Lucæ 16. qui decimas panis micas Lazaro mendico impendere volebat, hic enim sepultus denique in infernum ex diuite pauper aquæ guttam à Lazaro flagitabat. eamque impetrare non potuit. Quod si hæc extrema verba, *Mendicabit æstate, & non dabitur ei*, non de eleemosyna, sed de mutuo, & commo- dato capias, vt verè accipienda esse nuper monui, accommodatio parabola meliùs, & aptius cadet ad hunc modum. Is qui frigore torpescens hyeme ex socordia non ferit, æstate quidem mutuo frumentum expetere opus habet, & sepiùs non impetrat, quia ex his, qui in tellurem semina sparserunt sua, & messim fecerunt, quisque sibi collectam annonam in victum adferuat, ac ne forte sibi necessaria non suppetant, aliis ea erogare non vult. Haud aliter de illo diuite dicendum est, qui ob parcitatem, & sordes in huius vitæ hyeme, refrigerante Charitate, eleemosynas in pauperes non spargit: nam succedente morbo, exstuant febre, & morte iam iam imminente, omni propria fruge destitutus ab aliis iustis illam mutuo rogare cogitur, hoc est ipsorum meritis sibi subueniri postulat, sed frustra; quia sancti merita sua in alios transferre non possunt. Id sibi voluit decem virginum parabola Lucæ 10. vbi Christus olei nomine misericordiam, & eleemosynam intelligit, additque ex decem quinque fatuas, quæ sibi olei satis non comparauerant, ad quinque alias sapientes sponi aduentu imminente dixisse. *Dare nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur*, quibus illè sic occurrerunt: *Ne forte non sufficiat nobis, & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis.* Illud, *ne forte*, non est addubitantium, & ambigentium, sed certò asserentium oleum suum, id est, eleemosynas, ac merita sua, non posse vtriusque sufficere, sed vnicuique propria merita comparanda esse.

18.

Translatio autem Septuaginta aliam reddit sententiam, *Exprobratus piger non confunditur, similiter, & qui sænore accipit frumentum in messe*, id est, vir otio torpescens etiam si socordiam insimuletur, non propterea erubescit, & erubescentiæ excitatus ad laborandum exacuitur: *Similiter, & qui*, &c. id est; Exemplo sit vir, qui per socordiam hyeme tellurem non coluit, atque aded frumentum mutuo accipere cogitur, messis tempore restituendum postea cum sænore: Nam licet hunc postea creditor vsuras exquirens seuerissimè exerceat, & contumeliosè admodum premat, non propterea resipiscit, &

A ad terram sequenti anno excolendam sese accingit. Itaque Salomon exaggerat socordiam ac pigritiam torporem, quem ne ipsa quidem verecundia, & confusio, quæ aliàs magnopere animum stimulare, & acuere solet, ad laborandum, & agendum potest excitare.

Denique lectio Chaldaica alium exhibet sensum: *Penuriam sustinet piger, & non tacet, & petet in messe, & non habebit*, id est, piger in maximas rei familiaris angustias venit, & non tacet, id est, paupertatem suam silentio tegere, aut dissimulare non potest, cogitur enim messis tempore ab aliis annonam petere, & indigentiam tuam palam omnibus facere. Sæpius autem accidit, vt postquam omnes percurrit, & de sua indigentia admonuit, nullus sit qui succurrat: id sibi vult illud *non habebit.*

V. *Sicut aqua profunda sic consilium in corde viri; sed homo sapiens exhauriet illud.*

Sicut aqua profunda, &c. Heb. *Aqua profunda*: numerus multitudinis pro singulari. Septuaginta, Chaldaus, & alij interpretes concinunt cum Vulgato.

19

Difficultas imprimis occurrit, quid *vir* nomine significetur, an homo quilibet in vniuersum, an potius vir sapiens, & eruditus. Rodolphus, Iansenius, Hugo, & alij non pauci Hebræos sectantur, qui per *Virum*, hominem sapientiam, & eruditione præstantem capiendum esse censent, ex his autem plures priora verba sic edisserunt: *Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri*, i. sapientia & doctrina, quæ in corde sapientis latet, similis est aquæ profundæ, i. aquæ in puteis altissimis scaturienti ob perennitatem. Nam aquæ ex fontibus erumpentes ætatis ardore exsiccata crebriùs deficiunt, puteorum verò scaturigines, quò altiores sunt, magis perennant. Quasi dicat, hi, qui sapientiæ & doctrinæ exiguam facultatem habent, similes sunt fontibus supra terram erumpentibus, nam quidquid animo cohibent ore emittunt suo, & vbi pauca effuderunt, protinus velut exsiccatis meatibus deficiunt. Qui autem sapientissimi & eruditissimi sunt, puteos imitantur profundissimos doctrinæ suæ aquas occultantes, semper autem perenni doctrina affluentes. Alij verò ex Hebræis similitudinem hanc ad puritatem, & sinceritatem doctrinæ accommodant, sicut enim aqua quò profundius manat, eò purior, ac limpidior fluit, quia nunquam à transeuntibus conculcatur, vel exturbatur: ita etiam doctrina sapientis viri sincera est, & ab omni fæce immunis, vt pote profunda, ac nemini peruaia. Hugo verò sic addit: *Comparatur consilium viri profunda aqua, propter ablutio-* Hugo
nem, propter irrigationem, propter fecunditatem, propter refrigerationem. Cæterum cum his explicationibus necti non potest secunda pars, quæ sic habet: *Vir autem sapiens exhauriet illud*, quæ significant solius sapientis esse consilium, ex corde viri ob nimiam eius profunditatem haurire.

Hac ratione adductus Iansenius existimat Salomonem hinc agere de consiliis ac rationibus, quibus vir sapiens aliquid agere apud se statuit, vt sensus sit. Vir cautus, & prudens altissimè occultat consilia sua, atque aded nullus ea eruere, &

Iansen.

in apertum adducere potest, nisi sapiens alter, qui simili intelligentia præditus captatis iudiciis, & attentam meditationem id assequi solet, quod alter animo voluit suo, sed tamen friget etiam hæc expositio.

20

Quapropter aliam esse reor huius loci sententiam: si ergo cum præfacis autoribus per *Virum*, eum accipiamus, qui sapientia, & intelligentia pollet, sensus sic conformandus est. *Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri.* i. sapientia viri perdocti, & pereruditi non est vulgaris, & obuia, sed recondita, & aquæ profundissima adsimilis, sed homo sapiens exhauriet illud. Hæc posteriora verba non ita accipienda sunt, ut sonant, sed aliquo modo permutanda, quod læpius in scriptura fieri aliàs docui, nimirum hoc modo. Homo ille, qui hanc doctrinam profundè absconditam multo labore exhaurit, is sapiens demum euadet: significat. n. sapientiam, & doctrinam à doctissimis præceptoribus non sponte ebibi, nec abique labore arripi, sed multo labore exhauriri quodammodo, & exantlari. Itaque in hoc loco

Iudic. 1.

Psal. 34.

admittitur figura illa Hyppalage dicta, cuius aliàs in scriptura multa suppetunt exempla; Iudicum 1. iuxta Hebræum dicitur: *Ciuitatem misit in ignem*, i. ignem, misit in ciuitatem. Et Psal. 34. *Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui* i. laqueum interi us, vel ad interitum tendentem, & Iacobi. 1. *Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* i. obumbrationis vicissitudo: mitto alia. Ita etiam hæc nostra sententia, *Homo sapiens exhauriet illud*, permutanda est ad hunc modum: *Homo exhauriens illud, sapiens erit.* Salomon ergo docet his verbis sapientiam multo labore à præceptoribus trahi solitam, ita ut auditores his, quia quæ ex profundissimis puteis exhauriunt per omnia similes esse debeant, quæ similitudo valde apposita est. Imprimis enim facultas, & sapientia doctorum cum puteis componitur; sicut enim putei ab imo scaturientes, quò plures ab his aquas extrahunt, eò amplius redundant, nam aquæ ad locum nuper exhaustum sponte decurrunt, ita ut experientia ipsa comperitum sit quibusdam exhaustis, alias, atque alias aquas hinc, & inde ad puteum copiosius euocari. Sic etiam accidit doctoribus, nam quò plures ab his doctrinam, & sapientiam hauriunt, eò maior, & copiosior in ipsis sapientia affluit. Itaque exemplo hoc primò suadet doctoribus, ut profundissima quæque suæ doctrinæ dogmata auditoribus libenter haurienda tradant, sic enim ipsis copiosius affluent, deinde auditores sapientiæ studiosi admonentur non esse obuium, ac facile doctrinam parere, sed aquæ ad instar profundissimæ magno labore exhauriri. Et quidem is, qui aquam ex imo puteo extrahere vult, vas minimè pertusum, & longum funem demittere, ac sursum deinde totis viribus conari debet, ita docet August. ad illa verba Ioannis,

August. Plutarch.

Puteus altus est. Ergo Plutarchus in lib. de officio auditoris, cum informans, qui præceptorem vtiliter audire vult suadet ne cribros, aut vasa pertusa imitetur, ita ut accepta dogmata statim effundat, sed ea potius retineat, & cohibeat. Quid autem sit haulta effundere statim explicat. *Non impletur, inquit, vas, quod semper effundit; ita non impletur sapientia eius, qui plura loquitur, quam auscultat.* Deinde præcipit, ut quemadmodum vas ad recipiendam aquam sese deponit, & os demittit; sic etiam discipulus ad audiendum docilis ac demissus veniat, sic enim ait: *Vasa ad*

accipiendum quod infunditur accommodant, & inclinant sese; sic qui discit debet accommodare, & inclinare sese ut capiat ea, quæ vtiliter dicuntur. Hæc de Vase. Longus funis ad hauriendam ab imò doctrinam necessarius, discantis perseverantia est, sine qua nemo sapientiam assequi potest: sicut enim funis ad ima demittitur, & ad profundissima putei pertingit; ita etiam perseverantia discantis, quamcumque maximam doctrinæ profunditatem attingit, illamque exhaurit. Huius generis tute tibi commentari poteris.

Ergo dum Salomon ait, *Homo sapiens exhauriet illud*, siue ut nuper restitimus, *Homo exhauriens illud sapiens erit*, optimi auditoris præcipua officia complectitur; silentium scilicet, ne effundat audita; animi demissionem, & docilitatem; ut discipline sese adaptet, perseverantiã, ut ad profundissima sapientiæ dogmata pertingat; conatumque robur, ne languescat, & hæc omnia ad sapientiam comparandam necessaria esse ostendit.

Quod si cum Caietano priora illa verba, *Sicut aqua profunda sic consilium in corde viri*, minimè ad sapientem referamus, sed in vniuersum de quolibet homine capiamus, qui consilia & rationes suas penitus abscondit, sensus quidem euadet facilis ad hunc modum. Quodlibet consilium, aut arcanum in hominis animo inclusum aqua profundissimæ adsimile est. (Nec verò ita accipio, ut cum aqua puteali conferatur, hanc n. haurire roboris est, non sapientiæ, & ingenii, sed comparatio ad illam aquam spectat, quæ intra terræ viscera profundissimè delitescit, & occultissimè fluit, ac necdum defossa est, nam ad hunc modum conformata comparatione accommodatius cadit.) Ait ergo Salomon: *Sed homo sapiens exhauriet illud.* i. vir sapientia præditus illud assequi solet. Quæ verba hunc sensum reddunt, consilium, & arcanum à viro quopiam per astutiam celatum; simile est aquæ in terra penitus delitescenti, & profundissimè fluenti. Caterùm sicut hi, quos aquileges vocant, Vulgo *Zabories*, aquas profundissimas, & in terra penitissimè abditas aspiciunt, siue quia ipsorum acies ad remotissimas illas partes penetrat, siue quia vapores ab aquis efflatos conspiciantur, conspectas verò effodiunt, & exhauriunt. Ad eundem modum, inquit Salomon, vir sapiens, & cautus, astutorum hominum consilia penitus abdita, & subter animum labentia acie sua attingit, & multis iudiciis argumentisque deprehendit, deprehensa euoluit, effodit, ac foras extrahit. Id sibi vult illud, *Sed homo sapiens exhauriet illud.* Vulgo diceremus. *Es zabori de los pensamientos*, in originibus subest. *זָבֹרִי* ex radice *דָּלַח* *Dalah*, quæ significat haurire, aut elenare, atque adeò fortasse etiam ibi latet similitudo aliqua ducta ab instrumentis, quibus aquæ ex profundissimis puteis leuantur, & extrahuntur. Quæ quia arte & peritia hominum inuenta sunt, non ineptè cordati viri in erendis animorum consiliis sapientiam, & rationem notare possunt.

21

V I. Multi homines misericordes vocantur:
virum autem fidelem quis
inueniet.

22.

Multi homines, &c. Hebræa sic ad verba efferenda sunt. *Multitudo hominis vocabitur virum misericordie sue, seu gratie sue. Et virum veritatum, quis inueniet?* Et quidem pro multitudine subest *רַב*, quæ vox multitudinem, aliquando etiam magnitudinem sonat, atque ad eum licet etiam conuertere, *Magnitudo hominis, &c.* Cum ergo verba hæc in primitiuis ancipitia sint interpretes distinxerunt. Cajetanus enim sic reddit: *Multitudo hominum inuenitur, quorum unusquisque gratiam laudabit, à quo tantisper discedit Pagninus. Magni hominis predicabit unusquisque misericordiam, & virum veracem quis inueniet?* Alij verò sic restituunt: *Sicut multi homines, quorum unusquisque predicabit misericordiam suam.* Chald. *Multi filii vocantur viri misericordes, &c.* Septuaginta: *Magnum homo, & pretiosum vir misericors hominem autem fidelem opus est inuenire.* Aquila. Symm. & Theod. *Quis inueniet, vt Vulgata.*

Cum ex interpretibus alij misericordiam legant, alij gratiam, aliter, atque aliter huius loci sensum instituunt. Quidam enim ad gratiarum actionem referunt hoc modo: *Multi homines vocantur viri gratia, sed virum fidelem quis inueniet.* i. Multi passim occurrunt viri, qui libenter collata in ipsos beneficia accipiant, & pro acceptis gratias habeant, sed qui fidei suæ commissas res fideliter tractet vix vnus est, putant enim id à sapiente suaderi, neu facile res nostras alijs administrandas tradamus, quia pauci sunt, qui id fideliter agere soleant. Quasi dicat, alij quidem ex nostris rebus nomumquam donare debemus, gratiam inde sperantes, id enim magnificum est: at tamen easdem alijs committere administrandas, vel afferendas, & de ipsorum fide bene sentire vix aliquando tutum erit.

32.

Rursus in illis, qui non misericordiam, sed gratiam vertunt, nomine gratiæ beneficentiam accipit Cajetanus, qui locum istum sic edisserit. *Multitudo hominum inuenitur, quorum vocabitur, vel laudabit quisque gratiam.* j. Multi passim inueniuntur homines, qui propterea laude digni sunt, quia de alijs bene merent, & gratuita in ipsos beneficia conferunt: *Sed hominem fidelitatum, aut veritatum quis inueniet.* i. perrarus est vir verax. Alibi enim dicitur, *Omnis homo mendax.* Itaque cum beneficentia veritatem conferre existimauit Cajetanus. Quia inter multos beneficos ac liberales homines vix pauci veraces, & sincori reperiuntur. Sed tamen apud me versans qua ratione hæc duo veritas, & liberalitas inter se haud inceptè conferri possent, cum videantur inter se latissimè dissidere, nihil occurrat. Rursus alij accommodatiùs sic prædicta verba declarant: *Multi homines vocant virum gratia, sed fidelem virum quis inueniet.* i. multi sunt, qui aliorum in se beneficentiam deprædicant, & laudibus vehunt, sed vix vnus est qui in referenda gratia, & beneficiis compensandis fidelis sit.

24.

Sed ad Vulgatam lectionem venientes hæc etiam non vno sensu donari potest. Prior sic habet: *Multi homines misericordes vocantur, &c. i.*

A multi sunt nomine tenus pij, & misericordes, qui tamen re ipsa misericordiam non præstant, quia in ipsa exhibenda fideles se non præbent; vel quia eorum misericordia ad laudem, quam habent, nequaquam peruenit, vel quia non ex animo leuanda miseriæ alienæ, sed vanæ ostentationis gratia miserentur, siue alijs de causis, quæ opera misericordiae vitare solent. Sic Beda, Iansenius, & alij. Subiicio aliam expositionem, quæ mihi cæteris præferenda videtur. Præmittere autem oportet misericordiam & veritatem sæpiùs copulari in scripturâ, vt supra cap. 3. ad illa verba obseruauimus, *Misericordia, & veritas te non deserant.* Vbi etiam decreuimus nomine veritatis significari iustitiæ virtutem, illam scilicet, quæ suadet æquitatem seruari, & ius suum vnicuique reddere. Hæc verò duo propterea coniungit sacra pagina, quia eximia hominis iusti laus in fortunarum vsu, non est alia, quàm de suis vtique alijs liberaliter impertiri, & aliena non inuadere, nec apud se retinere. Ait ergo Salomon, *Multi homines misericordes vocantur.* i. multos passim reperire licet, qui misericordiae, & beneficentiæ laudem, & nomen ferunt, quia de suis bonis in alios liberaliter effundunt. *Sed virum fidelem quis inueniet?* longè, inquit, difficiliùs aliquem inuenire, qui æquitatem seruans aliena non inuadat, nec apud se iniuste retineat. Itaque Salomon docet faciliùs esse ex proprijs bonis liberaliter impendere, quàm aliena non accipere, & iniuste accepta Dominis suis reddere: quod quàm verum sit experientia ipsa compertum habemus. Nonnunquam. n. homines, qui aliena iniuste abstulerunt libenter quidem ea indigentibus distribuunt, aut templis donant: & tamen Dominis suis minimè rependunt. Quod sæpè aliàs serio admodum prohibet Deus, sed tum maxime Ecclesiastici 34. ab illis verbis, *Donauimus quorum non probat Altissimus, vsque ad illa, Qui aufert in sudore panem, &c.* id ergo difficilius est, quàm illud.

Eccles. 34.

25

Reliquæ lectiones supra adscriptæ ex dictis lucem accipiunt, atque ad eum his ommissis translationem Septuaginta trutinæ subijcere libet: *Magnum homo, & pretiosum, vir misericors, hominem autem fidelem opus est inuenire.* Itaque homo ad miserendum propensus magni nomen fert, nimirum quia supra res, omnes caducas exerit caput, dum eas ex contemptu destruit. Nam si hæc despiciantur & pedibus subiciantur, eleuât quidem possessores suos, autor est August. *Eleuabunt nos, si fuerint infra nos, &c.* Sed audiendus est Chrysostomus homilia 4. in Epistolam ad Philipp. qui verba Salomonis expendens misericordis viri magnitudinem magnopere extollit: *Magnum quiddam est, ait, & præclarum homo misericors, hoc enim est hominem esse vel potius hoc est Deum esse. Sed curcum Deus solus esset, tot Deos fecit? nonne propter benignitatem, atque humanitatem, &c.* Mens autem Chrysostomi hæc est, vir misericors verè homo est, nihil enim magis hominem decet, quàm humanitas; qui enim humanitate caret ad feras potius, quàm ad homines spectat, sed tamen inferior est hæc laus, inquit Chrysostomus; nam virum misericordè Deum potius, quàm hominem libet dicere. At, inquires, Deus vnus est, si autem multos Deos inducimus, ipsi Deo iniuriam irrogamus? imò ex eo colligere licet, ait Chrysostom. quantum Deo placeat misericordia, & humanitas, qui ne misericordes vtique desint Deorum quodammodo.

August.
Chrysost.

do multitudinem induci patitur. Sed non modo *magnum quid*, homo misericors dicitur, sed etiam *præciosum*, licet etiam conuertere *locuples*. Vnde ergo illi tantum, & tam locuples præcium? sanè ex ipsa miserescendi voluntate, qua nihil locupletius fingi potest, huius enim tantus est valor, vt minutissimæ cuiusque rei æstimationem tantumdem augeat, quantum velit. Chrysof. in sermone de misericordia, & de duabus mulieribus: *Misericordia*, inquit, *haud definita sunt prætia, modica diuitiis maiora sunt, & diuitiæ paupertate superantur. Minimum vidua diuitum opulentias vicit, quia votum vidua vota diuitum superauit.* Lege ibi plura in hanc sententiam.

Chrysof.

V I I. *Iustus, qui ambulat in simplicitate sua: beatos post se filios derelinquet.*

26

Iustus, qui ambulat. Hebr. *Ambulans in integritate sua iustus, beati filii eius post eum.* Pagninus: *Ambulans in perfectione sua iustus.* Septuaginta: *Qui conuersatur sine vituperatione in iustitia, beato filios suos relinquet.* Chaldaeus à nostro interprete vix diffidet: *Qui ambulat in simplicitate sua iustus est, & beati filii eius post eum.*

Hic locus postulat vt prius quid *simplicitas* discernamus. Aliqui existimant hinc sermonem haberi de simplicitate, & sinceritate, quæ duplicitati, seu astutiæ opponitur. Sed non probo, quia non satis calleo qua ratione parentis sinceri, & simplicis mores ad filiorum beatitudinem pertineant. Rursus alij nomine simplicitatis iustitiam intelligunt, quæ in contractibus versatur, & ab omni dolo, & iniuria abhorret, sensum autem sic quam verisimilem instituunt: *Vir ambulans in simplicitate, seu integritate.* i. vir ille, qui vt filiorum suorum patrimonia amplificet (quo nihil antiquius parentibus esse solet) alienis non inhiat, ac nemini irrogat iniuriam, *Beatos*, hoc est felices, & copiis omnibus affluentes, *filios post se relinquet*, quia parentis integritas fortunam, & felicitatem filijs promeretur. Nam patrimonia malè parta, quantumuis ampla, ad filios transmissa, ipsis quidem perire, & perperam dilabi consueuerunt, cum ex aduerso perangusta hæreditas iustè parta filios fortunatos reddere soleat, de qua thesi alibi non pauca diximus.

27

Cæterum præferendus est communis interpretum intellectus, qui per simplicitatem, seu integritatem, omne in vniuersum pietatis, ac virtutis genus notari autumant, hoc modo. *Vir ambulans in simplicitate.* i. vir integritatem vitæ, ac morum seruans, id sibi vult translatio Septuaginta: *Vir qui conuersatur sine vituperatione in iustitia.* i. qui nihil agit vituperatione, aut censura dignum. Obseruanda etiam est energia lectionis originalis, quam notauit Rodolphus, nimirum verbum, quod subest verbo illi *ambulat*, esse in Hiphil, adeo vt vis illius sic exprimi debeat: *Homo qui ambulare se facit in simplicitate.* i. homo qui cum iuris sui sit, & nullius potestati obnoxius (eiusmodi enim est vir seu pater familias in domo) semetipsum sponte admodum ad omnem virtutem, & honestatem impellit, ac mouet, hic ergo, *Beatos post se filios derelinquet*: Aliqui de beatitudine, quæ in virtute sita est, hæc verba intelligunt. Quasi dicat: vitæ suæ integritatem, & honestissimos mores ad filios transferet, qui-

bus beati, ac fortunati sint. Et quidem ita euenire solet, vt pater, qui non coactè, sed sponte, & iuxta animi sui propensionem, honestatem colit, filios gignat simili honestate præditos. Nam cum alia parentum propensiones, natura duce, ad filios transire soleant, hæc etiam ad ipsos peruenit, adeo vt Plato illum, qui parentibus bonis fatus, non bonus euasit, naturæ ipsi aduersari, ac mōstro, seu portēto similem esse dixerit. Vel aliter, Patrem illum, qui semetipsum ad virtutem mouet, filios quoq; bonos relicturum dicit, quia is, qui tanta virtute pollet, vt sibi ipsi bene viuendi legem imponat, & ad illam serio obseruandam cogat, is etiam filios ad honestatem compellere recte poterit; sicut ex aduerso qui seipsum coercere non valet, filios etiam in officio continere non valebit: *Quomodo enim in liberis* (ait Plutarchus in Polit.) *parens oderit vitia, quæ in semetipso non reprobat?* Hanc expositionem præfero.

B

Alij rursus illa verba, *Beatos post se filios derelinquet*, de ea felicitate capiunt, quæ ad terrena spectat bona, hoc sensu: Pater qui integritatem vitæ seruat, filijs à Deo felicitatem, & fortunam exorat, constat enim ex sacra scriptura parentum merita liberis multa bona à Deo impetrare. Hinc est illud Psalm. 111. *Beatus vir, qui timet Dominum, in mandatis eius vult nimis. Potens in terra erit semen eius generatio rectorum benedictur. Gloria, & diuitia in domo eius, &c.* Quibus verbis præcipua bonorum genera complectitur Vates, quæ patrum integritas liberis à Deo obtinet. Hæc sunt. Imperium, *Potens in terra erit semen eius.* Gratiam erga omnes, *generatio rectorum benedictur, &c.* Honorem & opes *Gloria, & diuitia, &c.* Nomine autem *filiorum* in hoc loco, non liberos tantum, sed omnes posteros accipit Salomon. Atq; id sibi vult lectio originalis, quæ sic ad verbum efferenda est: *Beati alii eius post eum*, dicuntur autem *alii eius* omnes alij, qui ab eo originem deriuant, siue liberi, siue nepotes, & pronepotes. Possumus etiam asserere Salomonem significasse his verbis istas omnes simul beatitudines, seu felicitates supra adscriptas, filijs ex parentum integritate accidere, præsertim si adnotemus pro illo verbo *Beatos esse beatitudines*, ita vt liceat sic restituere, *Beatitudines filijs suis relinquet post se*, id est non vnâ, sed omnes simul felicitates illis dimittet.

28.

Psal. 111.

V I I I. *Rex, qui sedet in solio iudicii, dissipat omne malum intuitu suo.*

Rex, qui sedet, &c. Hebr. *Dispersens in oculis suis omne malum*, Septuaginta. *Cum Rex iustus sederit super thronum, non aduersatur omne malum in oculis eius.* Sic legit Aug. in li de correptione, & gratia cap. 3. Alij codices habent: *Non obuiat malum, &c.* Theod. *Dissipat*, sicut nostra. Chald. *Dissipat à facie sua omnes impios.*

29

Locus iste non vno modo exponi potest. Primò enim hunc sensum reddit. Rege pro tribunali sedente, vt causas discutiat, omne malū fugit oculos eius, hoc est videri non potest. Itaque Salomon suadet Regibus, neu semper domi hæreant in throno sedentes, sed vrbes nonnumquã,

ac regnū inuisant, & explorent: aliter. n. pleraque scelera, & facinora à subditis admiffa ipfos penitus latebunt. Huc fpectare videtur translatio Septuaginta, quæ fic habet, *Cum Rex iustus sederit in throno, non obuiat malū in oculis eius.* i. nō occurrit, quia videlicet confpectum fugit. Ea propter Ægidius de Regimine Principum, solem à Principe imitandum esse dicit, qui non semper in cœli apice super verticem hæret, sed inde ad occidentem se demittit, & vniuersam terræ molem per circuitum ambit, ac radiis suis loca etiam maximè abscondita intropicit, aliquādo etiam obiectis nubibus faciem obducit, inuisus quodammodo omnia videt, ac luce sua collustrat. Non aliter (inquit Ægidius) Rex sapiens non semper throno infidet, sed inde etiam ad inferiora se deponit, regnum per semetipsum curiosius inuisit, omnia diligenter explorat, nonnumquam etiam Regiam maiestatem pannosis vestibus tamquam sol nubibus occultit, atque inter vulgus sese miscet, vt transgressores liberius agentes deprehendat, ac de sui apud vulgares homines fama, & existimatione edoceatur. Hæc ille.

Secunda expositio huic fermè aduersa sic habet: *Rex, qui sedet in solio suo.* Rex nimirum, qui non vagatur per regnum, sed in Regia ac throno suo semper affidet, iudicia inde exercens, & causas dirimēs, *Dissipat omne malum intuitu suo,* i. omnia inde videt mala, nihil enim mali reipublicam infestat, quod ad ipsum non deferatur, & oculis eius non subijciatur, ipse verò inde grassantem perniciem compescit. Itaque iuxta hanc expositionem suadet Salomon Regi, nec hac illac discurrat vt mala reipublice oculis suis obeat, hic n. labor frustra impenditur: ad ipsum. n. in curia, & throno suo præfidentem vniuersa mala ministri renuntiabunt. Præfatus Ægidius haud ineptè, *Regem commanem totius reipublice sensum* appellauit, qui sanè nihil aliud sibi voluit, quàm subditos ad vnam Principis sententiam sese effingere debere, ita vt in tota reipublica vnus tantūmodo sensus, & vna mens vigeat, sed tamē si dictum illius sapientis amplius ex licentia quadam extēdamus, potest vtique alia de causa communis suæ reipublicæ sensus appellari Rex. Aristoteles enim præter quinque externos sensus sensum alium internum, quem com nūnem appellat, in animantibus esse dixit, atque illum in capite locant. Huius autem munus, inquit, non est aliud, quàm omnes sensuum externorum notitias in se colligere, atq; inter res ab illis cognitatas diiudicare & discernere. Nihil. n. ab externo quolibet sensu cōcipitur, quod non statim interiori renūciat. Internus autem sensus ab externis edoctus inter eorū obiecta iudiciū fert. Rex igitur huic interno seu communi sensu, mea quidem sententia, perquam assimilis esse debet, cum reipublicæ suæ sedulus præest. Quemadmodum. n. communis sensus in capite situs est, ita etiam Rex in præcipua ac frequentissima totius regni vrbe, quæ caput ac Metropolis aliarum sit, curiam, ac sedem figere debet, vt ad illum reliqui omnes magistratus, velut externi quidam sensus omnia, quæ alibi gentium geruntur, ocyus referant, ipse verò de omnibus edoctus, de singulis decernere, de vniuersali ad ministracione iudiciū ferre, & malis grassantibus succurrere possit. Sic accipi potest Salomonis sententia, *Rex qui sedet in solio iudicii.* i. qui non passim aberrat, sed in metropoli, iudicij sui solium figit, *Dissipat omne malum intuitu suo.* Inde. n. omnia ille ma-

la contueri, & agnita remouere & depellere potest.

Ceterum, tertia Interpretatio mihi magis probatur, *Rex qui sedet in solio iudicii, &c.* Suadet Salomon Regi ne iudicia, & publicam administracionem alijs magistratibus prorsus committat, sed vt per se gubernacioni intersit, solio infideat, & quoad fieri possit causas agnoscat, ac iudicet. Nam Princeps qui ea ratione publicæ rei præest, *Dissipat omne malum intuitu suo, vel, oculis suis* prohibet omnia mala à regno suo, tum quia Rex liberius in fontes sententiæ dicit, tum etiam quia omnes à perpetrands sceleribus abinent, ne fortè ist hæc Principi nota fiant. Et quidem Regis oculi ad improbos & improbitatem coercendā plurimum valent. Primo quia, vt ait Plutarchus in Moral. aliorum magistratuum oculos gratia, fauor, aut dona nonnumquam perfringunt, & excæcant, iuxta illud, *Munera excæcant oculos inuicem.* at Regum oculi ab his omnibus liberi, ac puri esse consueuerunt. Deinde quia oculi Regum maximè terrifici, adeo vt Regis seueri, & minaces oculi, reos perimere nonnumquam soleant, (non pauci enim breuissimo tempore interierunt ex eo quod à Re i. us seiori aut atrociori vultu conspecti sunt. Vnde non ineptè Regem cum Basilico, aut Regulo plerique componendum dicunt, quem aiunt sapius oculis suis necem dare.) Denique quia acres magis sunt ad videndum Regum oculi, nō soium quia cum ex editissimo loco adspiciant, hoc est ex supremæ dignitatis fastigio & solio liberius & clariùs cuncta vident, sed etiam quia maiori acie polleat. Nam cum superiorum oculos lux, atque notitia à Deo inspirata & immiffa, ad gubernandum & iudicandum acuire soleat: hanc certè lucem Deus clariorem & vberiorē Regibus adspirare & afflare solet, quàm priuatis. Atque hæc certè potissima causa est propter quam Reges per semetipsos, quoad fieri potest, res publicas gerere debent, ne illas hoc tam vtili auxilio lucis à Deo inspiratæ defraudent. Lege D. Thom. in opus de Regimine Princip. lib. 3. cap. 2. vbi non paucis declarat qua ratione Regum oculi maiori lumine collustrentur, quàm priuatorum hominum, exemplo Angelorum supremi ordinis, quorum aciem amplior, & vberior lux perfundit, quàm inferiorum.

Rursum legendus etiam D. Thom. in cap. 3. vbi huius luminis vim expendit, & qua ratione à Rege in subditos transeat, aptè explicat. Accommodat autem huic rei tres motus, quos D. Dionysius de Cælesti Hierarchia Angelis dedit, rectum, obliquum, & circularem, atque illos ex Dei irradiatione prouenire dicit. Itaque sic ait D. Tho. *Irradiationis tam dictæ ad bonum regimen necessaria & in Principe, & in subditis motum circularem cognoscimus, rectum, & obliquum.* Motus rectus ideo dicitur, quia fit per diuinam illuminationem super Principe ad bene regendum, & à Principe in populum meritis Principis. Sed obliquus, est quando per diuinam illuminationem sic subditos regit, quod vir tuos ipsi viuunt, & insurgit in eis diuina laus, & gratiarum actio, vt sit quasi quadam arenalis figura ex chorda recta, & arcu obliquo. Sed circularis motus diuinorum radiorum dicitur, quando diuina illuminatio irradiat Principem, & à Principe subditum, ex qua quidem eleuatur ad Deum contemplandum, & diligendum: qui ideo circularis motus vocatur, quia est ab eodē in idem: nam à Deo in Principem, ab hoc in

Ægid.

Plutarch.

31
D. Thom.

subditos, ab his ad Deum reditur. Hactenus D. A Thom. Tantò igitur illustrati lumine Principū oculi, certius cuncta vident & de rebus omnibus meliùs decernunt. Denique Regum oculi vigiles magis sunt quàm priuatorum: nam cùm homines curæ excitare soleant, alienæ vtique curæ vigiles, propriæ verò infomnes reddunt. Alij magistratus alienam curam in se suscipiunt, Rex verò propriam gerit. Huc spectat vulgata illa Homeri sententia Iliade.

Homer.

Non decet noctem integram dormire Principem virum,

Cui populi commissi, & tanta res cura sunt.

Cùm ergo Principum oculi tot nominibus præstent, operæ pretium est vt ipsi per se res inspiciant, causas cognoscant, in omnem publicam administrationem intenti sint, vt mala omnia à subditis suis prohibeant. Ea propter Basilii Imperator inter capita illa quæ dictauit Leoni filio sic præcipit. *Obfringe te huic necessitati vt omnia tibi oculis inspicienda esse ducas, & nihil inspectum prætermittas. Quippè Imperator cùm sis in terris neminem superiorem habes qui te cogere valeat, sed Regem habes eum, qui dominatur in cælis, cui sicut omnia curæ sunt, vt Deo necesse est, & tibi cura esse, vt Regi. Nihil ergo per socordiam neglectum prætereas, cùm te scias esse sub Deo: quem admodum. n. ea, quæ à te diligenter inspecta administrantur multum emolumentum capiunt, ita quæ non inspecta neglectim prætereuntur, in magnam perniciem labuntur, hæc ille. Qui inter alia suadet filio Deum imitari, qui ita omnia curat, vt nihil non ipse inspiciat: nihil etiam causis secundis gerendum committit, quod non ipse etiam simul gerat. Huc spectat etiam illud Diotogenis Pythagorici, apud Stobæum 46. de Regno. *Atqui indicare, & ius suum singulis distribuere proprium opus est Regis, qui ceu Deus quidam in mundo est.**

Stobæus.

Ad extremum locum istum Christo accommodant Beda, Hugo, Salonius, Dionys. & alij. Christo, inquam, in extremo iudicio sententiam aduersus improbos ferenti, atque eos minaci vultu deterrenti. August. verò in libr. de correctione & gratia, de Christo etiam edisserit, qui modo ad patris sui dexteram sedens velut è folio quodam inde omnia mala intuitu suo cernit, etiam quæ hominum aspectum & oculos fugiunt. Cùmque ei placet ab oculis suis gratiæ radicem in animum librare, mox ex corde hominis dissipat, dispergitque omne malum.

IX. Quis potest dicere, mundum est cor meum; purus sum à peccato?

30.

Quis potest dicere, &c. Hebræa ad verbum. *Quis dices, mundavi cor meum, mundus sum à peccato meo? Vel, purgavi à peccato meo.* Chald. concinit cum nostra. Septuag. *Quis gloriatur castum se habere cor, aut quis gloriabitur mundum se esse à peccatis?* Sic legit D. August. de Sanct. Virg. cap. 48. sed D. Hieronymus contra Pelag. *Quis confidet, &c.* Symmach. verò integram sententiam sic extulit. *Quis dicet, mundavi cor meum, purus sum à peccato meo?*

Caetanus iuxta lectionem illam Hebræicam. *Quis dicet, mundavi cor meum, &c.* de gratiæ necessitate exponit, quasi dicat, nemini vnquam id affirmare integrum fuit. *Egomet virgine meo cor*

meum expurgavi, & illud à peccati fordibus purum reddidi, id quippè solius diuinæ gratiæ opus est.

D. Hieronym. contra Pelag. circa initium, huius loci sententiam eò deriuat, vt significet nullum esse, qui alicuius peccati forde cor suum non inficiat, ita vt hæc sententia similis sit illi Ecclesiastici 7. *Non est homo iustus super terram qui faciat bonum, & non peccet.* Vtraque interpretatio vera est, & in verba ipsa apprimè cadit.

Hieronym.

Eccles. 7.

Sunt alij, qui verba illa expendent. *Quis potest dicere*, his verbis innui volunt nemini satis compertum esse, vtrum omnium criminum labe eluerit, & in gratia Dei sit: ad hunc modum exponit Beda, Iansen. Rodolphus, & alij. Quæ sententia plura hæreticorum nostri temporis dogmata profligat, qui non aliter hominem à culpis omnibus emundari aiunt, quàm si semetipsum certo certius iustum esse credat. Cæterum huic expositioni non admodum fidit noster Vasquez 22. disp. 200. ca. 4. Quia licet hæc sententia de munditia ab omni mortifera, & capitali culpa recipi possit; tamen verba illa, *Quis dicet, &c.* non sic exponenda, *Quis id certo affirmabit.* Sed, *quis gloriabitur id prædicabit.* Itaque non tam hinc à Salomone taxatur affirmatio, & asseueratio illius dicti, quàm inanis iactantia, & gloriatio, atque in hanc sententiam benignè allicit Bedam, qui posteaquam dixit locum de culpis etiam grauioribus intelligendum, statim subdit. *Nec tamen se ipsum quisquam mundum corde absque temeritate pronunciet, stulta est namque, propriæ laudis iactantia, temerarium, de sua quemque innocentia, vel iustitia gloriari.* Quibus verbis non meram affirmationem, sed ostentationem arcet. Adstipulantur Sept. qui sic vertunt? *Quis gloriabitur, &c.* Libens ergo assentior præceptori, atque ex hoc loco nihil satis robustum ad contraria dogmata euertenda produci posse arbitror, suppetunt. n. alia robustiora scripturæ testimonia, quibus Catholica sententia robustius fulcitur.

D. August. loco citato de munditia ab omni forde etiam veniali, & leuiori, verba ista edisserit, quasi dicat. Nemo quidem hoc sibi sumere, & arrogare audebit se nimirum ab omni crimine liberum esse: omnibus. n. illud dicere demandatum fuit, *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris,* sic August. ab Hieronymo non discedes: sed tamen cùm ibi de Virginitate sermonem habeat August. existimo illum non de munditie in vniuersum ab omni culpa, sed speciatim de puritate Castitatis loqui. Ita vt sensus sit. *Quis gloriabitur castum se habere cor. i.* Non pauci fortasse id sibi arrogare poterunt, quod ab omni labe turpitudinis corpus defenderint: sed qui non corpus solum, sed etiam cor ab omni prorsus macula libidinis vindicauerit, nullus certè, aut vix aliquis erit. *Quis. n. ille, cuius mentem aliqua libidinis illecebra non attigerit? cuius animum aliqua, vel leuis turpitudine ex inconsiderantia, vel surreptione non inceserit? nec inceserit solum, sed etiam infecerit? Ideo. n. subdit, Aut quis gloriabitur mundum esse à peccato?* Itaque prior pars ad turpes cogitationes pertinet, quas nullus ferme non experitur, posterior ad culpas leuiiores ex libidine admittas, quibus viri etiam insigni pietate præditi, aliquando sese obstringunt. Sed quid inde? Hoc sanè Deo quidem prouidente fit, ne Virgines, haud inaniter superbiant, sed magis humilitatem & demissionem animi sui insinuent. Huc spectat illud.

33.
August.

Quis

quis gloriabitur castum se habere cor? &c. quasi dicat, cum nemini liceat id sibi arrogare, quod nullæ libidinose cogitationes mentem eius inceperint, nec vllæ turpitudinis maculæ conscientiam affecerint, vnde fastus & tumor? Cum potius hoc humilitatem parere debeat. Et quidem hanc sese dimittendi rationem præscribit Virginitibus D. August. in toto illo, atq; sequenti cap.

34 Quod si legas, *Quis dicit, aut quis iactabit, mundaui cor meum &c.* tunc quidem sensus erit. Quis id iactare audebit, castitatem, aut virginitatem egomet mihi peperit, cū constet hanc Dei optimi maximi donum esse, iuxta illud, *Nemo potest esse continens, nisi Deus det*; nimirum quia ob validissimā tentationum vim, ipsa, præ cæteris virtutibus, auxilio Dei speciali indiget. Vnde August. Virgines affatus sic addit in eo li. cap. 41. *Hæc prima sit inducenda humilitatis cogitatio, ea se sibi putet, vnde Virgo, esse, quod talis est, ac non potius hoc donum optimum, desuper descendere à patre luminum.* Ita, n. ipse de continentia loquens: *Apostolus appellauit, cū dixit, Volo autem omnes homines esse sicut me ipsum, sed vnus quisque proprium donū habet à Deo.* Itaque Salomon his verbis superbiam, & fastum à Virginitibus arcere volens duas sese per veram humilitatem demittendi optimas rationes offert. Hæ sunt, cogitationum impuritas, leuioreque maculæ, nec non illa persuasio, quod castitas inter alias virtutes Dei donum est. Et quidem Virginitibus & castis humilitatis incitamenta præsto esse debent, quia maximum illis semper ex superbia exitium impendit. Audi Aug. cap. 41. *quod bonum quanto magnum video, tanto ei ne pereat futuram superbiam pertimesco. Custos ergo Virginitatis, Charitas, locus autem huius custodis, Humilitas &c.* Lege ibi plurima.

August.

X. *Pondus & pondus, mensura & mensura, vtrumque abominabile apud Deum.*

35 **P**ONDUS, &c. Hebr. *Lapis, & lapis, ephi & ephi abominatio Domini.* Lapis vtique pro pondere, non quia ex lapide olim pondera fierent, vt supra animaduerti cap. 6. ad illa verba, *Pondus & statera iudicia Domini sunt, & opera eius omnes labides sæculi*, id. n. rectæ administrationi aduersatur, aded vt ab omnibus ferme rebus publicis lege cautim sit, neu pondera ex lapide fiant quia lapis vsu exteri, & imminui solet, sed ex ferro, aut ære. Lapis ergo ab Hebræis dicitur quodlibet pondus, siue ex ferro, siue ex ære, siue ex alio solidiori metallo constet, quia Hebræos quamcumque auri, argenti, plumbi, vel alterius metalli solidam massam necdum elaboratam, lapidem appellare solitos nemo ignorat. Chald. concinit cum nostra. Septuag. sic habent. *Pondus magnum, & pusillum, & mensura duplices immunda sunt apud Dominum.*

Huius loci sententia perspicua est. *Pondus, & pondus &c.* Sept. vim huius clausulæ expresserunt. *Pondus magnū & pusillum, magnum scilicet ad res accipiendas: pusillum verò ad easdē tradēdas. Mensuræ itē duplices, maiores scilicet, ac minores, eodē nomine Deo admodū inuisæ sunt.* Hanc expositionē tradidit. D. Gregor. ho. 4. in Ezech. & moribus eleganter accommodauit. *Pondus, &*

Gregor.

Tom. 2.

A **P**ONDUS, &c. Scimus quia in negotiatorū duplici pondere aliud maius, aliud minus est: nā aliud pondus habent, ad quod pensant sibi, & aliud pondus, ad quod pensant proximo: ad dandum quidem pondera leuiora, ad accipiendum verò grauiora præparant. Omnis itaque homo qui aliter pensat ea, quæ sunt proximi, & aliter ea, quæ sua sunt, pondus & pondus habet. Vtrumque ergo abominabile est apud Deū: quia si sic proximū, vt se diligeret, hunc in bonis sicut se amaret: & si sic se sicut proximum adspiceret, se in malis, sicut proximū iudicaret. Sed tamen ad hanc sententiam illustrandam transferre oportet ea, quæ supra diximus c. 11. vers. 1. & cap. 16. vers. 11. vbi fat. multa dedimus de hoc argumento. Subdit Salomon.

XI. *Ex studiis suis intelligitur puer, si munda, & recta sint opera eius.*

EX studiis suis, &c. Hebr. *Etiā in studiis suis cognoscetur puer, vtrum mundum, & vtrum rectum opus eius.* Pagninus. *Etiā in operibus suis cognoscetur puer.* In primitiuus est מעלהו Meghalalau, ex radice חלהו Ghalal, duplicante secundam, quæ significat agere, moliri, aut conari: Itaque vox illa conatum propriè significat, noster optimè studia conuertit, non ita benè, qui opera simpliciter reddunt. Septuag. *In adinventionibus suis competitur adolescens cum sancto, & recta via eius.* Sanè illo verbo, agnoscitur, vel intelligitur, subest radix נכר Nachar, quæ significat quidem agnoscere, vel intelligere. Sed putant Hebræi eam radicem trahi ex verbo כרה Charab. j. fodere: itaque propria, & germana illius vis est, velut ex perfossione aliquid eruere, quod prius occultum erat; significat etiam occultare, aut claudere, ita vt perinde sit ac defodere. Hinc nata altera translatio Rabbi Ioseph, nostræ lectioni prorsus aduersa, *In studiis suis occultus erit puer, &c.* Rursus verbum Nachar, significat alienare, vel, alienum se præstare, ex qua significatione lux parabitur translationi Septuag. de qua postea. Fluxit etiam inde alia Rabbi Himanuël ad hunc modum, *In operibus suis alienum se exhibet puer.*

Ergo Rabbi Ioseph locum istum, & propriam lectionem sic edisserit. *In studiis suis occultus erit puer, si recta, & munda sint opera eius.* Nimirum sapius puer paruulus non talis agnoscitur, quia pueritiam occultat, dissimulatque suam, tunc scilicet, cum recta, munda, & viro digna opera gerit, aded vt in pueritia senectam quandam maturam adumbrare videatur, iuxta illud, *Canis sensus hominis, & atas senectutis vita immaculata.* Hæc sanè extrema verba, *Vita immaculata*, respondent illis, *Si recta, & munda sint opera eius, &c.*

Rabbi Himanuël alteram illam lectionem, *In operibus suis alienum se exhibet puer, &c.* his ferme verbis exponit. Quāquam vt plurimi agnoscuntur pueri in tenera ætate, quales futuri sunt in senectute, interdum tamen inuenias illos ostendere in pueritia oppositum illius, quod futuri sunt, atq; aded ex pueritia non licet statuere, an post modum rectam, & immaculatam vitam acturi sunt. Sunt. n. inquit non pauci, qui in pueritia videntur bonæ indolis, solertes ingenio, & cor senile gerere, sed non respondent vltima primis:

K

alij contra, &c. Itaque illa verba, *Alienum se exhibet puer*, sic accipit Himanuël. j. pueritiæ studia & exercitationes nonnumquam dissident, & alienæ sunt ab studijs posterioris ætatis. Ceterum mea quidem sententia longè meliùs, & coherentius cum sequenti clausula diceret, *In studiis suis alienum se exhibet puer, si recta, & munda sint opera eius*. j. si puer rectè & immaculatè se gerat, & iam inde à pueritia studia ad honestatem prona ostendere videantur, alienum profecto se exhibet ab illa ætate, hoc est, rem præstat ab ea ætate profus alienam, & remotam, nihilo. n. minus ab ea ætate discrepat, distatque morum maturitas, quàm ipsamet senectus à pueritia. Sed tamen cum hi à Vulgata lectione longiùs abeant audiendi non sunt.

Hæc ergo satis apertam sententiam claudit ad hunc modum. *In studiis suis intelligitur puer*. j. si puerum attentius spectes iam inde à tenera ætate quædam in illo futuræ vitæ semina spectare licebit. Nam studia, & conatus illius ætatis innuunt facis quales olim, cum ad prouectam ætatem uenerint futuri sint. *Si munda, & recta sint opera eius*. Duplex utique sensus, nimirum an futura sint deinceps succedente ætate munda, & recta opera eius, iam tunc præmonstrant. Vel, ita ut hoc indicij loco ponatur, si videlicet iam tunc in pueritia munda, & recta sint actiones eius ad futuræ vitæ prælagium. Ego autem posteriori sensum præfero. Aliquando certè sanè ex quibusdam non bonis puerorum studijs non malam in posterum vitam sperare licet, audi Plutarchum. *Vt multa agrestia subnascuntur in agro, mala quidè ipsa sunt, sed tamen signa felicitatis atque vberis soli. sic etiam in puero animi quidam affectus per se mali, arguunt ingenium non malum, si accedat recta institutio*. Ceterum isthæc bona spes, quæ ex non bonis puero studijs aliquando accidit, dubia satis, atque anceps est. illa certior, ac constantior spes, quæ ex bonis & honestis puerorum conatibus capitur, *Si munda, & recta sint opera eius*. Huc spectat illud Tullianum pro Cælio. *Non loquor, inquit, de sapientia, qua non cadit in hanc ætatem, de impetu animi loquor, de cupiditate vincendi, de ardore mentis ad gloriam, quæ studia in his iam ætatibus nostris contrahentiora esse debent, in adolescentibus verò tamquam in herbis, significant, quæ virtutis maturitas, & quantæ fruges industria sint futurae*. Est igitur in pueris permagni faciendum bonæ indolis specimen. Qualem? Prius quidem, *Si munda opera sint*, hoc est, si casta, & pudica. Nullum. n. posterioris vitæ benè agendæ omen certius quàm casti, & pudici puerorum mores. Ratio autem est in præcepto, quia libido omnia virtutum semina æstu suo adurit, & probitatis radices excoquit, atque adedò de puero intemperante nihil unquam boni fructus aut maturæ frugis sperare licet. Huc spectat illa Tullij vulgè trita sententia. *Libidinosus, & intemperans adolescentia effert corpus tradit senectuti* j. sterile & nullius frugis. Posterius bonæ indolis specimen est, *Si recta sint opera eius*. Heb. 771 quæ vox non solum æquum, & rectum significat, sed etiam placidum, & suauem. Et quidem ita reor in hoc loco. Iasari, ad posteriorem significationem pertinere, ita ut sensus sit. *Si rectum opus eius* (sic. n. habent Origines.) i. si placidi ac dociles mores, non rigidi & proterui. Nam rigidi & indociles pueri nihil etiam bonæ frugis in posterum pollicentur. Mihi quidem ita videtur teneram illam ætatem in flore esse, ut igitur flos ille succedente senectate maturos prudentiæ fructus reddat, libi-

Plutarch.

Cicero.

A dinis æstus & morum indocilium tigor abesse debet, hæc. n. duo tamquam calor, vel frigus, per vices plurimum illum florem adurere solent. Et quidem Roterodamus, non bonus autor, sed benè de vana libidine in similitudinibus sic fatur. *Ar-* Roterod. *borea quædam benè florent, veruntamen nullum afferunt fructum: ita quorundam puerorum ingenia magnam vitæ frugem pollicentur, sed succedente libidine fallunt expectationem omnium*. Idem verò de indocili, & rigido ingenio affirmare licet. Libido. n. calore suo, indocilitas verò rigore ac frigore primum illum iuuentæ florem adurit, atque adedò omnis futuræ frugis spes extinguitur.

B Sed tamen expendenda est vox originalis quæ subest illi verbo, *intelligitur*, quæ ut supra obseruauimus, perinde est, ac *effoditur*, seu fodiendo inuenitur, quia metaphorica cum sit, latentem similitudinem eruere iubet. Ego igitur similitudinem ab his ductam dicerem, qui venas auri & argenti in terris penitus abditas quibusdam externis indicationibus, signisve inducti effodiunt; vel etiam ab his, qui aquæ venas inquirunt, & indicij etiam quibusdam edocti ætate fossam ducunt. Itaque sensus erit, *In studiis suis intelligitur, vel effoditur puer*. j. Quemadmodum certæ quædam indicia sunt apud homines, quæ suadent auri, argenti, aut etiam aquæ venam alicubi latere, atque adedò terram effodere, & fossas magnis sumptibus agere: ita etiam studia, nimirum affectiones, aut propensiones puerorum exteriùs indicant, an nobilis ingenij, aut prudentiæ vena in ipsis delitescat, quam perscrutari, effodere, & elaborare oporteat. Itaque Salomon, ni fallor, parentes admonet, ut priusquam filios suis præceptoribus tradant, atque in eos erudendos sumptus impendant, eorum indolem, & ingenium explorent, ne operas & sumptus perdant, similes his, qui nullis, aut fallacibus indicij persuasi, auri, vel argenti venas maximis quidem expensis, nullo autem vsu aut emolumento altissimè effodere vellent. Cû autem subdit Salomon, *Si munda, & recta sint opera eius*, præcipua indicia adnotat, quæ de puero magnum aliquod sperare iubent. Alterum est, castitas & pudicitia, ut supra notauimus, *Si munda sint opera eius*. Et quidem Georg. Agricola de re metallica lib. 1. ita docet; montem auri vel argenti venam penitus includentem non herbescere, nec virentia gramina afferre, sed sterilem, atque infecundam esse. Non aliud sanè auræ indolis in puero latentis indicium & omen, quàm sterilitas, castitatem dico & pudicitiam, quæ profus infœcunda est, & luxuriantem carnis viriditatem excindit. Alterum indicium, quod suadet plurimum pueri ingenium effodere, hoc est disciplinis bonis excolere, docilitas est, & morum suauitas, id. n. sibi volunt illa verba, *Si recta sint opera eius*, ut nuper animaduerti. Prædictus igitur Georgius loco citato, illud venam aliquam effodere volenti cum primis cauendum esse dicit, ne duris vndequeque silicibus, aut saxis obdura sit, *Quia tunc, inquit, lucrum expensas non attingit*, indocilitas utique ac rigor mentis in puero silex est, aut saxum indomabile, quapropter quicumque illud effodere & prærumpere velit, frustra insudabit, pluraque expendet, quàm parabit.

Ad extremum translationem Septuag. versare libet. *In adiuentionibus suis cõpeditur adolescens cum sancto, & recta via eius*. Regia & Complut.

habent, *impeditur*, quæ verba ad sensum Vulgatæ lectionis allici non possunt. Sic autem interpretor. Si adolescens sua ipsius consilia & studia sequatur, aut de recto viuendi tramite omnino decedit, aut saltem vltimus non progreditur: si verò sanctum aliquem, & pium virum sectetur, rectam semper tenebit viam. Itaque iuxta hanc lectionem docet Salomon in adolescentibus non satis consilij, & rationis vigere, vt ex arbitrio suos res agant, sed consiliariis probis ac piis opus habere ad agendum. Cùm autem dicit, *impeditur*, significat adolescentem, qui consilio & arbitrio suo aliquid agendum suscepit, non posse illud ad exitum perducere, sed difficultatibus obuiam procedentibus impediri, & retro compelli. Pergo ad alia.

XII. *Aurem audientem, & oculum videntem Dominus fecit utrumque.*

A *Vrem, &c.* Heb. Dominus fecit etiam ambo ipsa. Sept. *Auris audit & oculus videt, Dominus fecit & vtraque.* Chald. coheret cum nostra lectione.

Non vno modo locum istum versant interpretes: omnes autem putant hanc veluti maiorem propositionem à Salomone præscriptam, vt inde deducatur utilis aliqua consequentia ad mores spectans, quam ipse data opera subicit. Alij ergo sic inferunt, *Aurē audientē, &c.* Dominus quidem aurē & oculum fecit, ergo à fortiori, ipse & auribus, & oculis præditus est, quibus omnia audit & videt. Quo argumento vsus est David Psal. 95. *Qui plantauit aurem non audiet? & qui finxit oculum non considerat?* Fieri non potest, vt istorum sensuū artifex, non ipse etiam longè præstantiores, & acutiores habeat, quibus omnia vel audiat, vel aspiciat.

Secundò, alij ad hunc modum illationem conficiunt ex illo antecedenti. *Dominus quidem aurem formauit, & oculum effinxit*, non ergo effinxit solum hæc organa, sed eorum etiam vsus ipse temperat, ac regit: Nam eiusdem est instrumentum aliquod efformare, illudque temperare, & ad vtilem vsus aptare. Nil certius. Hoc argumento vsus est Deus Moysem affatus, Exod. 4. Nam cùm Moyse obiecit se ineptum ad loquendū, occurrit Deus. *Quis fecit os hominis? & quis fabricatus est mutum, & surdum, videntem, & cacum?* quasi diceret. Cùm eiusdem sit effingere os, & illud ad aptè loquendum temperare, quid hæres? &c.

Tertiò, etiam nonnulli aliter consequentiam deriuant. Deus vtique aurem, & oculum effinxit, non ergo licet his abuti. Nam quidquid Deus fecit, bonum ad vsus præstitit. Quasi dicat, nemo oculis, vel auribus abutens, causetur hæc organa à Deo sibi indita: quidquid. n. Deus fecit, bonis & honestis vsibus accommodauit; homo autem libertate sua in prauos detorquet. Quod autem Deus oculos, aures, & alia membra bonis tantum vsibus aptauerit, eruditè probat Chrysof. hom. 22. in primam ad Corinth. *Ad probitatē, inquit, sumus aptiores, quàm ad vitium: quatenus virtus quidem est quodam modo secundum naturam, & præter naturam vitium: sicut etiā egrotare, & esse sanum. Nam, exempli gratia, oculos nobis dedit Deus, non vt impudicè aspiciamus, sed*

vt res ab eo creatas admirantes, adoremus Creatore. Quod autem hic sit proprius vsus oculorum, est perspicuum ex his, quæ videntur. Nam solis quidem, & cæli pulchritudinem liberam nobis fecit, vt vnde cumque, & infinito aspiciamus intervallo. Mulieris autem pulchram formam vix è propinquo discernimus. Rursus aures fecit, non vt verba excipiamus impudica, maledica, & blasphemata, sed vt dogmata salutaria. Propterea quidem certe quando dissonum aliqui acceperint torpescit animus, & ipsum corpus: Nam vt ait Ecclesiastes, Sermo perurire facit pilos. Et si crudele aliquid, & immitate audierimus, rursus, horremus, si autem numerosum aliquid, humanū, & benignū acceperimus, & gestimus, & letamur. Os quoque nostrum loquens turpia, efficit vt erubescamus, & ex pudore nos abscondamus: si autem honesta, cum securitate, & omni libertate ea emittit: his autem, quæ sunt secundum naturam nemo erubuerit, sed his, quæ sunt præter naturam. Manus etiam quando rapiunt occultantur, & querunt defensionem, si autem dederint elemosynam etiam gloriantur. Hactenus Chrysof. qui legendus etiam est hom. 11. in Epistolam ad Romanos, vbi de hoc argumento multa etiam serit, sed inter alia sic addit. Si tam miles pro patria decertans, quàm sicarius contra domesticos armatur, non quidem armatura crimen hoc sustinebit, neque illius artifex, sed is potius qui illam in malum vsus conuertit. Idem de corpore nostro dicere possumus; etenim si alienam pulchritudinem curiosius perscrutatus fueris, tunc arma iniquitatis effectus est oculus; non quidem à propria efficientia: oculi. n. est videre, non impudicè videre, sed à iubentis cogitationis malitia; quod si illum retinueris, atque infranaueris, tunc iustitia arma effectus est; eadem ratione, & in lingua & in manibus, & in reliquis alijs.

Quarto etiam alij interpretes, (in his Beda, Hugo, Dionys.) putant hæc verba non ad externa oculorum, & aurium sensa, sed ad interna pertinere, hoc sensu. *Aurem audientem, &c.* Nemo scilicet ex eo efferri debet, quod plura discit, aut plura mente comprehendit quàm alius: id. n. Deo potius adscribere debet, qui mentem ipsi indidit ad excipienda dogmata promptam, & ad rimanda mysteria acutam, & acrem. Itaque auris facultatem animi significat ad addiscendum expeditam, oculus verò vim notat perscrutandi & speculandi. Vel aliter secundum Bedam, comparatio fit inter auditorem, & doctorem, ita vt auris discipulum significet, oculus autem magistrum. Sensus autem sic instituitur, hæc sunt illius verba. *Aurem audientem dicit auditorem verbi obedientem, oculum videntem doctorem eruditum. Nemo ergo cùm se ad docendum viderit idoneum, despiciat simplicitatem fratris, qui & minus doctus ad prædicandum, non tamen minus promptus est ad discendum, & ad implendum quæ didicit. Imò recolat, quia qui sibi maiorem gratiam scientia dedit, ipse fratri ad excipiendam hanc scientiam aurem accommodabit, vt nouerit se, non propter se tantummodo, sed propter fratris accommoda sapientiam nactum fuisse. Itaque arguit illos, qui cùm sapientiam Deo donante adepti sint, quæ ipsi sapiunt alijs non tradunt, eo argumento. Quia qui oculum, j. doctorem speculandi peritum fecit, idem etiam aurem hoc est auditorem promptum efficit, vnum videlicet propter alium, doctorem quidem propter discipulum, vt hic ex illius doctrina sapiat, discipulum item propter magistrum, ne hic otio-*

iam & inutilem scientiam habeat, dum illam alteri non infillat.

Sed licet hæc aptè dicta sint, nescio tamen an alia fuerit Salomonis mens, esto tu arbiter. Existimo. n. hæc verba cū superiori versu consuenda & innodanda. Nam cū præmiserit Salomon ex primis studijs & conatibus pueri ingenium, & indolem deprehendi, an docilis ad audiendum, & acris ad speculandum sit; aptè quidem subdit.

Aurem audientem, & oculum videntem Dominus fecit utrumque, quasi dicat, in his non intercedit consilium aut libertas, quod. n. quis ad audiendum sit docilis, & ad speculandum acris, pars naturæ est à Deo ipso creata, atque adè in pueris etiam, qui nondum consilij, & rationis cōpotes sunt, non parum elucet, quod eleganter dixit Seneca in Epistola 96. *Vt diu immortales nullam didicere virtutem, cum omni editi, pars enim natura eorum est esse bonos, ita quidem ex hominibus egregiam ab ipsis inserti indolem, in ea, qua tradis solent perueniunt sine longo magisterio, & honesta complectuntur, cum primum audierint.* Quibus verbis docet bonam indolem naturæ ipsius partem esse,

& hanc quidem à Deo inspirari, quæ ad faciilius capessendas disciplinas, & optimas artes plurimū facit, & sine qua labor omnis & cura in eisdem parandis frustra impenditur. Non minus eleganter idem Seneca in lib. 4. de Benef. cap. 6 *Instita sunt nobis omnium ætatum omniumque artium semina, magisterq; ex occulto Deus producit ingenia.* Vnde non malè Petrarcha Dialogo 81. de discipulo. *Omnes, qui sunt, & qui erunt, aut qui fuerunt doctriinis clari, non possent vnum ingenium accendere, nisi aliquæ intus in animo scintille sint, quæ præceptoris spiritu excitata, & adiuta generosum discipline fomitem arripiant, alioqui algidum in cinerem nequidquam stabis, &c.*

Seneca.

Petrarch.

XIII. Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat, aperi oculos tuos, & saturare panibus.

44

Noli diligere, &c. Hebræa respondent omnino Vulgatis: cohæret etiam Chald. Sept. ab his omnibus longè abeunt. *Noli*, inquit, *diligere detrahere, ne extollaris, aperi oculos tuos, & implere panibus*, sic habet textus correctior. Quæ translatio desumpta est à S. Cypriano 3. testimoniorum, qui in plerisque codicibus sic legit, in quibusdam autem habet, *Ne eradicaris*. Regia & Complut. *Ne pereas*. Et quidem translationi Sept. ansam dedit vox שנה *Senah*, quæ si trahatur ex radice ישן *Iasan*. j. dormiuit, somnum adsignificat: quod si referatur ad radicem שנה *Sanah*. j. mutauit, sonat utique mutare, aut alterare. Septuag. verò legerunt *detrahere*, quia detractores ferè res commutant, hoc est, aliter referunt, quàm sunt. Et quidem solet hoc verbum ad sermonem etiam referri eo sensu, supra cap. 17. *Qui altero sermone repetit separata*, ad verbum. *Qui mutat in sermone, &c.*

Nostra ergo lectio facilem sensum offert. *Noli diligere somnum*. j. noli, inquam, te fœcordiæ & inertie addicere (hanc. n. nomine somni notat.) *Ne te egestas opprimat*: pendenda est energia verbi *opprimat*. j. ne super te ex improviso recidat pauperies, ac inopinantem opprimat. Hebræa ad verbum, *ne exhaeres fias*, subest. n. verbum שר יא-

Aras, quod in Niphal significat exheredari, bonis omnibus exui, & patrimonio priuari. Itaque sensus erit; Etiam si magnam hereditatem adieris, bonis omnibus decoctis, pauper eris. Subdit verò, *Aperi oculos tuos, & saturare panibus*. j. Eui-gila, infomnis esto, fœcordiam scilicet excute, & panis tibi suppetet ad saturitatem: nimirum rebus omnibus afflues, nam panis saturitas omnium fortunarū copiam sonat in scriptura. Exod. 16. *Comedent panem in saturitate*. Leuit. 26. *Comeditis panem vestrum in saturitate*. Ezechiel. 16. *Hæc fuit iniquitas Sodoma, & c. Superbia, saturitas panis, & abundantia.*

Exod. 16.
Leuit. 26.
Ezech. 16.

Aliqui exponunt locum istum spiritualiter de Eucharistia. Beda verò sic scribit. *Noli diligere somnum peccati, & inertia, de quo Apostolus ait, Hora est iam nos de somno surgere, ne te si non bene vigilare noueris, egestas opprimat in futuro, illa scilicet grauissima egestas, ubi nec stillam aquæ unâ sitiens inuenire queas, nec oleum extinctis lampadibus infundere. Aperi oculos tui cordis ad vigilias sanctas, & saturitatem tibi gaudiorum celestium bene viuendo conquire.* Hæc ille.

54
Beda.

De translatione Septuag. aliud est iudicium. *Noli diligere detrahere, ne extollaris*. Noli scilicet per detractionem proximi tui famam, & bonam æstimationem lædere, ne illo depresso tu extollaris, & superbias. Est. n. solemne inuidiosus, & liquidis hominibus alios verbis suis de fastigio deponere, vt inde sibi supercilium assumant. Itaque ait, nullum deprimas, ne hoc tibi extollentia, & arrogantia causa sit. Vel aliter, noli extolli & intumescere, ne per elationem alios deicere studeas, vt sublimior appareas. Ita suadet D. August. ad Celant. *Nulli vnquam omnino detrahas, nec aliorum vituperatione te laudabiliorum videri velis: magis tuam vitam exornare disce, quàm alienam carpere.* Adde etiam Hieronymum in Epistola ad Rust. *Vilium satis hominum est, & suam laudem quarentium, alios viles facere, quia alterius vituperatione se laudari putant. Et cum suo merito placere non possint, placere volunt in comparatione malorum.* Sed obseruanda est vis verbi originalis, quod significat propriè mutare, & inuertere verba innuit. n. detractores plerumque falsa dicere. Chrysoft. hom. in Psal. 100. ad illa verba, *Detrahentem secretò proximo suo*, sic scribit, *Vox autem hæc, secretò, rei timiditatem, atque mendacium indicat. Nam si verum esset, quod obicitur, in faciem obiurgare opera prætiū esset, ac libera & aperta oratione pacem sancire. Sin autem clam id facis, proculdubio falsum crimen intendis, vt qui improbam opinionem aduersus proximum conflare velis, nec ea, quæ abs te obiiciuntur probare valeas. Quocirca optimum factus est, detractorem, tamquam mendacem, & furem, propellere.* Alij codices habent, *Ne eradicaris*, ne scilicet tamquam noxium gramen radicitus eruaris, & quidem detractores cum carduis, spinis, aut zizanijs optimè conferuntur, quæ inter triticum subnascentes, illud crescere & attolli non sinunt. Idè etiam vulgo dicuntur *Zizanadores*. Eò. n. præcipuè spectat detractorum consilium, & animus, ne probi & iusti homines extollantur, & eos operiant: sed ipsi contra alijs depressis velut zizaniæ caput exerant. Quocirca sicut agricolæ partes sunt zizaniæ eradicare, vt triticum crescat: ita etiam ad Dei optimi maximi prouidentiam spectat improbos detractores radicitus extirpare, vt honorum existimatio, & laus debitum sibi recipiat incrementum.

August.

Hieron.

Chrysoft.

Sed tamen difficile est cum hac expositione prioris Hemistichij posteriorem partem alluere. *Aperi oculos tuos, & implere panibus.* posset tamen aliquis sic comminisci. Verbum illud *destrahere*, non ad famam esse referendum, sed ad opes alienas, ut sensus, *Noli diligere destrahere, ne extollaris, seu, eleueris*, Græcè ἰσχυρῶς à verbo ἰσχυρῶς, quod significat extollere & eleuare, aliquando etiam de medio auferre, vel in crucem agere, quia nimirum fontes acti in crucem suspenduntur, ac leuantur à terra. Ait ergo Salomon. *Noli, inquam, opes alienas inuadere, & furto auferre, ne deprehensus capitis penas des, ne scilicet extollaris, vel suspendaris*, id est, ne in crucem, aut suspendium agaris. Vel si locus sit alteri lectioni. *Ne eradicaris*, nimirum à terra uiuentium, sublatus de medio. *Quin potius, Aperi oculos tuos, & saturare panibus.* i. euigila, inertiam, & somnum excute, & labore tuo victum quære; sic. n. fiet, ut diues, & copiosus sis tua industria.

XIV. *Malum est, malum est, dicit omnis emptor: & cum recesserit, tunc gloriabitur.*

47 **M**alum est, &c. Hebr. ad verbum sic habent. *Malum malum dicit emptor, & abiens sibi, iactauit se*, Chald. *Socius ad socium dicit, quod emit, & tunc gloriatur, & prædicat.* Hanc lectionem peperit ambiguitas vocis, רגל Rangh, quæ malum, atque socium sonat. Absit hæc sententia à textu Septuag. correctiori: habetur tamen in Complut. & Regio his verbis. *Malum malum dicit is, qui emit, &c.*

Sanè ipsa verba solemnem mercatoribus negotiandi morem significant, qui aliquid mercis ab alio accepturi sæpius id malum, & inutile esse dicunt, & subinde multis reprehendunt, & calūniantur, ut vilis emant: postquam autem mercem acceperunt, non solum gaudent, ouantque quia illam vilis emerunt: sed etiam eandem commendant extolluntque, ut carius vendant. Meminit huius astus mercatoribus familiaris Athenus lib. 6. ubi coquum quendam inducit pisces vilis mercandi artem perdocentem, & sic ad venditores affantem.

Mormylus littoralis piscis malus est, nunquam bonus.

Amiam autumno mercare, nunc autem ver est. Cestrium admirandum hyems cum accesserit, nunc autem ver est.

Et huiusmodi alia subnectit, quibus piscatores summotis licitatoribus aliis pisces vilis diuendere coguntur. Sed tamen ipsa huius sententiæ facies satis prodit non esse dignam ut reliquis infereretur, nisi aliquid nucleus sub vasto cortice incluserit.

48. **Salonius.** Salonius ergo hunc locum excutiens aliquid huius nuclei dedit his verbis. *Secundum litteram solet emptor vituperare quod emere desiderat, & dicere: Malum est, malum est, veruntamen si bene emerit gloriabitur cum recesserit. Spiritualiter autem quomodo intelligis? Ille veraciter est emptor, qui sibi in cælis æterna præmia comparare desiderat, ipse nimirum emere studet terrenis cælestia, caducis mansura, temporalibus æterna. Talis ergo emptor quicquid pa-*

A titur in presenti malum esse dicit: quia malum esse intelligit, hoc est laboriosum, & molestum. Attamen quia omnia aduersa patienter sustinet, cum recesserit de mundo tunc gloriabitur, quia perueniet ad beatitudinem. Hæc ille. Huc spectat etiã glossa, *Qui æterna præmia desiderat, malum est, malum est dicit, quia in presenti debet sustinere, ut cum recesserit de mundo gloriatur, perspicuus quia non sunt cõdigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, que reuelabitur in nobis.* Accinit etiam Hugo Cardinal. qui ad præmissa verba sic fermè scribit, non tam ad laborum tolerantiam, quàm ad pœnitentiam spectans. Mysticè, inquit, exponitur de his, qui nummo pœnitentiæ merces emit cælestes, malum est dicit. i. nimis carum, nimis molestum pœnitere; & cum emptor. i. pœnitens, recesserit à foro pœnitentiæ in domum cælestis patriæ, tunc sane gloriabitur, quia bonum forum habuit. Addit etiam merces cælestes non tam idèo caras videri, quia multis constant laboribus, quàm ex eo quia nondum explicata sunt. Quapropter in Transfiguratione, ubi harum mercium aliquid explicatum, & publicè expositum est, Petrus subiecit. *Faciamus hic tria tabernacula, &c.* Id verò obseruatione dignum inquit Hugo, Petrus non petit sibi ac socios tabernacula, sed Christo, Moyse, atque Helia. Nimirum ut se, atque socios mercatores gloriæ esse significaret, illos autem venditores, hi n. suas in nundinis merces in tabernaculis exponere, & explicare consueuerunt. De mercibus autem diaboli contrarium omnino iudicium ferendum est. Omnis. n. qui eas comparat, bonum est, bonum est, inquit, dum emit, sed cum recesserit è vita, tunc dolebit, &c.

Rodolphus verò, cui hærent alii recentiores, asserit Salomonem mercatorum exemplo suadere in vniuersum, uti in disciplinis, atque aliis rebus parandis laborum exitus, & metas, non initia spectemus omnis enim, qui rem aliquam utilem aggreditur, initio quidem laborem expertus, malam, atque molestam esse dicit, sed tamen cum eam denique sibi peperit, tunc quidem recedens mirum in modum exultat, & gestit. Cæterum in eiusmodi expositionibus hoc difficile est: quod si verba expendas, planè agnosces Salomonem loqui de mercatore, & qui etiã si mercium iustam estimationem probe norit, tamen ex quadam verfusia eas contemnit, & vituperat, ut venditor aliquid de pretio detrahat. itaq; de mercatore imposturam facere volente, intelligenda esse hæc verba, atque adeo in malam potius, quàm bonam in partem accipienda videntur.

Ita quidem accipit Insenius, qui sententiam istam de illis enunciari existimat, qui aliena vituperant, propria laudant. Adeo ut easdem omnino res, & actiones cum apud alios vident audacter damnent, cum verò in seipos translata cõspiciunt, laudent, atq; extollant. Quæ expositio mihi magis probatur, atque ad illam mercatoris comparisonem præfatam sic adapto. Qui suas res commendant, ex cõmuni modo loquendi, easdem vendere, aut venditare vulgo dicuntur, adeo ut intertritas olim paræmias illa etiam circumferatur. *Merces suas vendere.* i. res suas laudare: cui affine est illud Hispanicum, *Cada bucho nero alabasus aguias.* Ergo sensus erit. Ferè ita accidit, ut aliis res suas venditantibus, & ostentantibus, auditores, velut astuti quidam emptores, non solum non probent, sed etiam verbis suis extenuent. Hi verò qui ea ratione alienas res extenuant, si forte earum aliquam adepti sunt, non solum

apud se gloriatur, & gestiunt, sed etiã illam simili modo venditare, & aliis commendare maximè admittuntur. Itaque his verbis Salomon improbã quorundam hominum propensionem ad suas res laudandas, alienas verò aspernandas & extenuandas, mercatorum exemplo, damnat.

Nisi quis velit Salomonem versari in materia iustitiã, & mercaturã, atque negotiatores ipsos iniustitiã insimulare, qui ab imperitis venditoribus optimas quasque res ementes, dum valorẽ & æstimationem rei valde extenuant, vilius quidem emunt, quàm par est. Et ipsi rursus alius etiam ignaris, & inexpertis nullius pretii merces vendunt, dum earum valorem exaggerant, carius longè vendunt, quàm æquitas postulat, quod apud negotiatores valde improbum est, atq; adeò illud carpere, & insectari, Salomonis haud indigna sententia est.

XV. *Est aurum, & multitudo gemmarum, vas autem pretiosum labia scientiæ.*

51 **E**st aurum &c. Hebr. concordant omnino eum vulgatis Sept. verò sic habent. *Et aurum, & multitudo in timorem, vas autem, &c.* Hanc translationem peperit vox פנינין *Phenimum*, de qua alibi diximus, ex genuina sua significatione intima, notari, atque inde ad *margaritas* significandas ascisci, quia hæ ex intimis pelagi sinibus trahuntur, &c. Alias verò eius vocis significationes exposui supra c. 3. ver. 15. Chald. *Est aurum, & multitudo margaritarum bonarum, vasa autem pretiosa labia scientiæ.* In quibusdam Vulgatis codicibus aufertur particula, autem & subiicitur coniunctio &, hoc modo, *Et vas pretiosum, &c.* quam lectionem etiam capiunt Primitiua.

Ergo posteriorem hanc lectionem sequutus Caietanus sic locum istum edisserit. *Est aurum, & multitudo gemmarum, & vas pretiosum labia scientiæ.* i. omnibus his adsimulantur labia scientiæ; per huiusmodi autem scientiæ labia, significatur utique eloquentia doctoris cum scientia coniuncta. Primò igitur *aurum*, inquit Salomon, *sunt labia scientiæ* & quidem aptè; quia eloquentissimis, & sapientissimis doctorum labiis aurum aliquando nomen dedit. Nam D. Ioannes Antiochenus ob eloquentiã vim dictus *Chrysof.* i. os aureum, & D. Petrus Rauénas ob similem dicendi peritiã, appellatus est, *Chrysológ.* i. sermo aureus, & apud prophanos, *Dio* quoque dictus est *Chrysof.* & quidam aiunt Platonem id nominis priùs adeptũ fuisse. Nominis autem ratio hæc est: quia quemadmodum aurum tanto in pretio habetur, vt nihil illius excidere, ac perire debeat, etiã ramenta, & minutissimã particula: sed hæc omnia ad trutinam venire, & attentissimè expendi solent: sic etiam ex oratione doctoris, qui sapientiam cum eloquentia copulauit, nihil intercidere debet, sed verba singula attentissimã cogitationis amissi expendenda & libranda sunt. Rursus D. Chryf. in serm. de Lazaro cum idem argumentũ, quod in superiori concione disceptauerat, iterum versare vellet, sic orsus est. *Etenim qui in metallis operantur, ubicumq; viderint multas auri venas, illic fodiunt acrius, & tãdiu venas persequuntur, quoad omne, quod reperiri potuit, exhauserint: ita & nos idem argumentũ idem tractates, &c.* Haud

Chrysof.

A aliter de illis doctoribus dicendum est, qui ob insignem eloquentiã & sapientiã vim Chrysofostomi, & Chrysologi nominantur, illos. n. sapius adire, atque latentes coram in ore mentis auri venas assiduís interrogationibus effodere, atque eò vsque persequi oportet, quò auditoris captus, & ingenii acies scrutando peruenire potest. Ad hæc, quemadmodũ amnes quidam auriferi sunt, hi, scilicet, qui per loca fluunt aureas venas passim includentia, quas præterlabendo exterunt, & cum arena pariter voluunt: sic etiam ex quorundam præceptorum ore oratio fluit aurifera, ex his nempe, quorum mens sapientiã copiosas, & prædiuites venas alit, quas sermo exundans lapsu suo diripit, & in vulgus spargit. Sed tamen sicut hi, qui ex amnibus aurum legunt arenas multò labore excernunt, & auri particulas asservant, ita etiam prudens auditor eloquentis doctoris verba excernere, & sententiã animo retinere debet. Hæc de auro subdit Salomon.

B *Et multitudo gemmarum.* Hebr. *Margaritarũ.* Sententias ab eloquente doctore prolatas margaritas appositè dicit Salomon. Nã sicut hæ auribus appendi, sic etiam illæ auribus imprimi consueverunt. Sed margaritæ istæ non sunt utique profanis auribus committendæ (ait Nazianz.) ita enim Christus Dominus suasit cum ait, *Nolite margaritas mittere ante porcos.* Ceterũ sicuti ad hunc locum obseruauit nouus interpres, cum ait Salomon, *Et multitudo margaritarum*, aliquẽ maris sinum margaritis abundantem notare videtur. Quod si quidem ita sit, bene dicendi difficultatem hac similitudine non parum exaggerauit. Quia quemadmodum margaritas non passim in quibuscumque amnibus, sed in profundissimis pelagi sinibus reperire licet, neque maria etiam quælibet, quamuis profundissima, margaritas continent, sed vix pauca: sic etiam eloquenter simul ac sapienter dicere non est cuiusuis, sed profundissimi tantum ingenii, neque verò omnia profundissima ingenia eloquentiã cum sapientia coniunctæ margaritas ferunt, sed ex multis pauca. Rursus auditorem ea similitudine docet, qua ratione sapientissimi doctoris optimas quasq; sententias trahere debeat, vt potè qui Vrinatorem imitari oporteat, hoc est non in externis tantum vocibus hære, sed ad profundissima præceptoris sui sensa peruadere vt latentes pepitus in mente eius sententias haurire, & exprimere possit. Subiicit Salomon.

C *Et vas pretiosum labia scientiæ.* Eloquens sermo doctoris cum vase pretioso & eleganti aptè confertur; ex hac. n. similitudine non pauca præcepta tam doctori, quàm auditori vtilia excerpere licet. D *Aug. lib. 5. confess. cap. 6. hunc sermonem ornatum ab ineleganti & impolito sic distinguit. Iam ergo abs te didiceram, nec ideo debere videri aliquid verum dici, quia eloquenter dicitur, nec ideo falsum, quia incompositè sonant signa labiorũ. Rursus neque ideo verum, quia impolite enunciatur, nec ideo falsũ, quia splendide sermo est, sed perinde esse sapientiam & stultitiam, sicuti cibi viles, & inuiles, verbis autem ornatis, aut inornatis, sicut vasis urbanis, aut rusticanis utrosq; cibos posse ministrari, quibus verbis Aug. orationem ornatam cum vase contulit vrbano, hoc est eleganti & splendido. Huc spectant etiam verba Plutarch. in li. de officio auditoris, vbi aduersus eos, qui ad audiendam orationem non inducuntur, nisi ornata sit, atque eloquens etiam si utilis, ac salutaris sit. Porro (inquit) si quis ab exordio orationis nihil ad verũ*

52.

Nazian.

53

August.

Plutarch.

dignitatem attentus. Atticam eloquentiam requirat: ille nihil mihi distare videtur ab eo, qui antidotum bibere recusat, nisi in vase ex Attica veneris siglina adducto praebeatur. Et rursus, ut suadeat auditori prius vilia orationis documenta animo perhibere, ac tunc demum eiusdem ornatum, & veneres contemplari, sic addit. *Quemadmodum oratoris est non prorsus ad veneres orationis esse attentum, sed potissimum ad persuadendum: ita iuuenem decet, ut neglecto priori, ad posterius aliud totus incumbat, non aliter atque potatores faciunt, qui, sedata primum siti, tunc demum pocula versant manus, & sculpiras admirantur.* Et quidem aptè verba ornata doctoris cum pretioso vase aut cratere componi videntur. Sicut. n. crateris lauta pulchritudo bibendi voluptatem quodammodo immitit, eiusdem verò sordes tedium bibendi afferunt; ita etiam verborum ornatus & splendor ad perhibenda saniora documenta in his contenta excitat plurimum; eadem verò si sordida sint, atque humilis doctrina in his inclusa, mirabilem fastidium immittunt.

54 Caterum licet praemissa expositio non sit inconcinna, tamen energia textus vulgati, ni fallor, aliter exponi debet. Ita. n. postulare videtur particula *autem*, quae aduersatiua cum sit, posteriorè clausulam priori opponit. *Vas autem pretiosum labia scientiae.* Iansenius ergo Vulgatæ lectioni haerens sic locum exponit. Aurum certè, atq; gemmae magno in pretio sunt, sed praestat his labiorum eloquentium vas. Sed tamen nec dum vim huius sententiae exhaurit.

Ergo si quis diceret nomine vasis non craterem aut cyatum, sed in vniuersum quodcumque pretiosum ornamentum notari, haud ipsi aduersarè, apud Hebraeos. n. nomen vas latiore habet significationem, & quilibet suppellectilem, vel ornamentum notat, ut aliàs obseruauimus. Salomon igitur ut ostendat eloquentiam non tam in rerum dicendarum copia, quam in modo, ordine, & accommodata totius orationis structura spectari, iuxta illud Marci Tullii, *Non tam copia, quam modus in dicendo quaerendus est*, sic addit. *Est aurum, & multitudo gemmarum*, nimirum auri solida massa est, & gemmae etiam plurimae in aeruum congestae; sed tamen eloquentiae cum sapientia coniunctae pulchritudinem non attingunt. *Vas autem pretiosum labia scientiae.* i. sermo eloquens simul, atque doctus, vasi aureo, & gemmis inclusis pulchrè admodum distincto, adsimilis est, siue craterem intelligas affabrè elaboratum, siue aliquod aliud ornamentum ex auro, & gemmis pulchrè conflatum. (id. n. non curo.) Nam quemadmodum in eo vase non materies tantum pretiosa est, sed etiam forma, & structura; ita etià eloquens oratio non tantum doctis sententiis constat, sed etiam modo, & constructione eleganti. Luculentius dicam. Sicut auri massa antequam formam aliquam pulchram excipiat, & gemmae in aeruum coniectae antequam suis locis includantur, sordent quodammodo & specie carent: ita etiam oratio, quae structura caret, & sententiae, quae suis locis opportunae impressae non sunt, splendorem non habet. Hanc sententiam simili alia comparatione colorum inducit August. lib. 4. de doctrina Christiana. *Nam ut colores*, inquit, *per se singuli non efficiunt pulchritudinem, sed suis locis mixti, & temperati, speciem & decorem reddunt; ita etiam in oratione contingit, &c.*

XVI. Tolle vestimentum eius, qui fideiussor extitit alieni, & pro extraneis aufer pignus ob eo.

Tolle vestimentum, &c. Hebr. extrema verba sic habent. *Et pro extraneis in pignus tolle illud.* Caiet. *Et pro extraneis pignora illud.* Chald. *Tolle vestimentum ab eo, qui fideiussor stetit pro alieno & pro extraneo pignora illud.* Ab sunt haec verba à textu correctio. Sept. ea tamen legere licet in codicibus Complut. & Regio ad hunc modum. *Tolle vestimentum spondentis pro alieno, & pro alieno accipe pignus ab eo.* Sed tamen in scholiis ad translationem correctiorem ex vetusto codice Graeco sic locus restituitur. *Tolle vestimentum eius, qui fideiussor, extitit alieni, & pro extranea oppignorauit se.* Nec verò decipiat te genus foemininum, latet. n. Hebraismus: nam cum Heb. careant genere neutro, foemina usurpant pro neutris. Itaque illud pro alieno, vel pro extranea, perinde est, ac si dicat, pro alieno, pro extraneo. i. pro aliena re.

Imprimis illud obseruatione dignum est. Deuter. 24. sic caueri. *Sin autem pauper creditor fuerit, non pernociabit apud te pignus, sed statim reddes ei ante solis occasum, ut dormiens in vestimento suo benedicat tibi, & infra. Nec auferes pignoris loco vestimentum viduae & rursus Exod. 22. Si pignus à proximo tuo acceperis vestimentum, ante solis occasum reddes ei: Ipsum enim est solium, quo operitur, indumentum carnis eius; nec habet aliud in quo dormiat.* Ex his autem praecipis aliqua excipere licet notatu digna. Prima quidem, inde constat non in vniuersum praecipere à Deo ne pignoris loco vestimentum ab aliis ablatum diutius retineatur, nisi tantum cum debitor pauper est, aut debitor vidua. Lex enim, quae Exod. 22. absolute denunciata videtur, determinatur per eam, quae lata est Deut. 24. Rursus inde colligitur, nomine, *vestimenti*, non corporis indumenta, sed lecti stramenta ad dormiendum notari, ut verba ipsa praeserunt, in quibus de somno agitur. Aliqui etiam dicunt eam legem Exod. 22. de non retinendis pignoris loco lectulo, & stramentis à domo pauperis acceptis, tantumdem locum habere in debitoribus, non autem in fideiussoribus, putant. n. fideiussores ea immunitate propterea minime donatos fuisse, ne homines temere vades se offerant pro debitis. His praecis.

Locum istum sic interpretari licet. *Tolle vestimentum eius, qui fideiussor extitit alieni, &c.* i. lectuli ipsius, in quo dormit totam suppellectilem diripe. *Et pro extraneis aufer pignus ab eo.* i. hanc suppellectilem pro alienis debitis pignoris loco accipe ab illo. Expende verbum illud, *aufer*, praescindit enim reddendi spem. i. pignus absque restitutionis onere accipe: nam lex restituendi pignus ante solis occasum ad fideiussores non extenditur. Itaque sententia haec aduersus eos pronunciat, qui temere fideiubent pro aliis, quos eleganter vellicat ac pungit Salomon, suadens ipsis creditoribus, ut vtantur iure suo, atque illorum bona diripiant: Quasi dicat, qui rem hanc inconsiderate praestiterunt, talia utique merito perferant. Rursus appositè ad hanc sententiam suadet creditori, ut lecti stramenta ab illo auferat, *Tolle vestimentum.* ita enim decet, ne amplius dormiat, sed euigilet, & deinceps sibi consulat: Nam qui temere spondet pro alio, dormi-

re in vtramuis aurem videretur. Ideo .n. supra c. 6. A
suadens Salomon sponfori, vt ab sponsione sese
vindictet quam primùm possit, *Discurre*, inquit,
festina, suscita amicum tuum, ne dederis somnum
oculis tuis, nec dormitent palpebrae tuae, vide plura
eo loco. Quod si cum aliis sentias, legem illam de
non auferendis pignoris loco stramentis ac lecto,
etiam ad fideiullos extendi, dicendum est Salo-
monem, id per quandam exaggerationem credi-
tori suadere, non quia ipsi id facere fas sit, sed quia
sponfor ita mereatur. Quasi dicat, *Tolle vestimen-*
tum, &c. i. Accipe ab illo lecti stragula, nam etsi
hoc facere lex prohibeat, tamen qui temerè spo-
pondit, dignus est hac pœna.

58. Quidam putant Salomonem ad creditorem po-
tius, quàm ad sponforem sermonem intendere,
atque illum ad suas res diligenter recuperandas
exacuerè, ita vt cum debitor soluendo non fuerit,
fideiullore perurgeat, vsque dum ab illo lecti
stragula pignoris loco accipiat, sic enim fiet, vt il-
le ocyus debitum pendat, necessariam ad dor-
miendum supellectilem recuperaturus. Sed ta-
men priorem interpretationem antepono, nam
eius sententia digna est, quæ ab Spiritu sancto
præcipiatur, Hæc non si ita, Non probo.

Extrema verba alij sic restituunt, *Et pro extra-*
neis pignora illud, id est, pignori da, quæ transla-
tio hunc sensum reddere videtur, acceptum vesti-
mentum apud alterum pignoris loco pone, & pec-
uniam ab illo recipe, ne si pignus retineas, spon-
for autem recuperare nolit, vacet pecunia tua.
displicet quoque hæc interpretatio.

Ex his qui spirituales sensus rimantur alij lo-
cum istum Prælati, alij Christo tribuunt, & sa-
nè in Christum aptissimè cadit. ab illo enim, quia
seipsum pro debitis nostris sponforem obtulit,
pater sponsionem recipiens pignoris loco etiam
ipse lecti stramenta abstulit, ita enim ipse fate-
tur, *Vulpes foueas habent, & volucres calinidos,*
filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.
Et quidem sublatis stragulis nil ultra superest
præter ligna, & trabes lecti, atque his denique
exceptus fuit Saluator in cruce obiens, &c. De
Prælati verò ita scribit Hugo. *Tolle vestimen-*
tum, id est, curam secularium, eius, qui fidei in-
sistit pro animabus, & pro extraneis &c. Accommo-
datius verò in eos cadit nostra interpretatio, D
tolle scilicet ab ipsis lecti stragula delicatiora, ne
dormiant, sed magis vigilent, & infomnes sint,
nam Prælatos, qui pro animabus proximorum
fidem suam obstrinxerunt, austerior vita, vigiliæ
decent, & caumeniæ, expositionem Diui Grego-
rij habes.

Hugo.

XVII. *Suauius est homini panis mendacij:*
& postea implebitur os eius calculo.

59. *Suauius est homini*, &c. Hebræicè non dissident.
Schaldæus etiam concinit. Absunt etiam hæc
verba à textu Septuag. correctiori, sed tamen le-
guntur in Scholiis, & in codicibus Complut. &
Regio inferuntur textui hoc modo. *Dulcis est ho-*
mini panis mendax, & postea implebitur os eius sili-
cibus. Vsurpauit etiam hæc verba Diuus Hiero-
nymus semel & iterum: semel quidem contra
Rufinum, & iterum li. i. contra Pelag. Pro cal-
culo Hebr. subest. *צפצף Chatsaf*, ab asperitate di-
ctum putant. Kimhi autem docet ea voce signi-
ficari lapillos confisos instar arenæ. Notat etiam

Hieron.

Caietanus ea voce significari lapillos, seu scra-
pos, quibus res minutissimæ ponderantur, hoc
est minima pondera: aut etiam illos, qui in ratio-
nibus, & supputationibus adhiberi solent. Et qui-
dem hæc significatio, ni fallor, peperit translatio-
nem vulgatam Threnorum 3. nam vbi nos legi-
mus, *Fregit ad numerum dentes meos*, in originibus
est, *Fregit lapillo dentes meos*, sumpsit autem Vul-
gatus *lapillum* pro certo numero.

Thren. 3.

Ait ergo Salomon, *Suauius est homini panis*
mendacij. Panis nomine in scriptura opes quas-
libet in vniuersum notari supra non semel dixi.
Itaque sensus est, dulces admodum, ac volu-
pes opes sunt, fraude, & iniuria quæsitæ, cum
quis illis vtitur. Nam vt iam inde supra idem Sa-
lomon, *Aqua furtina dulciores sunt, & panis ab-*
sconditum suauior. Ideò verè dulciores homi-
ni accidunt, quia in his parendis nullum labo-
rem ponit. *Sed postea implebitur os eum calculo.*

60.

Metaphora sumitur ab his, qui panem præ du-
ris lapillis plenum comedunt, qui inter man-
dendum dentes magno cum dolore rumpunt, &
extrudunt; sic ferè interpretes omnes. Caieta-
nus hunc locum peculiari sententia donat, nam
cum doceat his calculis subductionis numeros,
aut minima pondera notari, quibus res leuiore
librantur, sic ait. *Suauius homini*, &c. id est, Non-
nulli sunt, qui cum fraudibus imposturis que fa-
ciendis delectentur, tamen plenis buccis loquun-
tur de iustis exactisque ponderibus, aut de ius-
tis supputationibus.

Caiet.

Quod ad significationem
calculorum attinet, assentior Caietano; existimo
enim Salomonem vel ad numeros, vel ad pon-
dera adlusisse, sed tamen alio sensu, duplicem ad
sensum vocari potest, aut enim de extremo sup-
plicio accipi potest, aut de temporali in hac vi-
ta. Si ergo de temporali pœna sermo sit, sensus
sic conformandus erit. Loquitur Sapiens de il-
lis, qui alienas facultates administrant, his enim
ferè ita vsu venit, vt quamdiu eas apud se ha-
bent, illis nequaquam parcant, sed in proprios
vsus magna cum voluptate insumant: *Dulcis*
ergo, inquit, *his panis mendacij*, id est, non pro-
prius, atque aded mendax. Sed postea dum
mandunt, & comedunt, eorum ora implentur
calculis.

(Puto autem Salomonem ad calculos
adludere, quibus olim supputationes conficie-
bantur, à quibus multi familiares dicendi modi
profecti sunt; nimirum. *Calculari*, ad calculos
vocare, aut, *reducere, calculos subducere*, & id genus
alij.) Itaque sensus erit, Tandem aliquando hi ad
rationem rei administratæ vocati, dum data, &
accepta in partes concidunt & distribuunt, ipso-
rum ora calculis implentur, id est, numeris, & ra-
tiociniis, quibus rem alienam defraudarunt, quos
iam tunc partiri, ac digerere non possunt. Itaque
iuxta hanc interpretationem suadet Salomon his,
qui alienas facultates administrant, ne expen-
dendi & profundendi voluptate illecti plura insu-
mant, ne ad reddendam rationem vocati grauitet
doleant. Eodem modo exponi possunt etiam de-
his, qui plura insumentes quàm ipsorum faculta-
tes, ac fortunæ sustineant, ære alieno seipfos one-
rant, qui tandem ad rationes vocati cum vident
suarum opum dispendia, & iacturas, mirum in
modum cruciantur.

Quod si de extremo supplicio sermo sit, quod
alieni suppilatores in fine vitæ subire cogentur,
eodem modo metaphora accommodanda est ra-
tioni, quæ Deo de omnibus reddenda est, vt sit
sensus. Dulcis modo panis mendacij, dulces sci-

61.

licet opes iniuste partæ, sed instante morte cum rationes apud Confessarium subducendæ, & contra fas quæsitæ dominis suis restituenda sunt, vel post mortem obitam, cum apud Deum comparere necessum est, & de singulis rationem reddere, os calculis impletur, id est, rationum male habitatum numeris, vel supputationibus conscientia læditur. Quod si per calculos non eos intelligamus, qui ad supputandum adhibentur, sed dicamus Salomonem ad eos adluisse, quibus dies notare solebant veteres (quod Hebræis etiam solemne fuisse quidam autumant, ad illa verba Apocalyp. 3. *Dabo ei calculum candidum* &c.) similis sententia euadet. Nota autem est illa veterum consuetudo, qui dies illos, quos arbitrabantur feliciter abiisse, candidis lapillis in urnam missis signabant, inauspicatos verò nigris calculis adnotabant. Meminit Plin. l. 7. c. 40. & Iuuenalis ait.

Plin.
Iuuenal.

62. *Hunc Macrine diem numeræ meliore lapillo.*

Si ergo Salomon ad eiusmodi calculos spectasse dicamus, sensus erit, *Et postea os eius implebitur calculo*, & si quis acceptis contra fas opibus suaues ac voluptate plenos dies transegit, ita ut singulos candidis lapillis adnotare possit, tandem aliquando dolebit, tunc scilicet, cum morti proximus, aut post mortem iam damnatus, antea actos dies, & rapinas, furta & peculatus in his admissos memoria repetet, versabit, distribuere, concidet. Nam calculos mandere, & contere, nil aliud est, nisi dies superiores in deliciis actos memoria voluere & recolere. Rursus aliqui ad ea verba Apocalyp. exponenda veterem morem accommodant ferendi suffragia, & sententias, calculis in urnam missis, ita ut perinde sit, *Dabo ei calculum candidum*, ac si dicat, pro ipso sententiam feram, vel ipsum sententia mea absolvam: nam candidus lapillus absolutionis, niger verò damnati rei nota erat. Et quidem reos calculis iudicum damnari solitos comprobant Apulei verba lib. 6. de Asi.

Apuleius. ubi sic ait. *Certe calculo cunicorum ut cumque mors eis fuerat destinata.* Mitto alia. Potuit ergo Salomon in hoc loco, ad eum morem spectare, ita ut sensus sit. *Et postea os eius implebitur calculo*, id est, succedente morte non tantum Dei arbitrio damnabitur, sed aliorum etiam iudicum sibi assidentium calculis. His verò calculis, vel sententiis seuerissimorum iudicum os eius implendum esse dicit, qui pane mendacij, id est fortunæ alienis sese explet, significans ex usu diuitiarum, quas contra ius fasque vsurpauit id sibi reliqui futurum, quod memori cogitatione, tamque animi quodam ore semper masticeat, semper conterat. Et sane aptissime illorum iudicum Christo assidentium calculos, & sententias aduersus diuites aliena diripientes, Salomon obijcit, illi enim iudices ex his futuri sunt, qui propria bona ex despicientia reliquerunt, iuxta illud: *Amen dico vobis, quod vos, qui reliquistis omnia, & sequenti estis me, sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israël:* Quapropter nihil aptius obijci potuit illis, qui aliena auferunt, quam hi, qui propria bona reliquerunt, & factis suis, veluti quibusdam calculis auaros damnarunt, quos utique calculos, vel sententias auari apud inferos incredibili dolore semper memoria versabunt.

63. Ad hæc, ut supra animaduerti, vox originalis, quam noster *calculum* transtulit, scrupulos

significat, seu minora pondera, quibus leuiora momenta librarum solent. Ergo si aliquis dicat ad hæc Salomonem spectasse cum ait, *Et postea os eius implebitur calculo*, non reluctabor, tunc enim sensus erit, Qui aliena rapit, & sibi vsurpat, magna cum voluptate his vitur, ac vescitur, sed tandem aliquando morte instante, succedunt memoriæ antea actæ vitæ delicta, & scrupulis conscientia obruitur. Potest autem hoc de proprio auari animo sua delicta tunc exactius librantes aut de Deo intelligi auari opera ad trutinam vocante. Si ergo ad proprium animi examen hoc referatur, sensus erit. Animus, qui prius ne maxima quidem scelera, magnis, ut ita dicam, ponderibus librabat, iam tunc morti proximus scrupulis uti incipiet: Nam metu mortis concussus leuissimas culpas cogitationis libra expendet. Ex his intelliges, cur illorum conscientia, quibus leuiiores culpæ, aliquando etiam nullæ magnam curam incessunt, scrupulos habere dicuntur. Metaphora enim sumitur ab aurificibus, aut medicis, qui ad res pendendas minutissima adhibent pondera: Nam sunt aliqui timoris expertes, apud quos ne grandia quidem crimina in lancem veniunt, quia ad hæc etiam libranda, ponderibus, hoc est, iusta æstimatione carent: similes his, qui in præmagnis stateris res vastiores appendunt, apud quos semilibra, vncia, drachmæ, aut aliorum his similia pondera ne audiuntur quidem. Alij verò sunt timore Dei præditi, qui aurificum in morem in paruis admodum tenuissimarum conscientiarum staterulis non vncias solùm, semivncias, & drachmas, sed scrupulos, & grana ad leuiiores culpas pendendas adhibent, propterea scrupulosi dicuntur. Salomon ergo aduersus eos, qui alienas opes auferunt, & his deliciosè viuunt, qui in diripiendis aliorum facultatibus & fortunis, liceat sic dicere, vastissimis utebantur stateris, sic futurum decernit, ut hi, qui prius timorem Dei abiecerant, apud quos etiam magna furti crimina nihil olim momenti habebant, imminentis iam mortis metu perculsi non magna solùm delicta, sed leuissima etiam scrupulis expendant, ita ut eorum pondere obruantur. Sic enim ferè enenire solet, ut qui inter viuendum laxioris conscientia fuere, instante morte eiusdem angustias sentiant: quemadmodum è contra hi, quibus arcta olim, & angusta fuit conscientia, tunc laxam experiuntur. Quod si hæc verba ad iudicis supremi examen referantur, sensus erit, *Et postea os eius implebitur calculo*, id est, pristina voluptatis, & deliciarum, id tamen reliqui manebit, experientia scilicet seuerissimi cuiusdam examinis, in quo iudex non modo ingentia furta, & rapinas arbitrij sui libra expendet, sed etiam scrupulis, hoc est minutissimis ponderibus vitetur, ut leuissimas culpas trutinæ.

Regia, & Complutensis, ut supra adnotaui, translationem Septuaginta sic extulerunt, *Et postea os eius implebitur silicibus*, quod ad duritiam, & vehementem dentium dolorem notandum additum videtur. Interim autem significatur in his dolorem illum externum non esse contritionem (hic enim contritionis dolor non corda solùm, sed delicta etiam conterit & comminuit) sed alium aliquem angorem animi degenerem, qui integris præ duritia delictis conscientiam pungit, ac lacerat. Adde etiam à quibusdam per eiusmodi calculos, aut lapillos, vitri contusi & concisi globulos accipi, quos

64.

Vulgo vocant *Zarazas*, idque sibi ex ipsa Hebraica radice aucupari videntur, quia vox illa צרצר *Chasrah*, à pungendo, aut figendo dicitur, ita ut sensus sit, *Et postea os eius impletur calculo*, hoc est de *Zarazas*, quæ ab ore ad stomachum traductæ hominem ocysu disrumpere solent, Quasi dicat, suaves utique sunt, & deliciarum plenæ fortunæ à proximis ablatae; at postquam eas quis deuorauit animum distendunt & defigunt, conscientiamque pungunt & lacerant. Denique illa translatio, *Et postea os eius implebitur arena*, non dissidet à superioribus.

XVI II. *Cogitationes consilij roborantur, & gubernaculis tractanda sunt bella.*

65.

Cogitationes &c. Hebr. *Cogitationes in consilio firmantur, & in industriis fac bellum.* Alij rursus habent. *Et in consiliis fac bellum.* Caiet. *In ingenis.* Chald. *Cogitationes consilio diriguntur, & in gubernaculo bellum gere.* Sept. *Et in rationibus gubernandi fac bellum.* Hæc etiam verba absunt à correctiori textu, sed leguntur in Complut. Regio & alij. Pro gubernaculis in primitiuis subest vox חבולות *Thachbuloth*, de qua supra ca. i. vers. 5. fuit enim ex radice חבל *Chabal*, unde multa ad nauticam spectantia; hæc sunt חבל *Chibel*, *Malus, rudentes, funes, anchora* &c. & חובל *Chobel* magister nauis. Itaque *Thachbuloth* consilia & gubernandi rationes significat, sumpta similitudine à re nautica. Rursus pro illa voce *Consilij*, adest גזר *Ghesrah*, *consilium, seu, deliberationem* sonat, existimo autem ex eo dissidere à *Thachbuloth*, quod *Ghesrah* ad internam deliberationem pertinet, *Thachbuloth* verò ad externam rerum directionem.

Sensus est planus, docet enim Salomon, neminem per se satis prudentem esse nec ad res deliberandas, neque ad res perficiendas, sed ad deliberationem alios esse consulendos, ad executionem etiam viros industria & ingenio præditos adhibendos esse. Itaque ait, *Cogitationes consilij roborantur*, nimirum cogitatio omnis, aut decretum animi instabile est, mutationi, pœnitentiæque subiectum, nisi pluribus alijs consultis decernatur, nã prudentum consilia cuiuslibet rei gerendæ cogitationem à loqui mobilem pluribus nominibus obfirmant & roborant. Primò, quia multorum mentes omnes rei gerendæ causas & rationes attingunt: atque adeo opus non est ut ob nouas rationes propositum animi mutetur. Secundò, quia cogitationes de alienorum consilio susceptas audacius exequimur, quia vel erroris discrimen nullum occurrit, vel si errori subiecta res est, hunc sibi minimè adscribendum putat is, qui rem molitur. Ad hunc modum consilia nostris deliberationibus robor & firmitatem parent, subdit Salomon.

66.

Et gubernaculis tractanda sunt bella. Aliqui sic exponunt, *Bella non viribus, aut lacertis, sed ingenio, industria, & stratagematis regenda, & administranda sunt*: accommodatur autem bene huic expositioni similitudo ducta à nautica, sicut enim nauem ingentem clauo absque magna virium contentione nauclerus quoquoersum impellit: sic etiam Imperator industrius non militum robore, aut exercitus magnitudine, sed consilio, & astu bellum regit.

Cæterum ut hæc posterior clausula priori ref-

Apondeat, per gubernacula duces intelligo militaris artis peritos, fumitur enim abstractum pro concreto, gubernaculum pro gubernatore, de quo vsu sæpe aliàs diximus. Itaque sensus erit, ad bella etiam gerenda adhibendi sunt duces strenui & periti: existimo enim ad Principem aliquem sermonem haberi in hoc versu, ut scilicet in pace quoties de publica & politica administratione agitur, consiliarios sibi adiungat legum iurisque publici peritos, in prælio autem cum de bello inferendo deliberatur, duces alios militarem artem probè callentes in consilium vocet: quod perinde est, ac si dicat. *Que el Rey adererer consejo de gobierno y consejo de guerra*, ut imperium feliciter administret.

Et quidem duces strenui, & rei militaris gnari, aptè dicuntur, *Thachbuloth*, ducta similitudine ex re nautica, siue eo nomine clauos intelligas, siue etiam malos, aut anchoras. Inprimis. n. cum populi, aut Regna bellis mutuis impelluntur, pelagi vndas imitantur. Chrysof. in Matth. *Quem admodum concurrentibus in se inuicem ventis mare concutitur, & mirum in modum intumescit: sic etiam Regibus sibi aduersantibus populus regnumque vexatur.* Dux ergo in tantis vndis bellum quasi nauem quandam moderatur, impellit, continet, clauus est, malus est, anchora est; Anchora scilicet, cum exercitum continet, ne in bellum præceps ruat, tempus aptum, & accommodatum ad signa conferenda expectans; Malus, cum eundem in ho-

Cstes mouet, & quasi nauem pansis velis ad irruendum impellit; Clauus, cum sibi sponte obtemperantem regit. Hos ergo prudentes atque expertos duces ad bella tractanda consiliarios adhibere debet Rex sapiens, si velit sibi res fortunatè cedere, ac militiam rectè administrari. Vnde Alexander rogatus aliquando quonam modo tam breui tempore orbem debellasset: occurrit, *Consilij, eloquentia, & arte Imperatoria.* Sic tradit Stobæus ser. 54. & Veget. inter alia præcepta rei militaris sic scribit li. 3. cap. 9. *Præcipuas & utilitas ducis est, ut adhibitis ex uniuerso exercitu scientibus belli, & sapientibus viris, de suis & hostium copiis sepius tractet, omni (qua plurimum noceat) adulatione semota: & infra, Dux itaque vigilans, sobrius, prudens, tanquam in deciuili causa inter partes indicaturus, adhibito consilio de suis, & de aduersarij copiis indicet.* Et

X I X. *Ei, qui reuelat mysteria, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia sua, ne commiscearis.*

EI qui reuelat, &c. Heb. ad verb. *Et, qui reuelat secretum, & qui vadit delator, & qui pellicit labijs suis, non miscebis te.* Caietan. verò sic conuertit. *Reuelans mysterium ambulat explorator, &c.* alij rursus. *Reuelat mysteria ambulans explorator.* Absunt etiam hæc verba à textu correctiori Sept. sed leguntur in Scholijs, in Complut. & Regio. Scholia verò sic habent, *Renelans mysterium ambulat fraudulenter, & seducenti labijs suis ne commiscearis*, Regia & Complutens. paulò aliter.

67.

Chrysof.

Stobæus. Veget.

Lamprid.

68.

Reuelans consilia in concessu vadit duplex lingua, & cum extendente labia sua, ne misceare. Verbum originale פתח Phathah, quod significat allicere, pellicere, aliquando etiam lactare, hinc nata etiam lectio & lactanti labiis suis, &c. Sunt etiam, qui sic restituant, & blando labiis suis. Mercerus nostræ lectioni non admodum beneuolus, dicit significationem dilatandi Syriacam potius esse, quàm Hebraicam, sed consensus nostri, & Septuag. interpretum satis prodit eam esse germanam illius verbi significationem. Adde etiam Rabbi Leui, qui eandem etiam lectionem prætulit. Illud verò anceps est inter Hebraizantes, an vox פתח Lephebeth, fluens ex illa radice Phatah, transitiuè accipienda sit, an intransitiuè. Plures quidem transitiuè capiunt, de quibus supra, sed Mercerus Rab. Abraham, & Abenhezra, intransitiuè potius sumendam esse docent. Itaque Mercerus, siquidem locus sit significationi, dilatandi, hæc verba sic efferenda esse dixit, *Et ei, qui latus est labiis, ne miscearis.* Duo verò alij, cum significationem seducendi reliquis prætulissent, sic restituant, *Et ei, qui facile decipitur, ne miscearis.*

69 Cùm tam dissimiles sint huius loci translationes, dissimiles quoque interpretationes excogitare oportet, hæc autem ex modo pendent, quo verba inter se conferuntur. Primò ergo circa prius hemystichium, qui auferunt coniunctionem & duplici modo verba nectunt. Prior est, *Reuelans mysteria ambulat explorator, vel delator.* i. qui secreta sibi commissa aperit, hic non tam amicus, quàm delator, aut consiliorum explorator est. Vel aliter, *Reuelat mysteria ambulans explorator.* i. Qui non amicus beneuolus, sed callidus explorator est consiliorum, ex eo dignoscitur, quod commissa sibi secreta statim prodit. Huc spectat translatio Septuag. *Reuelans consilia in concessu vadit duplex lingua.* i. qui consilia ab inimico secretè accepta in plurium concessu aperit, hic duplici lingua præditus est, duplici inquam. i. callida, & astuta, vel quia coram amico aliter loquitur, aliter verò cum abest.

Nostrer verò interpres coniunctionem addit, & vtramque partem inter se & cum posteriori sic nectit. *Ei, qui reuelat mysteria, & ambulat fraudulentè, & dilatat labia sua, ne miscearis.* Quasi dicat, Illum caue, qui hæc omnia simul vitia, aut eorum quodlibet in se cohibet. Abstine scilicet ab illo, qui reuelat mysteria. i. qui arcana sibi commissa detegit: ab eo etiam tibi caue, qui ambulat fraudulentè. i. qui non sincerè tecum agit, sed veteratoriè, (loquitur autem de ea fraude, quæ in delatione accidit, quia vox originalis, vt supra obseruauimus, delatorem sonat.) Et quidem ea, quæ amicus amico suo secreto committere, ac fidere solet, ad hæc capita referri possunt, aut .n. bona sunt, aut communia, aut etiam mala. Ergo sensus est, Si quis est, qui non solum bonas, vel communes res, quas illi secreto tradidisti, passim detegit, sed si quid etiam apud illum mali admisisse, vel admissum ipsi denudasti, hoc desert & renunciat, ab eo profus abstine. At quomodo, inquires, hunc vitare licebit antequam mala isthæc experiri oporteat? Subiicit Salomon. *Ei, qui dilatat labia sua ne miscearis,* illi. l. qui multa effusè loquitur, ne adiungas te, (nam dilatare, vel extendere labia nihil aliud est, quam verbosum esse, & multa passim sine delectu loqui.) Et quidem Philosophus in Physiognomicis docet eos, qui labra extenta, & magnum oris rictum ha-

bent, esse loquaces nimirum, ac mordaces, & ad canes referri. Addit verò Albert. Magn. eisdem esse secreti reuelatores: hæc enim duo sibi semper inuicem hærent, multum loqui, & nullum secretum seruare. Ita docet Plutarchus in lib. de Garrulitate, vbi garrulis, ac loquacibus hæc duo vitia familiaria esse dicit, arcana detegere, & sermonibus ab aliis acceptis semper aliquid addere. Et quidem tantus inest in garrulis ad secreta reuelanda impetus, vt ne sibi quidem nonnumquam parcant. *Viperas* (ait Plutarch.) *propriè rumpunt fetus: sic homo garrulus, cum vel sua promittit arcana.* cui adsimile est illud Cassian. in Psal. 39. *Difficile est linguam in lubrico faucium constitutam secreti rigidè tenerè mensuram, cui si incauè frana laxentur frequenter contra se loquitur.* Quomodo autem loquacitas nimia ad secreti reuelationem sensim adducat docuit Senec. Epist. 110. ad Lucilium. *Nihil aequè proderit ad quietem commodam retinendam, quam minimum cum alijs loqui, plurimum secum. Est quedam dulcedo sermonis, quæ irrepit, & blanditur, & non aliter quam ebrietas, aut amor secreta producit.* Ad hanc sermonis blandientis lubricam conditionem significandam allici possunt quedam alia huius loci lectiones, hæc nimirum, *Qui blanditur, vel blandus est labiis, qui allicet, vel pellicet labijs.* Ait ergo Salomon, duo isthæc vitia inter se plurimum coherant, loqui multum, & secreta pandere. Abstine igitur ab eo, qui labia sua dilatat, laxatque multa passim loquendo, ac sic virtutis arcanorum reuelator est.

Sed quamuis hæc aptè dicta sint, potest tamen hæc posterior clausula aliter cum superioribus consui. Nimirum itavt significetur tertium aliud hominum vitium, vel tertium aliud genus hominum, à quo abstinere iubet Salomon, & quid dilatat labia sua, &c. Iansen. illum intelligit, qui simulatis verbis ad decipiendum vitur. Alij mordacem hominem, alij detractorem, alij adulatorem, & quidem hæc ferè sunt vitia, quæ loquacitati, & garrulitati hære solent, falsitas, maledicentia, detractio, & adulatio, atque adeo per extensionem, seu dilatationem labiorum singula, vel omnia significari possunt, atque lectiones initio præmissæ his omnibus vitijs accommodari. Sed tamen cum præmisset Salomon ad res omnes siue in pace, siue etiam in bello gerendas, & fluctuantes cogitationes confirmandas, consiliarios adhibendos esse, non ineptè quis dixerit appositè ad hæc nunc subdere, minimè tutum esse quibusuis passim absque delectu vti, quinimo secretorum reuelatores, delatores, & verbosos à consilijs omnino arcendos esse, hi .n. à Regum consilijs longius arcendi sunt. Adde etiam, si placet, adulatorem, habes .n. supra ex Veget. illud, *Omni, qua plurimum nocet, adulatione summoti.*

XX. *Qui maledicit patri suo, & matri, extinguetur lumen eius in medijs tenebris.*

Qui maledicit, &c. Hebr. *Maledicentis patrem suum, & matrem suam extinguetur lucerna eius in nigredine tenebrarum.* Chal. *Extinguetur lucerna eius, sicut caligo tenebrarum.* Sept. *Maledicentis patrem, aut matrem extinguetur fax, pupillæ autem oculorum eius videbunt tenebras.* Symmach. *Extinguetur fax eius, & os quod aperit, i. in obscuritate vel in nocte illumi.*

Infectatur Salomon filios impios, qui *maledicunt patri suo, & matri*, particula *&* non tam connectit, quam separat: perinde ac si dicat, *Qui maledicunt patri, vel matri* (nam vsus coniunctionis, *&*, pro, *vel*, non semel aliàs obseruauimus) id est, qui in patrem, aut matrem maledicus est, atque illos probris, aut conuitiis quoquomodo incessit, vel alia quavis ratione violat, *Extinguetur lumen eius in medijs tenebris*. Hic nodus. Præmittere autem oportet lumen, aut lucernam in sacra scriptura plura significare. Inprimis enim accipitur aliquando pro liberis & prole 3. Reg. 11. *Filio autem eius* (hoc est Salomoni) *dabo tributum unum, ut remaneat lucerna David seruo meo cunctis diebus coram me in Hierusalem* .i. vbi semper aliquis regnet ex eius liberis, aut nepotibus, &c. 15. *Propter David dedit ei Dominus Deus suus lucernam in Hierusalem, ut suscitarret filium eius post eum*. huc spectat illud. 2. Reg. 14. vbi scæmina Thecutis sic Regem alloquuta est. *Querunt extinguere scintillam meam, quæ relicta est*, &c. j. filium meum de medio tollere. Memini Lucretium, Platonem, & alios, qui veterum cursorum morem sibi inuicem tædas, aut lampades ardentes tradentium, ad familiæ successionem accommodant, Lucretius. n. sic ait.

Et quasi cursores vitæ lampada tradunt.

Et Plato lib. 6. de legibus. *Parentes, inquit, habitent liberos generando, & educando, & vitam, quam ab alijs acceperunt, tanquam tædas ardentes, &c.* Hæc autem erat peruetus consuetudo, vbi cursores in stadium conuenerant curriculi præfectus tædam accensam vni tradebat: hic emenso iam spatio alteri eandem donabat, is autem cuius in manu fax denique restinguebatur, turpe, & inglorium hoc putabat, Haud aliter, inquit Plato, parentibus accidit, hi enim à maioribus vitam accipientes posteris tradunt, illi autem in quibus successio, & posteritas deficit, turpe hoc etiam, & inglorium arbitrantur. Sed quæres an etiam scriptura sacra ad hunc antiquum morem spectauerit, cum filios lucernas appellat. Aliqui assentiuntur, mihi verò aliter videtur. Illi enim cursus in deorum cultum exhibebantur, vt ex Plato. colligitur loco citato, quod à populo Dei profus alienum erat. Dicti ergo sunt filij lucernæ, non alia de causa, nisi quia in his gloria & splendor maiorum, imò & vita ipsa viuunt, & alij ad alios non secus familiæ gloriam & vitam transferunt, quam lumen vnus lucernæ in alteram migrat, cum ex illa inflammatur. Quemadmodum enim lampas nihil in se ignis habens, ex lampade accensa ignem ocysus rapit, sic etiam filij, qui nihil adhuc gloriosum, aut splendidum gesserunt, ex parentibus suis splendorem & gloriam trahunt. His præmissis prima interpretatio sic habet. *Extinguetur lumen eius in medijs tenebris*. Sanè cum ait, *lumen eius*, potest duplici ratione explicari, vel ita vt significetur lumen ipsius filij, qui parentes suos violauit, vel filiorum eius, qui ab ipso etiam lumen mutuuntur. Si quidem de ipso filio accipiat, qui patres læsit, sensus erit. Filius qui in parentes suos impius fuerit, extinguetur lumen eius. .i. peribit ipse morte correptus immatura, antequam filios alios generet, in quibus generis sui splendor luceat, & vita perennis fiat. Hoc sibi vult illud, *in medijs tenebris* .i. posteritate genus suum priuans, atque adeo tenebras perpetuas illi offundens. Caiet. etiam hoc ad mortem precocem retulit, sed tamen illud, *in medijs tenebris* aliter exposuit, nimirum in iuuentute sua interibit, cum vitia ma-

A ximè vrgere solent, nam lucernam, ait, *extingui in medijs tenebris*, quid aliud est, quam tunc extingui, cum lucerna maximè opus est? ita etiam hic tunc mortem obiuit, quando maximè ipsi vita opus erat, hoc est in iuuentute. Et quidem eundem sensum ad familiæ successionem transferre licet hoc modo; filij, qui patrem violauit, *lumen extinguetur in medijs tenebris*, tunc scilicet peribit, cum ipsum viuere oportebat, quia generis sui tota gloria, & posteritatis spes, ad illum vnū redacta erat: quod perinde est ac si dicat, etiam si vnicus sit, & tota generis gloria ex ipso pendeat, nihilominus ob violatos parentes præcoci morte rapietur. Quomodo autem mortem immaturam supplicij loco exigere soleat Deus ab his qui in parentes impij sunt, sæpè aliàs diximus.

B Quod si verba illa, *lumen, aut lucerna eius extinguetur*, non de ipso, qui parentes læsit, sed de eius prole ac posteritate accipiantur, sensus erit, eius, qui parètes suos iniuria affecit, soboles peribit ita vt nullus sit superstes filius, qui vitam & gloriam, splendorèq; eius ad posteros traducat. Nam vt aliàs diximus, filij in parentes impij nulla dignior pœna est, quam mors & interitus, quia is, qui vitæ à parente accepit, & eidè postea iniurius est, vita ipsa accepta indignus fit. Sed quia homo non tantum in semetipso viuere dicitur, sed etiam in liberis (iuxta illud, *Mortuus est, & quasi non est mortuus, reliquit enim similem sibi post se*. Eccl.) ne putet sibi aliquid vitæ post mortem reliquum fore, non tantum proprius illi indicetur obitus, sed etiam filiorum, vt mors illius integra sit, ideo aptè dicit, *Extinguetur lumen eius in medijs tenebris* .i. sublata posteritate omnis eius splendor & lux in tenebras, hoc est, in perpetuam obliuionem abibit, nam si ipso emortuo filij superstites essent, aliquid luminis ipsi adhuc restaret, his autem sublatis densissima tantum obliuionis caligo ipsum manet.

C Sed licet præfatam interpretationem reliquis antepono, subiiciam tamen aliam atque aliã. Secunda igitur interpretatio sic habet, *Extinguetur lumen eius in medijs tenebris*. Per lumen, aut lucernam intelligunt aliqui rationis splendorem, atque vsus: hunc. n. naturale lumen appellare consueuimus; atque adeo sensus erit. Qui parentes suos violat, *extinguetur*, &c. (futurum pro præterito, nam horum temporum cõmutatio familiaris admodum est Heb.) .i. lumen naturale restingunt, omnem scilicet rationis vim; quia cum nihil sit lumine ipso naturali notius, quam parentibus deferendum esse, qui eosdem lædit lumine hoc carere videtur. Hinc Plato lib. 11. de legibus. *Parentes, inquit, negligere, nec Deus, nec homo mentis compos alicui consullet, sed sicut de cultu Deorum ignorare non oportet, ita etiam de cultu parentum, imò illud ad honorandis parètes, veluti proœmium est*. Itaq; ait, hæc duo, natura duce, omnibus explorata & comperta sunt, Deos nimirum, ac parentes esse colendos, & quamuis Deo deferendum esse notius sit, hæc tamè notitia ad alteram veluti proœmium est. Huc spectauit etiam Aristot. li. 8. Topic. c. 1. Qui igitur hæc notissima naturæ iura ignorat, *hic sane in medijs tenebris est*: quia nullum illi superest lumen, qui lumen naturale restinxit, vel vt habet Symm. *In nocte ibi lumen* .i. sine luna. Duplex vtique notitia hominem imbuit, altera naturalis supernaturalis altera, has D. Tho. in opus. de Regimine Principis cum sole contulit, ac luna. Supernaturalem noticiam cum sole conferendam esse dixit, propter nimium eius splendorem, naturalem autem cum luna composuit, ob luminis tepuitatem. Ergo cum ait Salomon,

3. Reg. 11.

3. Reg. 15.

2. Reg. 14.

72
Plato.

73

Caiet.

74

75

Plato.

Arist.

Salomon, *Extinguetur lumen eius in nocte illuni*, is erit sensus; Omne lumen in eo deficiet non supernaturale solum, quod ex fide promicat, sed etiam tenue illud naturale lumen, quod ratio emittit, quam luninæ adsimilem esse diximus.

Tert ia interpretatio postulat vt aliquid etiã de significatione luminis, aut lucernæ præmittamus. Ergo in scriptura lux, & lucerna, fœlicè fortunã sapius innuit. Iob. 18. *Lux obtenebre/et in tabernaculo eius, & lucerna, quæ super eum est extinguetur*, &c. 29. *Quãdo splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris*. Ad hanc etiã sententiã allici potest locus alter 4. Reg. 8. *Noluit Deus disperdere iudam propter David seruum suum, sicut promiserat ei, vt daret illi lucernam, & filius eius cunctis diebus. i. regni fœlicitatem, & gloriam*. Hæc igitur luminis, ac lucernæ significatio aliã offert expositionem. *Et lucerna eius extinguetur in mediis tenebris. i. Filij in parentes suos impij fortuna, & fœlicitas, profus deficiet, & in miseriam extremam recidet; hanc. n. tenebræ illæ omnis luminis expertes notant, aut nox illunis*. Veteres nãque fortunã, & fœlicitatẽ cū luna passim cõponebant, propter eius instabilem, & nunquam sibi similem conditionem. Itaq; ait, *In nocte illuni*, nõ solum lunæ ad instar decrescet illius fortuna, sed nulla erit. Sed redeo ad verbũ illud, *extinguetur*, cui subest in primitiuis, דָּגְחָה *Daghah*, cuius energiam aliqui obseruarunt, significat. n. cõterere, & opprimere. i. conterendo, vel opprimendo restinguere, & quidem id maiorem vim habet quam extinguiere, ita adnotauit Nonius Marcellus ex Tullio de Amicitia, vbi sic habet. *Quã obrẽ primũ dãda opera est, ne qua amicorũ disidia fiat, sin tale aliquid euenerit, vt extincta potius amicitia, quã oppressa videantur*. Ducitur, ni fallor, metaphora ex fœnali, aut lucerna ardenti, quæ cū flatu extinguitur, alio rursus flatu inflãmari solet, cum autem opprimitur, & obruitur, non ita. Ait ergo Tullius, amicitia restinguendæ sunt, vt si libuerit, paulo post facile inflammentur, & redintegretur, non opprimendæ, & obruendæ ita vt ad veterem gratiã difficilis sit regressus. Si igitur huius verbi totam vim huic loco accõmodemus, similis erit sententia, *Conteretur, vel opprimetur lucerna eius in mediis tenebris. i. fortuna illius ita deficiet, vt nõquam rursus instaurari & refici possit*. Rursus dũ ait, *Opprimetur, aut cõteretur*, subitam fortunæ cõmutationem innuit, quasi dicat, Hæc fœlicitatis lucerna non paulatim pabulo deficiente, sed subito oppressa restinguetur; subita n. magis animũ percellunt. Ad hæc aliqui vim verbi expedentes putant non quãcũq; luminis extinctionem significare, sed eam, quæ cõuerso & telluri adacto funali sit: suadet autem hoc, inquit, translatio Hieron. Isai. 33. *Contriti sunt sicut linũ, extincti sunt*, &c. vbi voci illi *contriti sunt* subest verbũ *Daghah*. Quorsum hæc? vt significetur humilis valde, & obscura rerum commutatio, homine scilicet ex sublimi, & edito loco ad terram depresso. Deniq; aliqui obseruant verbum hoc esse transtium, atque adeo sic restituendum. *Et lucerna eius extinguet se*. Id etiã calamitatem filij huius exaggerat, vtpote cui non alius, sed ipse sibi tantæ perniciæ autor futurus dicatur; quasi dicat, si vel alius desit, ipse sibi aderit damni proprii artifex. & quidem ita decet patrem, vel matrem, non tãquam aliquid à se diuersum, sed tanquam aliquid sui, idque digniũs, ac præstantiũs cogitare debet filius. Quapropter eius, qui semetipsum (liceat sic dicere) in parentibus non satis agnouit, ac co-

luit, atque adeo in iisdem sibi iniurius esse non dubitauit, digna utiq; ac decens pœna est, vt se etiam in semetipso non agnoscat, atque adeo sibi aduersarius sit, & sibi damna, & perniciem inferat.

Ad extremum expendenda est translatio Sept. quæ sic habet. *Maledicentis patrem, aut matrem extinguetur fax, pupilla autem oculorum eius videbit tenebras*, quæ verba ad priorem interpretationem, quam reliquis præferendam esse dixi, referri debent: sed notandum est pupillas in Græcis esse, *κῆρας*, quæ vox puellas etiam paruas & innubas sonat. Sensus ergo erit, Fax eius, id est, filij. (hi. n. facem generi præferunt, & splendorem eius ad posteros transmittunt) *extinguetur*, præcoci morte sublato, & *pupilla oculorum eius*, &c. i. filia eius in puellari ætate ante nuptias peribunt, atque adeo illi nulla posteritatis spes reliqua erit. Adde etiam Symmachi translationem ad hanc etiam sententiam accommodari posse, *extinguetur fax eius in nocte illuni*. Nam vt ex illo Iosephi somnio Gen. 37. colligere licet, vbi ait, *Vidi quasi solem & lunam, & stellas undecim adorare me*, sol patrem, lunam verò matrem adumbrat. Quapropter filius, qui patre caret, sole utique caret, atque adeo in nocte versatur, si tamen illi mater superstes sit, lunæ solatium habet, quod si vtrumque amiserit in nocte atra & illuni vitam degit. Patris. n. consilia & documenta tamquam solis radij filio lumen, & gaudium inspirant: Cùm verò pater velut sol occubuit, matris monita salubria non parum lucis & solatij afferre solent. Ait ergo Sapiens. *Extinguetur fax eius in nocte illuni*, id scilicet supplicij pro meritis referet, vt vtroque simul parente, atque sole ac luna priuetur, & *sequere de comodi con abuenas noctes*. Adde etiam illum, qui nec dum parentes suos amisit, eos tamen à se probris, & maledictis repellit, eorundem luce, ac splendore perinde priuari, ac si non haberet, atque adeo in quadam nocte illuni versari. Ergo per *lumen*, seu *lucernam*, rationem, & consilium intelligo, hæc enim facem rebus agendis præferunt. Salomonem autem sic interpretor, Filius qui parentes violat, ipsosque maledictis, ac conuictis à se longius pellit, *extinguetur fax eius in nocte illuni*, id est ratio & consilium in ipso deficiet, & in nocte atra versabitur: Quia is, qui proprio consilio caret, & patris, matris ve ad exhortationes, documentaque præsto non habet, in nocte agit sine sole, sine luna, & sine face. Et quidem eius, qui parentes læsit, decens utique pœna est, defectus consilij, & rationis. Is enim, qui humanitatem omnino exiit, & ad feras quodammodo perimmanitatem deficiuit, dignè mulctatur in his bonis, quæ maxime hominem à feris discernunt, scilicet in ratione & consilio. Vel aliter, Filium maledicum Salomon coerctet, indicens illi non solum filiorum amissionem, quæ per restinctam facem significatur, sed etiam parentum mortem, quæ notatur per absentiam solis & lunæ. Quasi dicat; Qui filius cùm sit, patrem probris & maledictis appetit, dignus utique est, vt nec ipse pater sit filijs extinctis, nec filius parentibus amissis. *Porque nosa besor hisoni merne set padre*.

XXI. *Hereditas, ad quam festinatur
in principio, in nouissimo
benedictione carebit*

78 **H**ereditas, &c. Hebr. *Hereditas festinans in principio, & nouissimum eius non benedicetur.* Chald. *In fine non benedicetur.* Sept. *Pars festinata in primis, in nouissimo non benedicetur.* Symmach. & Theodot. *Hereditas festinata,* pro *hereditate,* subest in primitiuis נחל *Nachalah,* quæ vox patrimonium sonat à parentibus legatum. Rursus verbum etiam, quod subiicitur illi *festinatur,* præcipitem quandam accelerationem sonat, vt notant Hebræi.

Communis expositio huius loci, nomen, *hereditatis* in vniuersum accipit pro diuitiis, & facultatibus, vt sit sensus. Fortunæ, quæ nimis celementer parantur, id est, quæ contra ius & fas quærentur (ita enim ferè contingit, vt quisquis apud se decreuit ocys ditescere, plura iniuste cõquirat, nã incrementa fortunarum cum iustitia coniuncta, lentè semper, & paulatim assurgunt) fortunæ inquam istæ, *in nouissimo benedictione carebunt.* Benedictio in scriptura abundantiæ sonat, primæ ad Corinth. *Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet,* id est, qui abundanter seminauerit, etiam abundantem messem percipiet. Itaque ait, *In nouissimo benedictione carebunt,* id est, quamuis initio augeri plurimum videantur, sed tamen in fine decrescent, & imminuentur: quod ipsamet experientia quotidie docet, videmus enim multorum facultates initio quidem præter modum excrescere, ac non multò post omnia simul dilabi, & perire: ita vt quibusdam ne ad funera ipsa persoluenda sumptus suppetant.

79 Non displicet hæc interpretatio. Sed tamen nomen *hereditatis,* quo Vulgatus vsus est, & *Nachalah.* Hebraicum, quod patrimonium à parentibus hæreditario iure acceptum sonat, suadent vt alias expositiones excogitemus his nominibus accommodatas, & quidem tres omnino occurrunt. Prima quidem ab ea quam præmisimus non multum abit, hoc modo. *Hereditas, ad quã festinatur,* &c. i. qui fortunas suas ocys amplificare contendit eo consilio, vt amplam hæreditatem filiis suis legare possit deficiet tandem, ac nihil habebit, quod filiis patrimonij loco relinquat. Ratio autem petenda est ex jam dictis quia nimia cupiditas amplificandi patrimonij filiorum, rapinas & furta hominibus suadere solet; ea autè, quæ sic parantur, ocys dilabuntur. Hanc interpretationem commendant extrema illa verba, *benedictione carebit,* nam *benedictio* in scriptura, non semel significat portioe, quæ filio legitime euenit à parente. Vt sit sensus, *In nouissimo,* i. cum extremum diem obierit carebit bonis omnibus, ita vt filij nihil ab illo hæreditario iure capere possint.

Caiet.

Secunda expositio est Caietani. *Hereditas, ad quam festinatur in principio,* i. hæreditas ante tempus expetita, & accepta, puta cum hæres ante mortem patris portionem suam postulat (quod fortasse liberum erat antiquis Hebræis, vt ex parabola filij prodigi colligere licet, qui hæreditatis partem à patre accepit, & ocys decoxit:) hæc igitur hæreditas, ad quam festinatur, & ante tempus captatur, citius perit, inquit Salomon, sic. n. Deus iuste punit hæredipetas, & patrimoniorum

A præcoces occupatores, ad quos dicta vulgaris illa parœmia. *si vultur es, expecta cadaver.* i. si vis exlatiari & famem diuitiarum explere, vulturem imitare, qui nullum animal, quantumuis imbellem, insequitur, aut occidit, tãtum cadavera, quæ vel sponte interierunt, vel ab aliis perempta sunt depascitur: quasi dicat, noli patrimonium ante mortem parentis captare, noli etiam mortem patri optare, ne dicam inferre, æmulus illius de quo cecinit Naso,

Filius ante diem patrios inquirat in annos.

Sed vulturis in morem hæreditatem post mortem illius inuade, Nã si aliter feceris haud percipies illam cum paterna benedictione. *Esto es nolle baras conbendicion,* atque ea benedictione carens eiusmodi hæreditas in nouissimo dilabatur. Hæc interpretatio Caietani, cui hæret etiam Rodolph. mihi valdè probatur, tamen, ni fallor, ad parentes potius, quàm ad filios sermo est, ne scilicet liberis sui isaliquam hæreditatis partem tribuant, antequam grandiores natu sint: nam cum iuuenes inexerti, & insolentia rerum noui patrimonium capeffunt, citius illa dilapidant, & in senectute esuriunt. Itaque ait Salomon, hæreditas ad quam capeffendam filius in principio i. in iuuentute. Sep. in primis, nimirum in primis annis ante ætatem maturiorem, in nouissimo, benedictione carebit. i. in senectâ deficiet. Quod si Salomon ad filios verba faciat, vtique intelligendus est post aditam hæreditatem.

Hæc autem est, expositio, quæ mihi ante alias probatur. *Hereditas festinata in principio,* sic habent Primitiua. i. hæreditas quælibet, quantumuis ampla & copiosa, si à principio profusis sumptibus infumitur, breui deficiet: sic intelligo vocem illam, *festinata,* si vulgarem modum dicendi, iuxta quem, *Dar prisã à vna cosa,* perinde est, ac si dicat, illam citius consumere. Igitur sensus erit. *Lamayor hauinda si sele da prisã presto se acaba.* Itaque hæreditati, & patrimonio parcendum esse docet Salomon ne breui exhauriatur. Deniq; ista verba ad allegoricum sensum transtulit Gregorius curæ Pastoral. Parte 3. Admonit. 21. *Ex hac quippe vica initium ducimus vt ad benedictionis sortem in nouissimo veniamus. Qui itaque in principio hereditare festinat, sortem sibi in nouissimo benedictionis imputat.* Lege Salonium in expositione mystica, Rupertum lib. 4. in Gen. cap. 10. & in 4. Euangelia lib. 1. cap. 11.

Greg.

XXII. *Ne dicas, reddam malum, expecta Dominum, & liberabit te.*

80 **N**e dicas, reddam malum, &c. Hebræa non differunt. Septuag. *Ne dixeris, Alciscar inimicum, sed sustine Dominum, vt auxilio sit tibi.*

Hæc verba perspicua sunt adeo, vt interprete non egeant, non enim dissident ab illa Pauli sententiã ad Rom. 12. *Nulli malum pro malo reddentes.* Et rursus. *Non vos defendentes charissimi, sed date locũ iræ, scriptũ est. n. Mihi vindicta, & ego retribuã.* Sed aliqui obseruant Salomonem in hoc loco non solum ipsam mali redditionem, aut reciprocationem cauere, sed etiam animi decretum, & propositum, ait enim, *Ne dicas, reddam malum,* &c. ne scilicet apud te id cogites vel statuas. Adde etiam illud, *Ne dicas,* ad externam dictionem referri posse, ne scilicet exterius pronuncies, ac te in eo animo esse significes, nam postquam quis hoc se factu-

ad Rom. 12.

rum exterius protulit, nescio quæ religio sui as-
ferti illum ad exequendam rem vrget. Rursus
cum ait, *Ne dicas, reddam malum*, perinde est, ac
si dicat, noli accepti mali redditor esse, id enim,
inquit Anselmus, iustitiæ aduersum est. Nam qui
bonum accepit, bonum utique restituere debet;
tu autem, qui ab alio læsus fuisti, nõ mali, sed bo-
ni acceptores, si sapias: læsor enim sibi malum in-
tulit, tibi autem bonum, atque adeo vel ex eo illi
debitor existis, quia malo tuo tibi bonum com-
parauit. Hæc ille satis acutè. Ideo Paulus post-
quam dixit, *Nulli malum pro malo reddentes*, bre-
ui interstitio subdit, *Si esurierit inimicus tuus, ciba
illum, &c. noli uinci à malo, sed vince in bono malũ.*
Illud vince, aliqui ad personam referunt. Con-
tende scilicet, ut ipsum, qui tibi malum intulit,
beneficis non vincas solum, sed tibi deuincias. B
Alij ad malum illatum reuocant, hoc sensu, *Vince
in bono*, hoc est beneficiis, ac meritis malum,
quod tibi aduersarius dedit, ita nimirum, ut ma-
iora sint tua erga illum officia, quàm eius erga te
demerita, ita enim de te meritis est ille (inquit
Anselmus) qui detrimento suo tibi bene fecit,
præsertim cum tu ex eo, quod ipsi malum inferen-
ti beneficias lucrum tam amplum capias: ut ergo
benefaciens lucro tuo ei, qui detrimento suo tibi
benefecit acceptam gratiam exequas, longe ma-
iora in ipsum beneficia conferre debes quàm ip-
se tibi bona nocendo dedit. Subdit Salomon.

Expecta Dominum, id est, ne præceptis ad vltio-
nem sumendam ruas, sed Dominum expecta,
qui etsi differt, non aufert auxilium. At cur, in-
quies, diutius ducit auxilium, & non statim eri-
pit, vindicatque ab aduersario? jam subiticio.
In originibus est verbum קָנָה *kanah*, quod signi-
ficat proprie in aliquem respicere & intendere,
vel se spectandum illi præbere, & exponere. Itaq;
illa verba, *Expecta Dominum*, non tantum significat
ipsu spera, sed ipsu etiam aspecta. & intentis o-
culis aspice. Adde etiã, illud *expecta*, perinde esse ac si
dicat, spectadũ te ipsi offer: igitur propterea Deus,
eius, qui ab aduersario opprimitur auxilium dif-
fert, quia gaudet se ab illo spectari, atque il-
lum spectare. Ait ergo Salomon, *Expecta Domi-
num*, non quidem otiosè, sed interim dum expe-
ctas, illum intueri, & te illi inspiciendum præbe,
illum, inquam, intueri, non hominem, à quo læ-
sus es: Deus. n. læsorem in te destinauit. Quod Da-
uid satis agnouit cum de Semei dixit. 2. Reg. 16.
*Dimitte eum, ut maledicat, Dominus. n. præcepit ei
ut malediceret David, & quis est, qui audeat dice-
re, quare sic fecerit?* Et quidem ea ratione in Deũ
inspiciat Stephanus, inter lapidum ictus, nec. n.
canino (liceat sic dicere) ingenio in lapides irrue-
bat, aut in eos, qui corde lapideo lapides in ipsum
iactabant, sed in Deum ipsum, qui lapidum ia-
ctus regebat: interim autem dum ipse in Deum
tanta animi sui contentione intuebatur, Christus
è cœlo sese ipsi visendum obtulit, ut eum, quem
prius animo intuebatur, oculis etiam obiret.

Rursus cum ait Salomon, *Expecta Dominum*,
perinde est ac si dicat, tui ipsius spectaculum ma-
ximè iucundum illi exhibe, nullum. n. Deo gra-
tius spectaculum offerri potest, audi Senecam.
Hand scio, inquit, *an aliud spectaculum habeat in
cœcis Deus, quod iucundius aspiciat, quàm virũ for-
sem, decersantem cum aliqua calamitate.* Verba
alibi dedimus. Sed vnde tanta huius spectaculi
voluptas? sanè non aliunde, nisi quia in aliis cer-
taminibus cū athletæ, pugnant, *vincit manus*, in-
quit Chrysofost. *sed iacet animus*, ab ira victus: in

*hoc autè viri tolerantis certamine homo vtiq; dat ma-
nus, sed animus vincit, ac triumphat*, dignior autem
est animi, quàm corporis victoria, ut Dei oculos
ad se conuertat. Quapropter huius stadij, in quo
jam nobile Deo exhibetur spectaculum, leges sic
statim describit hom. 27. in Epistolam ad Rom.
*Ex diabolicis legibus est male faciẽdo vincere, pro-
pterea in Olympicis certaminibus diabolo consecratis
ad eum modum vincunt quotquot illic decersant in
stadio verò Christi non est ea certandi lex, sed omni-
no contraria: Hic. n. non eum, qui percutit, sed eum,
qui percutitur, coronari decretum est: tale siquidem
Christi stadium est, ut contrariis modo habeant, qua-
cumque illi ordinata statutaque sunt, ut nõ solum ip-
sa victoria, sed & ipso etiam victoria modo fiat, quod
maius habeat miraculum: quando enim ea, qua ali-
bi fragilia deuitaque videntur, talia redduntur, ut
ea ipsa vincere deprehendantur, illud demum diuina
virtutis, illud caeleste stadium, Dei & Angelorum il-
lud Theatrum est.* Ideo Paulus ait, *Vince in bono
malum*, hæc. n. victoria diuinis oculis digna est.
Sed quatenus expectandus est Deus? vsq; dum ip-
se iudicet, atque vindictam sumat, ipse. n. ait Deu-
ter. 33. *Mea est ultio, & ego retribuam*, & ad Hebr.
10. *Mihi vindicta, & ego retribuam*: & Eccl. 28.
Qui vindicari vult à Deo, inueniet vindictam. Nõ
quali vindictam à Deo postulare integrum sit, sed
quia ipsi Deo id committendum, omni cura de-
posita, illud tamen nobis enixè postulare licet à
Deo, ut nos ab hostis iniuria liberos esse tueat.
C propterea subdit Salomon.

Et liberabit te, Non dicit vindictam ab aduersa-
rio tuo expetet, sed, *liberabit te*, hoc. n. tibi velle,
& exoptare, & contendere à Deo licet, enipi
scilicet ab aduersario, & ab eius iniuriis tutum
reddi.

XXIII. Abominatio apud Dominum pondus & pondus: statera dolosa non est bona.

A bominatio Domini, &c. Hebr. *Et balances do-
li non bonum.* Septua. *Est statera dolosa non
bonum coram eo.* Chald. *Non placet coram eo.*

Prior pars huius sententiæ occurrit supra in
hoc ipso cap. vers. primo, vide ibi plura.

XXIV. A Domino diriguntur gressus viri: quis autem hominũ intelligere potest viam suam.

A Domino diriguntur, &c. Hebr. *A Dominus
gressus viri.* Septuaginta. *Mortalis autem quo-
modo cogitauerit vias suas.*

Vis huius sententiæ est etiam aperta. Domini est
regere gressus, hoc est, studia, & consilia hominis,
supra c. 6. *Domini est dirigere gressus eius*, & Hier.
10. *Scio Domine, quod non est hominis via eius, nec vi-
ri ut dirigat gressus suos.* Et quidem hoc ita pro-
prium Dei est, ut nec ipsemet homo satis agnos-
cere queat viam suam, id est, studia sua nedum di-
rigere, & ad aliquid destinare, vel nescit quò tan-
dè euasura sint sua studia, nam eius est finè cuiusli-
bet actionis statuere, cuius est dirigere & ordina-
re. Hæc sanè verba prædicant Dei gratiam, tam
præuiam, & antecedentem, per quam voluntas
in recta opera intenditur, quàm subsequenter,
per quã executioni expeditur via. Rursus possunt
hæc verba non de singulis actionibus honestis, ac

81

2. Reg. 16.

82

Senec.

Chrysofost.

Deut. 33.
ad Heb. 10
Eccles.

83

84

pijs; sed de toto vitæ curriculo explicari, qui sensus mihi accommodatior videtur ad hunc modum. *A Domino reguntur gressus viri*, id est, totius vitæ actiones Deus moderatur, atque adeo quò tandem via, id est, vita hominis euasura sit, & quem finem habitura, nemo assequi potest, neque enim licet ex antea actis, aut presentibus futura statuere. Existimo autem his verbis suaderi timorem Dei, & gratiæ necessitatem.

85 Symmachus pro *viam*, habet *τροχιαν*, id est, *viam curulem*, seu *orbitam*, quæ vox emphasim habet in hoc loco, exaggerat. n. hominis ignorationem, qui non semitam aliquam auiam, & deerrantem, sed quod mirabile est, viam suam curulem, & tritam, id est, modum viuendi consuetudine, & vsu tritum non satis cognoscit, & fines eius ignorat.

Vel aliter. *Non intelligit τροχιαν*. i. viam curulem, Regiam, & certam sibi inuenire, quæ ipsum ad finem optatum deducat nullus hominum potest, *sed Domini est gressus regere*, hominem in orbitam, id est, in eam viuendi rationem inducere, qua expedite & celeriter, quasi per viam quandam curulem ad finem pergat. Hanc extremam interpretationem reliquis antepono, atque inde colligo neminem ab ea via, in quam à Deo vocæte, & impellente inducitur exorbitare debere, hæc. n. illi curulis, & facilis, & procliuus ad destinatum finem, hæc, inquam, illi *τροχιαν*. j. curras via, quia per illam non tam incedit, quam vehitur, quo nihil suauius, ac iucundius, reliquæ verò viæ, quas homo non ex Dei impulsu, & afflatu, sed ex proprio consilio sectatur, difficiles illi, accliuus, salebrose, & deerrantes, & ad præcipitia ferentes, &c.

XXV. *Ruina est homini deuorare sanctos, & post vota retractare.*

86 **R**uina est homini, &c. Hebr. *Laqueus hominis deuorauit sanctitatem, & post vota inquirere*. Vox. n. Hebraica, quæ subest *ruina* laqueum sonat: pro sanctis autem est *קודש* Kodes. j. sanctitas. Solent autem sumi in scripturis passim abstracta pro concretis, *sanctitas* scilicet pro *sancto*, beatitudo pro beato, iustitia pro iusto. Accipi etiam solet *Kodes*, pro sanctuario: hinc nata translatio Chaldaica. *Laqueus est homini, qui deuorauit sanctuario, & postea tangit eum anima ipsius*. Septuag. verò sic habent. *Laqueus verò cito quid ex propriis sanctificare, postea, n. quam venerit euenit panitere*. Origen. hom. II. in Leuiticum sic extulit priora verba. *Laqueus est viro fortis, &c.* Huic loco in antiquis codicibus Vulgatis non vnum irrepererat mendum, in quibusdam enim erat, *Ruina est homini deuorare sanctos*. in aliis verò *deuorare sanctos*, rursus etiam in aliis *deuorare*, aut etiam *deuorare sancta*: sed noua correctio locum purgatum nobis dedit. Et quidem loco illius verbi, *Deuorare*, occurrit in primitiuis *לאלאנג*, ex verbo *לל* *Luangh*, quod est *absorbere*, apud aliquos etiam *precipitare*, Iob. 9. *Vnde, & verba mea dolore sunt plena*, alij legunt, *Vnde, & verba mea absorpta*, vel *deuorata fuerunt*, alij *precipitata*, sumitur metaphora ab illis, qui aliquid absorbent, aut deuorant, aut qui è faucibus illud ad stomachum ocys deuoluunt, & præcipitant.

87 His præmissis aliorum interpretationes perstringam, sunt. n. multæ. Primò, qui mendosam olim lectionem sequuti fuerunt, sic locum edif-

A ferebant, *Ruina est homini deuorare sanctos*. Quidam verbum *deuorare* barbarum, & inusitatum esse dicunt, sed falluntur, quando quidem illo vsus est Cicero in Paradoxis, vbi sic habet. *Que patrem Decium, qua filium deuorauit, ac immisit in armatas hostium acies*. Et Apuleius lib. 9. *Metamorph. Cæli numina, qua deierando subito deuorasti*. Ergo lectionem istam satis antiquam, Salomius, Lyra, Beda, Glossa, Dionys, Hugo & alij sic exponunt. *Deuorare* est sese ad aliquid faciendum deuouere. Olim n. deuotio appellabatur, cum vnus, aliquis vel plures nihil cibi, aut potus se sumpturos vouebant, donec rem aliquam susceptam conficerent. Huius generis aliquæ deuotiones occurrunt in sacris. 1. Reg. 14. *Adiurauit autem saul populum, dicens, maledictus vir, qui comederit panem vsque ad vesperam, donec ulciscar de inimicis meis*. Et actorum. 23. *Quadragesima viri deuouerunt se nihil manducaturus, aut bibituros, donec occiderent Paulum*. Itaque sic locum istum exponunt. *Ruina est homini, &c. j.* in maximum labitur peccatum quisquis sese deuouet ad inferenda sanctis mala, voto autem emisso, aut deuotione facta non tenetur rem præmissam exequi, sed potius rescindere, & retractare.

88 Secundò, alij verbi *deuorare*, germanum sensum ignorantes sic exponunt, vt præpositio, *de*, in compositione significet priuationem, ac si diceremus vulgò, *Desuorata lobotado*. j. votum emissum rescindere, aut etiam de illo dubitare iterum tractando, aut inquirendo an obliget, nec ne, grauis in culpam lapsus est. Sed tamen cum ista lectio aliena sit, & mendosa, vt supra diximus, non admodum curanda, aut euoluenda est. Misam facio etiam alteram lectionem, *Ruina est homini deuorare sanctos*, quam aliqui sic exponunt. Perniciosum homini est viros pios ac sanctos in votis nostris denigrare, ac famam eorum lædere, est. n. mendosa, & corrupta.

89 Tertiò, igitur ex Hebræis, qui sacrificia, & victimas plures Deo vouere, & mactare solebant, non pauci locum istum exponunt ad hunc modum. *Ruina est homini deuorare sancta*, (sic. n. legunt) & *post vota inquirere*. j. piaculum est magnum, ouem arietem, bouem, aut quodlibet aliud mundum animal ex voto Deo mactandum domi deuorare, & insumere, ac postea rationem aliquam vestigate, qua te ab obligatione voti exoluas. Et quidem ad hanc expositionem alluci etiam potest Vulgata translatio, si quidem per *sanctos* sancta accipiamus, sumpto genere masculino pro neutro, quod alias non est insolens scripturæ. vt docet Hieronymus in cap. 7. Eccles. Genes. 2. *Non est bonum hominem esse solum*. In primitiuis est, *Non est bonus hominem esse solum*. Et eadem ratione in Psal. 118. iuxta Hebraicam lectionem sic habetur. *Bonus mihi lex oris tui, & Micheas 5. Et tu Bethlehem Ephrata parvulus es in milibus Iuda*, quod aliqui sic accipiunt, *Parum est te esse, ac numerari inter milia Iuda*, ergo ad eundem modum licebit in hoc loco per *sanctos* sancta accipere, atque adeò idem sensus euadet.

90 Quartò, Caietanus per *sanctos* intelligit decimas, primitias, & alia tributa quæ Leuitis ex religione persoluenda erant, ita vt sensus sit. *Laqueus est homini deuorare sancta, aut sanctitatem*, &c. sic. n. ipse legit, ille scilicet se magno scelere obstringit, qui decimas, primitias, & alia Sacerdotibus debita munera deuorat, & insumit, & postea addubicans de sua obligatione sedulo inquirat modum quò illam excutiat. Licet etiam

Cicero.

Apuleius.

1. Reg. 14.

Actor. 23.

88

89

Hieron.

Psal. 118.

Micheas 5.

90

Caiet.

aliter extrema illa verba replicare, & post vota inquirere: nimirum postquam suos fructus deuorauit ac consumpsit inquirere, & vestigare vnde soluat, ita vt illud, post, sit loco aduerbij postea & nomen *vota* sit casus verbi, *inquirere*, expositionem hanc recipit etiam Origenes.

Quintò, ex Hebræis alij sic legunt. *Ruina est homini loqui sanctitatem, & post vota inquirere*, putant. n. verbum illud *Luangh*, hanc etiam inter alias significationes recipere. Loqui autem sanctitatem perinde esse dicunt, atque rem aliquam Deo verbis propriis consecrare, & destinare, atq; hæc interpretatio, quod spectat ad prius Henyftichium, à superioribus non abit, sed tamen citra posterius aliquo modo euariant: sic. n. aiunt. Homini sanè exitiale est aliquam rem destinatam, & certam disertis verbis Deo consecrare, *Et post vota inquirere*. j. post vota nuncupata aliam deteriorem vestigare, vt eam loco prioris supponat. Quasi dicat, homini non solum integrum non esse vota rescindere, sed etiam commutare postquam fidem suam Deo adstrinxit. Ad has omnes interpretationes haud coactè elici potest vulgata translatio, si tamen per sanctos sancta concipiamus, vt supra obseruauimus.

Sextò, eodem modo aptari potest Vulgatæ lectioni interpretatio Septuag. quæ reliquis, mea quidem sententia, anteponenda est. *Laqueus est esto quid ex proprijs sanctificare, & postquam vouerit euenerit pœnitere*. Sed expende prius emphasim huius lectionis. Sanè rem aliquam deuorare tunc dicimur, cum eam dentibus non terimus, aut comminimus, sed integram in ventriculum deuoluimus: Cum verò istud verbum ad animum transfertur, significat res sine præuia discussione ac præmeditatione temerè aggredi, aut perficere, sicut etiam ex aduerso ruminare, & dentibus conterere, cum ad animum aptatur, significat attentius meditari, & cogitare. Quapropter *sancta deuorare*, iuxta hunc sensum nihil aliud est, quam eadem integra, & indiscussa transmittere, nimirum vota sua temerè, & inconsideratè absque præuia consideratione, & consilio Deo nuncupare. Huic significationi accommodauit verbum deuorandi Tullius in Bruto, *Itaque, inquit, eius oratio nimia religione attenuata, doctis, & attentè audientibus erat illustris, à multitudine autem, & à foro deuorabatur*. Ergo Septuag. metaphoram soluentes sic aiunt. *Laqueus est esto quid ex proprijs sanctificare, & c. j. homo, qui temerè, & inconsideratè rem aliquam Deo vouet, semetipsum illaqueat, obstringitque arctius, vota enim strictissimè obligant. Vel, laqueus est. i. conscientiam suam deuincit, & sibi ipsi laqueum iniicit, necdum. n. votum concepit, cum è vestigio uouisse pœnitet, atq; adeò votum transgredi sapius cogitur. Hunc sensum capit etiam Vulgata lectio, si tamen per *sanctos* sancta accipiamus, vt supra dixi.*

Cæterum licet hæc aptè dicta videantur, adhuc tamen aliud aliquid animus optat, quod in Vulgatam lectionem aptius cadat. Dicam ergo quid animo sederit meo. Igitur illud *retractare*, non solum significat apud Latinos aliquid reuocare, & reprobare, sed sapius etiam sonat iterato versare, & retractare, seu refricare. Cicero ad Atticum. *Sed hæc omittamus, augemus enim dolore retractando*. Horatius.

*Sed ne relictis Musa procax iocis
Cæa retractes munera Nensæ.*

Et passim alibi inuenies verbum istud in ea significatione, ad quam pertinere videtur lectio Orri-

ginalis, quæ sic habet. *Et post vota inquirere*. i. curiosius quærere, & rem apud se versare. Ait ergo Salomôn, *Ruina est homini deuorare sanctos*. i. lapsus est grauis, & piaculum ingens, viros sanctos, & iustos minime repugnantes spoliare bonis suis & postea ex his bonis vota Deo nuncupare, hoc sibi vult, & post vota retractare. j. post modum de muneribus Deo libandis apud se tractare & discernere. Itaque verbum *retractare* ad vota referendum est, & particula, *post*, aduerbialiter fumentanda. Hanc expositionem cõmendant similes aliæ scripturæ loquutiones. Abacuc. 3. *Exultatio eorum, sicut eius, qui deuorat puerum in abscondito*. i. qui illum fortunis suis spoliat. Et cap. i. *Quare respicias super iniqua agentes, & facies deuorante impij in iustorem se?* Et Psal. 34. *Ne dicant deuorabimus eum*. Si verò verbum illud *retractare*, idem sit quod *reuocare*, & reprobare, sensus etiam sic institui potest, *Ruina est homini deuorare sanctos*, pios scilicet, ac probos viros fortunis suis priuare, homini perniciosum est. *Et post vota retractare*, nimirum postea quam vota emissa sunt eadem reuocare, & refellere: quasi dicat, hæc duo valde inter se similia, & simili quoque modo homini perniciofa, & Deo iniusta, sanctos spoliare bonis suis, & Deum etiam suis: nam is, qui Deo vota consecrata non exsoluit, Deum etiam quodammodo bonis suis priuat, cui non est dispar ille, qui iusti, atque pij hominis fortunam diripit, quia sancti cuiuscumque, ac probi hominis bona omnia Deo cõmissa, & sub eius patrocinito sunt, atque adeò non ab ipso tantum iusto, sed à Deo quodammodo auferri dicenda sunt.

XXVI. Dissipat impios Rex sapiens, & incuruat super eos fornicem.

Dissipat impios, & c. Hebr. *Spargit impios Rex sapiens, & redire facit super eos rotam*. Chald. simili modo. *Et voluit super eos rotam*. Sept. *Ventilator impiorum Rex sapiens, & immittet illis rotam*. D. August. in Psal. 11. sic addit. *Et immittet illis rotam malorum*. Et quidem vox originalis, quæ hic occurrit loco fornicis, est *רפאן* *Ophan*, significatque rotam, & circumferentiam cuiuslibet rei, atque adeò noster interpretis satis aptè fornicem conuertit, vt ex dicendis constabit.

Imprimis ergo licet euoluere translationem illam Hebræis familiarem, quam Septuag. etiam amplectuntur, illam, inquam, quæ pro fornice rotam subiicit ad hunc modum *Dissipat impios Rex sapiens, & voluit super eos rotam*. Igitur inter Rabinos aliqui existimant in hoc loco satis perspicuè adlulum ad stragem, quam Dauid edidit in Ammonitas 1. Reg. 12. ad hunc modum. *Populum quoque eius adducens ferrauit, & circum egit super eos ferrata carpenta, diuisque cultris, & tradidit in hypolaterum*. Ita vt sensus sit, Rex quilibet sapientia insignis Dauidicum illud facinus imitari debet, & simili strage impios euertere, deuolutis de super eos rotis ferratis, & præacutis. Nō probò.

Alij rursus putant similitudinè duci hic à melle trituratione, quam rotis super ipsam deuolutis olim fieri solitam comprobatur locus Isaiæ 28. *Non n. in ferris triturabitur gith, nec rota plaustrum super Cymidum circuibit*. Et infra. *Verum non in perpetuis triturans triturabit illud, neque vexabit eum rota plaustrum*. Sensum autem sic conformant. *Dissipat, aut dispergit impios Rex sapiens, & c.* uimura

impios ex locis, in quibus degunt, tamquam improbam mellis demeret, aut euellet, & immixtis rotis eandem conteret, & comminet. Huc spectare alicui videbitur translatio Septuag. quae sic habet. *Ventilator impiorum Rex sapiens, & immitteret illis rotam.* Sed isthæc verba aliam venustiorē similitudinem offerre mihi videntur. i. Quemadmodum peritus agricola plaustris rotas super messem voluit, deinde paleas contritas euentilat, triticum adseruat: sic etiam Rex prudens impios ciues seuerissimis pœnis conterit, & postmodum illos, seu paleas inutiles euentilat, & è regno suo expellit. Hæc fortasse fuit etiam mens Prophetæ Psal. 82. *Deus meus pone illos ut rotam, & sicut stipulam ante faciem venti.* i. illos, seu paleas stipulæque rota contere, ac postmodum, *ventis exponere, seu euentila.* Probos autem ciues ab his secerit & segregatos, secretòque apud se retinet.

Ad hæc nonnulli hanc rotæ similitudinem de fortunæ conuersione, & mutatione exponunt hoc modo. *Disipat impios Rex sapiens, & conuertit super eos rotam.* Rex nimirum sapientia, & prudentia præstans, impios ciues non sinit diu fœlices esse, sed voluit rotam fortunæ super eos, & è fastigio supremæ dignitatis, ad infimam conditionem deponit: hoc. n. ipsi Regi auctoritatem summam conciliat, & impiorum audaciam magnopere coercet. Huc spectauit ille quisquis dixit, Reges his ad similes esse, qui rotas vertunt super cisternas, aut puteos, qui alios vicissim extollunt, alios deponunt, alios implent bonis omnibus, alios vero quos ad suprema dignitatum fastigia plenos, ac redundantes extulerunt, ex haustis bonis omnibus deiciunt, ac deuoluunt. Vnde Seneca de Clementia lib. 2. ad hanc similitudinem rotæ super aquam conuersæ planè adludens ait. *Fastigia potius, time quam amâ, ne te inde vacuum, & inanem fortuna rota versente demittat.* Princeps ergo, qui priuatorum fortunam quodammodo regit, eam rotam assiduo voluat, vt bonos in officio contineat, & impiorum audaciam compescat.

Ceterum, licet hæc haud ineptè huic sententiæ accommodentur, tamen per rotam, hîc significari puto tormenti genus, quod Græci *τερονον* appellant, quod noster Ioannes Ludouicus de la Cerda in lib. 6. Aneid. eruditissimè describit, eiusque immanitatem, & formam omnem latissimè prosequitur. Huius rotæ non semel scriptura meminit. Imprimis enim Iosephus septem fratrum Machabæorum gloriosam necem narrans asserit tertium, & quartum fratrem (nescio an alios) in rotam actos & distentos fuisse. Ad hæc interpretes ad illa verba Iob. 15. *Terrebis eum Tribulatio, & angustia vallabit eum sicut Regem, qui præparatur ad prælium.* Expendunt vocem Hebraicam *חידור* Chidor, ac per illam eiusmodi rotam ad torquendos reos inuentam notari affirmant. Aliqui etiam asserunt Dauid de hoc loquutum supplicio Psal. 82. cum ait, *Deus meus pone illos, ut rotam, & sicut stipulam ante faciem venti.* Rursus de hoc tormenti genere accipi debet Iacobus in Canon. Epist. cap. 3. vbi linguæ perniciem exaggerans ait. *Et inflamat rotam natiuitatis inflamat a Gehenna.* Vbi rotam natiuitatis appellat. i. rotam innatam, seu à natura. cuiuslibet homini inditam. Hæc autem est propria cuiuslibet hominis conscientia, in qua animus velut in rota suspensus toties torquetur, quoties delinquit. At, inquit, quorsum Iacobus dicit *Inflamat*, id enim alienum à rotæ supplicio? Imo potius cum

A ipso maximè conforme: quia, vt acutè obseruauit noster Cerda, rotæ carnificina non fiebat sine igne, Apulei lib. 3. *Nec mora cum visu Gracienfi ignis, & rota inferuntur.* Sed luculentissimè Iosephus loco citato, *Præparatur incendium & vterat affixus rota, igni in catasta obijectur, atque ita tendentibus corpus radius, & contrahentiis è contra flammis, costis deinde parentibus laterum vitaliarum punctur.* Quibus verbis rationem attigit, cur ignis subijci soleret his, qui in rota distendebantur. Ad hæc Euripides reum è rota solum describens sic addit.

Ignitum verò in terram cadit cadaver.

Et Tull. in libr. de pudicitia. *In axe iam incendio adstricto.* Hæc omnia ex Cerda libaui, quæ hunc locum Iacobi valde illustrem reddunt Sensus itaque illius admodum sincerus hic est, lingua perniciosum vtique, atque execrandum membrum est, quæ sapius delinquens, sapius etiam animum nostrum in rotam illam à natura homini inditam, nempe conscientiam propriam agit, actumque velut immisso igne torquet, ac distendit. Quid enim conscientia magis proprium quam animum reum ad eum modum excruciare, & torquere? Hoc sibi vult illud, *Inflamat rotam natiuitatis inflamata a Gehenna*, ipsa scilicet à gehennali igne flagrans conscientia rotam eodem igne accendit; sed de hoc loco nonnihil etiam aibi diximus. Ad rem.

C Salomon ergo suadet Regi, ne mitius agat in sceleratos, sed vt eos rotis affigens seuerissimè torqueat. Sed obijcies, reos in rota suspendi, aut leuari solitos, vnde hi, qui hoc supplicium sustinebant rotam in seendere dicebantur: hinc Tullius 5. Tusculanarum, *In rotam beatam vitam non ascendere*, quomodo ergo Salomon ait, *Deuoluit rotam super eos.* Subijcio. Quia licet sapius hi, qui in rotam agebantur, ipsi quidem affigi, & subiecto igne velociter conuerti, aliquando etiam flagris cædi solerent, tamen nonnumquam rei rotæ arctius alligati, ab edito, & prærupto loco in præceps agebantur, vel per latum campum trahebantur, rota ipsos vicissim eleuante, & humi premente: adi Cerda loco citato. Rufus aliqui obseruant Salomonem hîc non de plebeis, & detestatoris notæ hominibus, sed de regni proceribus, iudicibus, ac magistratibus agere, hos enim impios appellat, qui sua potestate abutentes alios opprimunt. His assentire. Sic autem aptè cadit verbum *conuertit*, aut *deuoluit*. i. Rex scilicet sapiens vices commutat, & rotæ supplicium, quod impij magistratus in miseros, inualidosque ciues iniuste exequi parabant, super ipsos conuertit, ac deuoluit: exemplo Assueri, qui ex ligno, in quod Amanus Mardocheum agi curauerat ipsummet suspendi iussit. hæc de translatione Septuag.

Venio ad Vulgatam lectionem. *Et decurvat super eos fornicem.* Interpretes communiter intelligunt de fornice Triumphali. Solebant. n. Hebræi deuictis hostibus molem aliquam substruere in fornicis similitudinem, captòque aduersarios per illam traducere in seruitutis documentum. Locuples huius rei testimonium extat Reg. 15. vbi subiugatis Amalecitis, Saul crexit *fornicem triumphalem.* Apud prophanos autem passim horum fornicum mentio occurrit. Tullius in lib. 2. de Orator. Fabiani fornicis meminit, quem Fabius, teste Ascon. Pædian. lib. 2. victis Allobrogibus ex marmore sibi substruxit ad triumphum. Plutarchus etiam in vita Græcorum commemorat Calphurnij fornicem. Itaque sensus est. Rex sa-

Apul. eius Iosephus.

Euripides.

97

Cicero.

1. Reg. 15.

Psal. 82.

95

Seneca.

96

Psal. 82.

Jacob. 3.

pietia laude celebris, coacto exercitu impios, & seditiosos ciues debellat, & super ipsos triumphalem fornicem adstruit, hoc est, in seruitutem redactos per triumphalem arcum transmittit. Licet autem interpretationem istam sic excitare, & acuire, ita vt non significet quid Regem facere oporteat, aut tentare contra impios ciues, sed quid istud rei facientem, & audientem, euenire soleat, demonstrat. Itaque ait, *Dissipat impius Rex sapiens, &c.* Rex prudentia insignis, qui non verebitur ciues improbos, sed audacter illos petere & inuadere non dubitauerit, victoriam certissimam ab illis reportabit, atque illis debellatis, fornice substructo, triumphum agere ipsi licebit. Itaque Salomon Regi seditiosos expugnanti certissimam victoriam, & triumphum pollicetur. Hanc expositionem Christo Domino accommodauit Beda, ipsum adi.

Sed licet hæc interpretatio apposita videatur, aliam nihilominus subiiciam, quæ nescio an aptior videri debeat ad hunc modum, *Et decuruat super eos fornicem.* Per fornicem intelligo, aut magnifica ædificia, aut moles, seu mausolæa sepulchrorum, quæ veteres sibi ædificare solebant. Vtriusque rei non pauca exempla suppetunt in sacris, Et quidem eiusmodi moles fornices appellari nemo ignorat. De sepulchris supra ca. 2. vers. 18. vbi pellices ex eo fornicariæ nuncupari diximus, quia in sepulchrorum fornibus degebant. Rursus quodlibet ædificium concameratum, & excelsum fornices nomine censerit Senius autor est. Mens igitur Salomonis hæc est; Rex sapientia, & prudentia clarus impios de medio tollit, ac ne ipsorum memoria ad posteros decurrat, si quas sepulchrorum moles aut mausolæa sibi in posteritatis monumentum sustulerunt, hæc quidem deuoluit, aut decuruat super eos. i. diruit, ac solo æquatur, quemadmodum Iosias fecisse fertur 4. Regum 21. hic. n. eorum, qui in altibus, & lucis diis adoleuerant, sepulchra deiecit, & ossa in cineres redegit. Vel aliter, Rex iste sapiens non solum impios excindit, sed etiam eorum palatia, & moles diruit, quam pœnam hodie in proditores leges statuunt, vt scilicet ipsorum ædes solo æquentur, & sale adspargantur, ne quod ipsorum monumentum extet.

XXVII. Lucerna Domini spiraculum hominis, quæ inuestigat omnia secreta ventris.

Lucerna Domini, &c. Heb. Lucerna Domini mēs, vel animus hominis inuestigans omnia intima ventris. Alij legunt. Omnia cubicula ventris. Chald. *Lucerna Domini spiraculum filiorum hominis, &c.* E. Septuag. *Lux Domini spiraculum hominum, qui scrutatur secreta ventris.* Schol. *Fax Domini spiritus hominis, &c.* Est autem pro spiraculo in primitiuis נשמה *Nismath*, ex verbo *Nasam*. i. spirare, aut spiritum trahere, sumitur pro anima. Et quidem inter נשמה *Nesamah*, & נשם *Ruang*, id discriminis interesse docent Hebræi, quod *Nesamah*, animam tantum significat, & mentem rationis participem; *Ruang* verò latius patet. Addit etiam Rabbi Dauid in libr. radicum, eo nomine sermonem etiam notari, quia sermo aëre percussio fit. Hinc nata extrema lectio, *Lucerna Domini sermo hominis, &c.*

A Hebræi ergo, qui posteriorem hanc interpretationem recipiunt, sic locum istum edisserunt, *Lucerna Domini sermo hominis.* i. oratio hominis docti, ac pij, *Lucerna Domini est.* i. clarissima, & splendidissima lux est, (solemne Hebræis est res magnas, & præstantes sic notare, nam Cedros Dei, & Montes Dei. i. cedros, montesque permagnos appellant) quæ ad aures transmissa auditoris beneuoli, ad animum vsque penetrat, atque illius intimos recessus luce sua complet. Vel aliter, *Lucerna Domini est sermo hominis, &c.* hoc est, sermo cuiuslibet hominis splendidissime cuiusdam lucernæ ad instar obtinet, per quam animi penetrabilia & intimas cogitationes dispicere, & intueri licet non solum quia ea, quæ animo concipiuntur, sermone depromimus, sed etiam quia ex verbis, & modo loquendi studia, & consilia hominum dignoscere solemus. Philo Iudæus in lib. *Quod omnis iustus liber.* Sicut ea, inquit, quæ in tenebris abdita sunt celantur, denec lux affulgens ea indicet: ad eundem modum cogitationes meas recondit animus in loco inuisibili donec vox lucis more cunctas retegat. Atque idem iudicium ferendum est de studiis, & affectionibus animi, quas sermo familiaris lucerna in morem detegit. Vnde aptè Hieronymus in Ezechiel. Mens, & conscientia lucet in ore, & pro sermo sunt interioris hominis verba et impentia lucet, inquit, in ore. j. os atque sermo illam latentem in lucem profert.

Secunda expositio satis vulgaris apud interpretes, per spiraculum hominis intelligit Dei inspirationem, & afflatum. sic Gregor. Magnus, Beda, Hugo, & alij: ex his autem Gregor. Moral. 9. cap. 25. sic scribit. *Sciendum aut, quod in sacro eloquio Venter vel vteri nomine mens soleat intelligi, hinc est. n. quod per Salomonem dicitur, Lucerna Domini spiraculum hominis, &c. Lux enim gratia spiraculum homini præstat ad vitam, quæ videlicet lux omnia secreta ventris inuestigare dicitur, quia occultis mentis penetrat, vt ea, quæ de seipsa latebant animam, ante eius oculos stenda reducat.* Et rursus in 3. parte curæ pastoralis cap. 13. sic habet. *Quia venter mens dicitur ea sententia docetur, quæ scriptis est, Lucerna Dei spiraculum hominis, &c. ac si diceret, Diuini afflatus illuminatio cum in mentem hominis venerit, eam sibi metipso illuminans ostendit, quæ ante spiritus sancti aduentum cogitationes prauas portare poterat, & pensare nesciebat.* Itaque D. Gregor. hæc verba duplici sensu donauit: Nam in priori testimonio accepit quidem pro supposito, aut subiecto, *Lucernam Dei*, & pro prædicato spiraculum vitæ, hoc sensu. *Lucerna Dei homini pro spiraculo est, ait enim, Lux. n. gratia homini spiraculum præstat ad vitam.* In posteriori autem, vice versa spiraculum pro supposito, & lucernam Dei, loco prædicati sumit, ita vt sensus sit, spiraculum hominis. i. afflat°, quo Deus homini inspirat, lucem præstat & splendorem animis affundit, sic n. subdit. *Diuini afflatus illuminatio cum in mentem venerit eam sibi metipso illuminans, &c.* Vtramque autè interpretationem capit lectio Vulgata (est. n. stylus anceps, & ambiguus) quæ & si primum inter se dissidere videantur, tamen vnaquæque propriam quandam energiam habet. Prima enim docet gratiam Dei, quam lucernæ nomine accipit, homini pro spiraculo esse ad vitam: quod dupliciter capi potest, nimirum homini esse pro vento illo cuius vsura viuunt, vel pro spiritu, & anima, cuius infusione animatur. Et quidem vtrūque satis accommodatè de diuina gratia enunciari potest. Primò enim hæc gratia animæ, liceat sic dicere,

pro respiratione est; nam quidquid respiratio corpori præstat, hoc diuina gratia præstat animæ. Succedat memoriæ id, quod alibi dedimus ex D Cypriano oratione in s. Pentecostem, de promptu ex isto spiritu quem ducimus, *Fieri respirationem, adspirationem, suspirationem, expirationem, inspirationem*, respiratio vitam, exspiratio mortem sonat, aspiratio effusum ad superiora halitum, inspiratio immissum ad interiora flatum significat, suspiratio verò interruptum dolore anhelitum adumbrat. Ergo cum ait Salomon Dei gratiam pro spiraculo animis esse, utique innuit hanc illi adinstat respirationis esse, quia ex eius usura uiuit animus, & ipsa deficiente perit.

Et quidem ista diuinæ gratiæ aura persimilis est huic auræ communi quæ ducimus: sicut enim hæc semper, & ubique ori admota ut ipsam trahere, & haurire possimus, & trahentes, haurientesque mirabili quadam docilitate sponte sequitur: sic etiam gratia Dei, & inspiratio illius, seper homini præsto est: quapropter si quando homo perit non ex defectu illius diuiniore auræ perit, sed quia immissum à Deo spiritum rapere, ac per ipsum viuere non vult. Rursus ex eo diuinæ gratiæ spiraculo fit in homine exspiratio, & mors carnis. Paulus ad Rom. 8. *Si enim secundum carnem uixeritis mortemini, si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis.* Et 1. Petri 3. *Ut nos offerret Deo mortificatos quidem carne, uiuificatos autem spiritu.*

Vel ut habet correctior textus. *Mortificatus quidem carne, uiuificatus autem spiritu.* Itaque ex his liquet in eo, qui diuinæ gratiæ auram trahit, uiuente, & respirante animo carnem quodammodo exspirare. In causa est illius auræ subtilitas, & tenuitas. Aiunt enim hi, qui Americæ plagas emensi sunt, in sublimioribus quibusdam Peruanæ prouinciæ montibus id passim viatoribus euenire, ut cum ad cacumen deuenirent deficiente spiritu exanimarentur: ratio autem est tenuitas & subtilitas aëris, quæ non satis crassam respirationi materiam offert ut gutture rapi, ut rapta, viscera reipsa refrigerare, & reficere possit. Ad eundem modum de carne nostra pronuntiare audeo, quæ cum crassiori aura pasci solet, ubi subtilis, ac prætenus diuinæ gratiæ spiritus ipsi offertur, statim exanimatur, & exspirat: animus autem eo spiritu naturæ suæ accommodato uiuit, atque agit. Sicut etiam è contra, si crassior illa uoluptatum, libidinum, & aliarum affectionum aura carni offeratur, caro utique uiuit, animus verò interit: nam tenuis cum sit, crassiori illo & immundo spiritu uesci non potest. Ad hæc ex diuino illo gratiæ supernæ spiraculo perficitur adspiratio, nimirum spretis caducis & terrenis ad superiora adspiratio hinc. Dauid. Psal. 50. *Spiritum rectum innoua in uisceribus meis.* Et infra. *Spiritu principali confirma me.* Vel ut alia lectio habet, *Spiritu principum*, qui ad magna semper adspirant. Sed expendere libet uerba illa, *Spiritum rectum innoua.* Philosophus in lib. de respiratione; quod homo erectus incedat, & uultus ad sublimiora elatos habeat adspirationi tribuit. Nam aura hæc communis quam ducimus, ad viscera transmissa calore extenuatur, ubi autem subtilior effecta est, ad superiora vi sua adnititur, totumque similiter corpus ad superiora impellit. Huc ergo spectans Vates ait, *Et spiritum rectum innoua in uisceribus meis.* i. spiritum illum tenuem, & subtilem gratiæ tuæ in animum immitte meum, qui me à caducis ad suprema erigat, & uultus olim demissos, & pronos, ad æterna, & cælestia

A conuertat. Quid plura? Ex eo diuinæ gratiæ spiraculo euadit etiam suspiratio: nam suspiria, & gemitus poenitentiae ex diuinæ gratiæ inspiratione eueniunt. nihil enim magis diuino spiritu proprium, quam suspiria, & gemitus in animis nostris cieri. Paulus ad Rom. 8. *Non solum autem illo, sed, & ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei spectantes.* Et infra de eodem spiritu gratiæ uerba faciens addit. *Ipsè spiritus postulat pro nobis gemitibus innarrabilibus, &c.* Deniq; illud ipsam diuinæ gratiæ spiraculum est inspiratio, quia nimirum Deus ipse illud in animæ nostræ penetralia immitit: atque eo sensu accipienda sunt uerba Salomonis, *Quæ inuestigat omnia secreta uentris*, ducta similitudine ab aura, quæ respiramus. Sicut enim hæc aura ad intimos uiscerum recessus penetrat, & earatione cor euentilat, & æstum illius refrigerat sic etiam diuinæ gratiæ inspiratio ad internas animi potentias peruadit, mentem confirmat, memoriam instruit, & uoluntatis ardores temperat.

Posterior acceptio prioris expositionis, in qua spiraculum habet rationem prædicati, hæc est. *Lucerna Domini spiraculum homini.* i. diuinæ gratiæ inspiratio pro anima est homini ipsi: luculentius dicam, ipsius animæ quædam anima est, quæ illam inaninat, & uiam reddit. Et quidem iuxta hanc acceptionem, per spiraculum hominis nõ sancta inspiratio, sed gratia ipsa habitualis intelligi debet, quæ uerè ipsius uita, & animæ anima dici potest. Huc spectauit D. August. in libr. de Genesi contra Manich. ad illa uerba, *Inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ, & factus est homo in animam uiuentem*: nam cum per hanc Dei inspirationem non solum inductionem animæ in corpus, sed etiam gratiæ in animam intelligat, expendit quidem illa uerba, *Factus est homo in animam uiuentem.* Nam cur, inquit, *uiuentem* addidit, cum fati esset, *in animam* diceret nimirum ut ostenderet animæ naturali uita præditæ aliam insuper animam, & uitam supernaturalem aduenire posse, nempe gratiam Dei, sine qua anima ipsa demortua est.

D Si uerò secundam interpretationem Gregorij sequamur, quæ *spiraculum* loco subiecti accipit, ac de illo lucernam enunciat dicit, hoc sensu, Diuinæ gratiæ inspiratio pro lucerna est, alia utique erit huius sententiæ energia. *Lucerna Domini spiraculum hominis, &c.* i. diuini afflatus gratia, quam Deus homini immitit, lucernæ adinstat obtinet, cuius splendor animum complet, & omnes interni cordis tenebras discutit. Ergo quemadmodum superior expositio eò intendebatur ut gratiam Dei spiritui, vel auræ similem esse diceret, ita etiam hæc eò spectat, ut eandem cum lucerna componat. Huius autem comparationis vis in promptu est. Et quidem gratia, & auxilium Dei ob innatum splendorem à Patribus aliquando soli exequatur, qui in minori mundo, i. in homine, splendide lucet: sic Macharius hom. 7. Aliquando luct in uniuersum, Fulgentius ad Theodorum Senatorem, ubi gratiæ necessitatem ea similitudine perelegãter expressit. *Oculus enim inquit: factus est ut uidere lumen possit, sed uidere non potest, nisi illi lumen adsit: ita bonum, quod facis, gratia adscribendum: nam quod uidet oculus beneficium est luminis, quo si careat, cæcus remanebit in tenebris.* Sed licet præfata similitudines appositæ sint tamen lucernæ cõparatio, ni fallor, aptius in illam cadit. Lege Chrylost. in hom. 11. in priorem Epistolam ad Thessalon. ad illa uerba. *Spiri-*

Cyprian.

102

Ad Rom.

8.

1. Petr. 3.

Aristot.

Ad Rom.

103

August.

104

Machar.
Fulgentius

Chrylost.

tum Dei nolite extinguere, ubi illam latè cum lucerna componit, & modos omnes, quibus lucerna restingui potest, venustè admodum gratiæ diuinæ accomodat. Interim autem in verbis Pauli obseruare licet eandem energiam, quam in Salomonis sententia hæctenus vidimus. *Spiritum Dei nolite extinguere*, quod. n. extingui potest, lucerna est, Dei ergo spiritum cum lucerna etiam comparat Apostolus. Et sanè lucernæ nomen aptissimè in gratiæ spiritum cadit. Primò, quia per eam significatur infirmitas hominis, qui gratiæ lumen facile amittit, quia vt ait Gregor. *Lucerna est lumen in testa fictili*, ita etiam gratia, & splendor quidam in homine, seu in luteo quodam vase, atque ad eò fragili, micans. Rursus innuitur gratiam omnem à Deo esse, alioqui non esset gratia. August. in Psal. 18. *Quidquid promissit indignis promissit, vt non quasi operibus merces tribueretur, sed à gratia, à nomine suo gratis daretur, ab illo. n. fit homo iustus, qui nunquam potest esse iniustus: sicut. n. lucerna non à se ipsa accenditur, sic nec anima humana sibi præstat lucem, sed clamat ad Deum, tu illuminas lucernam meam Domine*. Mitto alia, quæ de hac similitudine passim occurrunt apud Patres.

Subdit Salomon. *Quæ inuestigat secreta ventris*, quia diuinæ gratiæ splendor ad internum animū peruadit, & secreta, seu recessus, seu cubicula, hoc est animi potentias, & vires, discussis ignorantie tenebris luce sua collustrat, & ad rectè agendum informat. Sed si verbum, *inuestigat*, in lancem mittas, metaphorā ab eo sumi dicemus, qui accepta lucerna aliquid curiosius vestigat, atque eo consilio totam domum euoluit, & intimos recessus perlustrat. Ad eundem modum animus ubi gratiam Dei exceperit, se ipsum, & potentiarum suarum cubicula, recessū que intimos curiosè lastrat, omnia denique euoluit, ac disquirat. Quorsum? Caietan. *vt semetipsum inueniat*, nihil. n. difficilius relinquit, vt elapsæ vitæ culpas, & crimina deprehendat, sed tamen hæc minora sunt,

Denique subscribenda est tertia interpretatio, cui ego etiam plurimum tribuo, hæc autem per *spiraculum hominis* mentem ipsius accipit. Suadet hoc nomen ipsum Hebraicum, quod, vt supra adnotauimus, mentem sonat, ipsa etiam sententiæ structura, dicitur enim *spiraculum hominis*: gratia autem non hominis, sed Dei potius adspiratio dici debet. Ait ergo Salomon, *Lucerna Domini spiraculum hominis*. i. mens quidem lux est à Deo hominibus missa, vel certè lux magna, & splendidissima iuxta modum illum loquendi Hebraicis familiarem, quem supra adnotauimus, lucerna scilicet alias omnes lucernas vincens, est mens humana: nam aliarum splendor lucernarum obiecto quouis corpore opaco deficit, & vterius non peruadit; at mēs omnia penetrat, ad eò vt nec crassissimi corporis obiectu contineri possit, quominus eius lux ad interna, & arcana cordis perueniat, & latentes in animis aliorum cogitationes deprehendat. Et quidem licet aliæ expositiones aptæ sint, hæc tamen mihi magis probatur.

XXVIII. *Miseriordia, & Veritas custodiunt Regem; & roboratur Clementia Thronus eius.*

Miseriordia, & Veritas, &c. He. Et fulsit in misericordia thronus suū. Chal. Et preparatur

A in Clementia Thronus eius. Sep. *Miseriordia, & Veritas tutela Regi, & circuibūt in iustitia sedē eius*. Aquila, & Sym. *Miseriordia, & Veritas cōseruabūt Regem*. Lucifer pro S. Athanas. integrā sententiā sic extulit. *Miseriordia, & Veritas tutela est Regi, & circuibūt iusti sedem eius*. Et quidem vox primitiua, quæ subest illi verbo *roboratur*, est 710 *Saghad*, quæ proprè significat stabilire, & confortare, apud quosdam etiam fundare. Caiet. & alij pro misericordia *gratiam* reddunt.

Sententia est perspicua, nam vt sæpè aliàs monuimus, quoties misericordia, & Veritas simul occurrunt in hoc libro, per misericordiā significantur omnia officia beneuolentiæ, & gratiæ proximo exhibita, per *Veritatem* verò significatur iustitia, & æquitas: atque ad eò sensus est, *Miseriordia, & Veritas custodiunt Regem* &c. i. beneficentia, & Clementia erga probos, & iustitia seueritasq; erga improbos Regem seruant: beneficentia enim probos erigit, ac Regi deuincit: Iustitia verò improbos deprimit, & longius arcet à Principe. Sed licet vtraque virtus Regi maximè pernecessaria sit, tamè Clementia imprimis hæc. n. roborat Thronum eius, ac stabilitate perpetua illum donat.

Miseriordia, inquit, & *Veritas custodiunt Regem*, in primitiuis est 777 *lstru*, à radice 727 *Natjar*, quæ sæpius ad malitiam pertinet, vt obseruat ex Rabinis non pauci, significat enim custodiam militum aut excubiarum; quapropter licet utroque modo exponere. Misericordia nimirum, & Iustitia, tamquam milites duo fortes, ac strenui, satellitium illi præstant: vel tamquam duæ excubiæ Regi asseruando inuigilant. Et quidem Iustitia, & Clementia duo sunt fortissimi Regiæ maiestatis satellites, qui latera ipsius obsidentes omnem vim ab ipso prohibent. Nā Clementia Principis hostes ad mansuetudinem adducit, eos autem, quos Clementia non leniuit, Iustitia vlciscitur, ac de medio tollit. Iustitia, in quā, non crudelitas: nam iustitia aduersarios aufert, crudelitas verò multiplicat. Iustitia quippè maleuolos vlciscitur, amicos autem beneuolique ciues non irritat, sed cōtinet: crudelitas verò etiam amicos ad odium conuertit. Quapropter aptè ad hanc satellitij similitudinem Seneca in lib. de Clementia. *Nō est opus latera montium abscondere multiplicibus muris, ac turribus sapere, saluū Regem Clementia in aperto præstabit, crudelitas hostes multiplicat*.

Quomodo autem crudelitas aduersariorum numerum adaugeat venusta similitudine declarat. *Quemadmodū præcise arbores pluribus ramis repululant, & multa satorū genera, vt densiora surgant, rescinduntur; ita regia crudelitas auget inimicorum numerum tollendo*. Mens igitur Salomonis hæc est, *Miseriordia & Veritas custodiunt Regem*. i. si qui fuerint Reges, qui crudeliter in suos defæuuant, hi sanè multis satellitibus indigent ad tutelam, qui verò Clementiā, & iustitiam erga suos exercent, multis præsidij opus non habent: nam istæ duæ præstantissimæ virtutes ipsos tutiores, ac securiores esse iubent, quàm si multæ militum manus satellitiū eisdem præstent. Et quidem duo illi satellites Clementia, iustitia, sic regium latus præcingere debent, vt Iustitia semper exarmata, Clementia verò sempe in procinctu sit. Eam legem Principi indixit Publius Mimus; *seueritatem, inquit, abditam. Clementiam verò in procinctu habe*. Iubet autem seueritatem, & Iustitiam concludere, & exarmare, ne prima profiliat ad pugnam, sed locum Clementiæ semper faciat interimque dum clementia Principis aduersario-

Gregor.

Psal. 18.

105

108

Seneca.

Pub. Mimus.

107

rum animos bene merendo expugnat: seueritas arma capessat, vt eos quos Clementia non vicit, ipsa prosternat, atque euertat.

109

Rursus si verbum illud, *Custodiunt* perinde sit atque, *excubant*, sensus erit Misericordia, & Veritas custodiunt Regem, id est, tamquam duo excubitores peruigiles illum adseruant, & muniunt, Hæc sunt, quæ Regibus somnum eripere possunt, publicæ administrationis cura, & proditorum perfidia. Eapropter Homerus (cuius verba supra dedimus) Reges admonet, ne totam noctem dormire velint. Et Seneca in lib. 3. de Ira, Imperatorem numquam suauem, & placidum somnum captare posse dicit. Aptius Salomon, qui ex aduerso docet fieri posse, vt Princeps totam noctem tuto dormiat, & somnum placidè carpat, si videlicet ipse sibi duos excubitores præficiat, scilicet Clementiam, atque Iustitiam: istæ enim duæ virtutes ab administrationis publicæ curis, & metu perfidiæ, quæ Regum quietem exturbare consueverunt, eiusdem animum securum esse iubent: Clementia enim perfidiam aduersariorum ad fidem adducit, Iustitia verò publicas curas aufert.

D. Thom.

Misericordia, & Veritas, inquit, *custodiunt Regem*. i. illum ab interitu vendicant. D. Thom. in titul. de Principis eruditione lib. 1. ca. 15. expendens ista verba sic ait. *Multum necessaria est Principi Misericordia, custodit. n. illi, ne ignis zeli, & iracundia illum destruat. Vnde Prouerb. 20. dicitur, Misericordia, & Veritas custodiunt Regem: ignis zeli ardere debet in oleo misericordiae; deficiente verò hoc oleo ignis zeli destruit Principes. sicut ignis, si desit oleum materiale, lapidem effringit. Grego. super Ezechiel. Sancti Zeli destructio de virtute Misericordiae necessaria est vt ardeat.* Hactenus D. Thom. qui præfatis verbis alium modum accommodat, quo Clementia cum Iustitia coniuncta Regem tutum reddit: quia nimirum Iustitia & zelus, si absit Clementia, Regi perniciem affert, si autem Misericordiae atque clementiae oleo innutritur, sine detrimento ipsius Principis ardet, ac flagrat. Nam ei qui tunc cum oportuit clementem se præbuit parcendo, sine aliqua populi inuidia aut odio, etiam cum opus erit, irasci ac sæuire puniendo licet. Subdit Salomon.

111

Et roboratur Clementia Thronus eius, quibus verbis significat duas illas virtutes, quæ Principi adesse debent, Clementiam, & Iustitiam, sic temperandas esse, vt animus Regis semper in Clementiam pendeat. Sic vtique suadet Regi Seneca apud D. Thom. loco citato. *Tam omnibus ignoscere crudelitas est, quam nulli parcere, modum enim tenere debemus, sed quia difficile temperatum est, quid a quo plus futurum est, in partem humaniorem præponderet*, id est, cum res tantisper ab æquilibrio Iustitiæ detorquenda est (non enim semper summo iure vti oportet) animi tui pondus. i. studium, & affectio, Misericordiae, atq; Clementiæ lancem oneret. Sed rursus idem D. Thom. cap. 16. docet Principem Dei vices agere, atque eius personam sustinere, atque adeo eiusdem Dei mores ipsam imitari oportere, sed tum maxime in eo, quod sponte sua semper ad misericordiam propendet, Iustitiam verò, & seueritatem nostram illi malitia semper extorquet. Sed cur Clementiam tanto studio amplecti debet Princeps? quia *Clementia roboratur Thronus eius*. Regna quidem vis & arma parant, sed Clementia tuetur, & seruat: hæc enim subditos Principi deuincit, & fideles præstat, vnde Tullius lib. 2. Officiorum *Malus*, inquit, *cussæ diuinitatis metus, contraque*

Cicero.

beneuolentia fidelis est, vel ad perpetuitatem Et quidè Gregor. ad illa verba Psal. *Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius*, præcipuam causam propter quam Deus regnū Dauid, ac Thronum eius stabilem, & perpetuum esse iussit, mansuetudini, & Clementiæ illius adscribit: hac enim Dauidis Clementia promeritus Deus, inquit Gre. dixit ad illū. *Thronus eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum, & sestis in celo fidelis.* Itaq; nō solū ipsa per se Clementia regnis stabilitatē conciliat, quia subditos Principi deuincit, sed etiam quia Dei gratiā inire solet, cuius est regna cōfirmare, & constabile. Et quidem per Clementiam, & mansuetudinem hoc obtinet Princeps, vt nullum omninō hostem, vel insidiatorem habeat, non homines, quia lenes Principum mores illos ad beneuolentiam adducunt: non Deum, quia illum maximè conciliat Clementia Principis non seipsum, quia per mansuetudinem, & Clementiam Princeps seipsum quoque deuincit, ac sibi susternit, sic Tullius ad Cæsarem in oratione Marc. *Verumtamen seipsum vincere, iracundiam cohibere, &c.* Qui enim iram frænāt, & mansuetudini reddit, is quidem à semetipso nobilissimam victoriam reportat, & nihil habet vnde seipsum metuere possit: nullus enim homini grauior hostis, quàm ipsemet cum iracundia armatus fuit; nullus deterior proditor cum eadem iracundia suadente omnibus aliis effrænatis motibus animum expugnandum committit. Quapropter cum Princeps Clementia, & morum lenitate præditus nullos omninō hostes numeret, quorum insidias, aut perfidiam metuere possit, nihil est quod regnum illius, ac Thronum labefactare, aut subuertere possit. Sed quia inter infensissimos Principis hostes ipsummet Principem recensui, addo nullum insidiatorem, aut proditorem alium cum eo esse conferendum: luculentius dicam, alij quidem hostes publici sunt, hic proditor, quia cum domesticus sit familiaris & amicus (vt nemo magis) tamen fœlicissima, & fortunatissima regna subuertere, & hostibus prodere solet. Rex enim nemini magis fidit quàm sibi, cum autem ipse ex ira sæuit, ac furit, nec semetipsum per clementiam & mansuetudinem coërcet, ac vincit, ipse quidem sibi infensus, & hostis, tot aduersarios milites contra se euocat, quot nimia seueritate seu crudelitate sibi infensos ciues reddidit. Rursus etiā ipse sibi in hoc ciuili, vel potius domestico bello, consiliū eripit, atque hostium insidiis exponit. Merito ergo Solomon docet Regum thronos clementiā roborari, & stabiliri, non solum quia Deum, atque homines Principi obstringit, sed etiam quia ipsummet Principem sibi mancipat, & subicit, ne contra se ipsum arma moueat.

Gregor.

Ceterum licet hæc expositio accommodata sit, quæ per misericordiam, & veritatem, clementiam, & iustitiam accipit, tamen nescio an aptius sit per veritatem ipsissimam veritatem intelligere, per misericordiam verò, seu gratiam. (sic enim habent Origines, vt supra animaduerti) clementiam in suos. Hunc sensum sequitur Athanas. in Apolog. ad Imperatorem Constantium, vbi sic fatur. *Ita rem examina, quasi Veritas tibi in consilio adsit, quæ Regum, & imprimis Christianorum, tutela est, cum ea res regna administrare tutissimum est, cum dicat sacra Scriptura, Misericordia, & Veritas Regi custodia est, & circumdabit insitta thronum eius. Hanc enim cum Zorobabelle sapiens ceteris anteferret, victoriam reuulit, & acq-*

112

Athanas.

matum est ab uniuerso populo, Magna res est Veritas, & praeualeat omnibus, &c. Hæc ille. Itaque Athanasius per veritatem ipsammet veracitatem accipit, non eam quidem, quam ipse Princeps eloqui semper debet, licet illi etiam pernecessaria sit, sed eam, quam alij apud ipsum dicere tenentur. Et quidem hæc Veritas non minus Regem seruat, quam clementia, atque adeo eam Princeps libenter dictam audire, indictam verò diligentissimè vestigare, & indagare debet. Præmittit autem Salomon misericordiam, seu clementiam, Veritati, quia clementia, & lenes Principis mores subditos erigunt vt vera audaciùs ipsi renuncient, immanitas verò & crudelitas ciuium ora obstruit, ne vera ad ipsum audacter deferant, & adulationi tantum, & lenocinijs locum facit. Quantam vero perniciem Regnis, ac Regibus adulatio assentatorum, & mendacia obloquutorum afferre soleant nemo ignorat. Ergo D. Athanasius constantium ex hoc Salomonis loco ad inquirendam veritatem comparans sic addit, *Tam cum apud te calumniam mihi ausi sunt intèrre, ad quem à te quæso appellare potero, nisi ad patrem eius, qui dicit, Ego sù Veritas, vt ille cor tuum ad placabilitatem inclinet.* Obserua vim sententiæ, vt enim Imperator veritatem libenter vel audiat, vel inquiret, illi quidem à Deo placabilitatem, & animi lenitatem priùs deprecatur; atque ita subdit. *Domine omnipotens pater Domini nostri Iesu Christi, tu per Verbum tuum Imperium famulo tuo Constantio dedisti, tu illumina mentem illius, vt cognitis calumnijs beneuolenter accipiat meam excusationem* (adhuc beneuolentiam inculcat) *Omnibusque clarum reddat, quam aures habeat confirmatas communitasque veritate, solumque sibi, vt dictum est, accepta esse labia iusta, ita enim solum regni fortunatum fieri per Salomonem pronunciaisti. Quapropter omnino omnibus modis percùtare, intelligantque quadruplicatores (Arriani) tibi non deesse curam in danda veritate, & obserua num vultu quoque, hypocantiã prodant, vultus enim index est conscientie, &c.* Hæc ille. Et sanè in hanc veritatem etiam apprimè cadunt ea, quæ supra diximus de iustitia, & clementia, Regibus nimirum esse pro satellite, & pro excubitore. Constat enim apud quasdam nationes lege cautum, vt quicumque sciens, & volens, in re alicuius momenti Regi falsa renunciaisset, proditoris pœnas sustineret: nimirum hoc sibi persuaferant, omne mendacium Principi dictum ad proditionem viam sternere; Lege Petrum Gregor. in Syntagm. Iuris lib. 9. capite 6. Si ergo mendacium, quod ad Principem defertur (liceat sic dicere) proditionem semper cogitat, aptè quidem Veritas dicitur satelles, & excubitor aduersus eiusmodi proditorem semper accinctus, ac peruigil. Adscribit etiam illi Athanasius consiliarij munus. *Ita, inquit, rem examina, quasi veritas tibi in consilio adsit.*

113

Sed non tantum accipi possunt hæc verba de Veritate, quam Rex ab alijs audire tenetur, sed etiam de illa, quam ipse semper dictare, & eloqui debet, hæc enim securitatem ipsi haud minorem præstat. Audi Basilium Imperatorem inter alia capita filio Leoni sic suadentem. *Maximè pendito veracem te esse in sermone, & veraces homines in familiaritate admittere, ita enim firmus, & constans in omnibus factis, ac dictis astimaberis, & veram, ac non suspectam tuorum erga te beneuolentiam sustinebis. Si autem vanitatis, & mendacitatis in suspicionem veneris indigna facere Imperatoria maiestate, qua auctus es, conuinceris, efficietque*

Basil. Imp.

A vt subditi semper formidolosi, verumque omnium incerti, & titubantes vacilleni. Quanto enim veritatis oratio amabilem Principem reddit, tantum mendacis deprehensa, aut etiam suspecta, vtilisum qui ea vitur facit. Hæc ille. Adde etiam nomine Veritatis hîc fortasse accipi debere veram religionem erga Deum, itavt misericordia, seu clementia ad subditos spectet, veritas verò ad Deum, vt sit sensus. *Misericordia & Veritas custodiunt Regem.* id est, clementia, & lenitas erga subditos, & veræ religionis professio erga Deum, Principem vndique tuentur, ac muniunt: nam clementia illi subditos conciliat, religio autem vera illi Deum deuincit; atque adeo nullum illi alicunde malum impendet. Nec minus etiam religioni quam alijs congruit satellitis excubitoris, aut etiam optimi consiliarij munus. Quod videre est in Principibus Catholicis Hispaniæ, & aliarum gentium, apud quas fides viget, quibus ipsamet fides ac religio satellitum tutissimum præstat, adeo vt alijs præterea satellitibus aut præfidijs opus non habeant, aliquando etiam non vtantur, superquos fides quoque ac religio excubias agit, hostes eminens prospectans, infidias proditionesque aduersariorum auertens, quietem, & tranquillitatem regnis afferens. Ac denique ipsis quoque vera religio consiliarij in morem ad omnes tum belli, tum pacis res secundum iustitiam & pietatem administrandas præsto est. Frustra hic multis de hac Christianorum Principum felicitate, quos, quia Dei fidem integram præstiterunt, suorum quoque subditorum erga se fidem expertos semper fuisse experientia ipsa compertum est.

Alia verò lectiones, quas supra dedimus, non admodum curandæ sunt, nam translatio Septuaginta ad Vulgatæ sensum allici potest. *Misericordia, & veritas tutela est Regi, & circumbunt in iustitia sedem eius.* Et quidè si extrema expositio (quæ mihi ante alias probatur) lectori arrideat, sensus est facilis. i. clemètia, & religio Regi tutelam, & custodiam offerunt, atque eadem iustitiam sibi custodiam adhibentes Regis thronum vndiq; obsident, ac suis præfidijs vallat, tutissimumque reddunt. Vel aliter exponi potest, ita vt prædicta versio concinat cum translatione D. Athanasij, *Misericordia & veritas, &c.* i. clementia & veritas (accipio autem veritatem vt sonat, vel pro iustitia, vel etiam pro religione) Regem vndique tuentur, & securum esse iubent, *Et circumbunt in iustitia sedem eius,* illud circumbunt, non ad duas illas virtutes veritatem, & clementiam referendum est sed ad ministros eius; vt sit sensus, Princeps Clemens, ac veritatis amator, non solum sibi ipsi securitatem præstat, sed etiam id efficit, vt omnes alij quotquot illius sedem ambiunt, & ministri eius sunt, ipsi quidem in iustitia, & officio sese contineant, & alios etiam secundum iustitiam gubernent. Huc spectat translatio Athanasij, qui extrema illa verba sic extulit, *Et circumbunt iusti sedem eius,* iusti, nimirum ministri, & magistratus, hi enim fere Principis mores in se exprimunt.

114

E



XXIX. Exultatio iuuenum fortitudo eorum:
& dignitas senum canities.

115

Exultatio, &c. Heb. *Gloria iuuenum, fortitudo eorum, & pulchritudo senum canities*, pro canitie subest, *שׁבַּח* *scebah*, quam vocē Hebræi amplius aliquid quā senectam significare volunt, sic scilicet, vt *זְקֵנָה* *Zknah*, j. senectus, ab annis quinquaginta ad vsque sexaginta perueniat, canities verò inde vsque ad obitum, Septuaginta verò sic habent: *Ornatus adolescentibus sapientia gloria autem seniorum canities*. Aquil. Symmach. & Theodot. *Ornatus iuuenibus fortitudo*. Sed notandum est Septuaginta extremo loco habere *notat. i. canities* de numero plurali. Chald. *Et laus senum canities*.

Huius sententiæ scopus difficilis, verba autem perspicua sunt. Cajetanus nihil amplius huic sententiæ subesse dicit quā verba sonant. Iansenius, & Rodolphus putant Salomonem his verbis assignare vtriusque ætatis duo præcipua ornamenta, quibus Respublicas decorant, & honestant: iuuenes enim robur commendat, senes verò ob canos reuerentia, & obsequio digni sunt. Quamuis enim iuniores experientia rerum careant, tamen viribus pollent, & licet senes viribus destituti sint, & lacertis, in eis nihilominus experientia, consilium, & autoritas viget, vtraque autem vtilia Reipublicæ, & sibi inuicem magno adiumento sunt: Nam iuniores consilio, atque sapientia seniorum indigent, ne vires suas temerè impendant, & senes item, quibus vires non suppetunt, iuniorum opera, & labore vti coguntur, atque ea ratione vtraque ætates se inuicem mutuis auxiliis fouent, & Respublica mirum in modum iuuatur. Nam, vt ait Plutarchus, dum senes cum iunioribus commorantur id accidit in Republica, quod Plato dixit de mero aqua miscendo *Deum furentem ab alio Deo sobrio temperari*: Nam furor & temeritas iuuenilis senum moderatione comprimitur, & rursus nimia senum modestia periuenientem ardorem acuitur. Adde etiam his verbis iunioribus suaderi vt vires quibus polent, agendo, & laborando strenuè exercent, hoc n. ipsis gloriosum: ad senes autem dici, vt ipsi iam quiescant, & à laboribus feriantur, atque iuuenū opera, & obsequio vtantur: sicut. n. iuuentutem decet labor, & exercitatio, ita etiā senectā quies, & relaxatio: sed expendenda sunt verba singula.

Exultatio iuuenum fortitudo eorum. Heb. *Gloria iuuenum, dignitas senum canities*. Hebr. *Pulchritudo, vel honor senum*. Et quidem aptissimè singulis singula accommodantur: nam iuuenes quidem nec dum honore digni sunt, ipsos autem addecer gloriam studiosè aucupari, quæ rebus bene gestis parari solet; senibus autem propter solam canitiē honor debetur, ac reuerentia, ipsa enim per se canities obsequio digna est, iuxta illud Leuit. 1. *Coram cano consurge, & honora personā senis*. Ex quo colligit Salomon iuuenes quidem fortiter ac strenuè agere oportere, senes autē ferari posse, hi n. ob solā canitiem in honore sunt, illos verò nisi se fortiter gerant inglorios prorsus esse necesse est. Hæc verò expositionem posteriorem ideo alteri præfero, quia per canitiem non consilium, vel experimentum, sed ipsosmet canos, vel senectam accipit, ita enim textus ipse postulare videtur.

A *Dignitas*, inquit, *senum canities*, nomen illud dignitas sumendum quidem vt sonat, *Et dignitas*, i. principatus quidam. At qualis, inquires, hæc senū dignitas? nō alia sane nisi regia, aut si placet etiam, diuina Regia vtique, quia vt ait Chryso-
stomus, *Regem honoramus, & purpuram, & diadema, quoniam sunt signa imperij; nō iliter & senē, & canos, honore prosequimur, causam si postules ea est, quia canities sapientiā, & consiliū, præ se fert, quæ senibus imperium, & principatum in iuniores confert*. Subdit autem Chryf. *Senex enim est Rex si vellet, & eo, qui est inductus purpura, magis regali, si imperet animi perturbationibus, & vicia tamquam satellites sibi subijciat*. Ex quibus constat senem duplici nomine Regem esse, & duplicem potestatem fortiri, alteram quidem in iuuenes, ob sapientiæ & consilij præstantiam; alteram verò in seipsum, ob deuictas, & subditas animi passiones, & affectiones. Obserua illud, *Tāquā satellites sibi subijciat*, id. n. moderatæ atq; temperatæ senectæ propriū est ex vitiis sibi satellitium construere. Nam affectiones illæ, quæ in iunioribus vitiosæ sunt, vbi ætate frigescente deficiuerunt senibus præsidio esse solent, quibus stipatus, ceu Rex, sibi atque aliis imperitat. Non solum autem regia, sed etiam diuina quodāmodo dignitas in senibus est. Hinc est illud Iunci apud Stobæum serm. 116: *Hoc maximum, & pulcherrimum a Deo datum hominibus esse datum reor, per quod diuina natura quodāmodo similes fiant*, E. infra *Senectus diuina meditationis imitationem quandam in se exprimit*. **Stobæus.**

C Huic verò diuinos honores deberi docuit Macrobius lib. 2. Saturnal. *Senectus*, inquit, *nobis si sapimus adoranda est*, eorum autem consilia, & monita veluti oracula, & deorum responsa accipienda esse ibidem docet, vt potè quæ certitudinem quandam ab omni errore immunem continent, ei ad similem, quæ oraculis inesse solet.

D Id etiam, quod diuinissimum vulgo habetur, scilicet futura prædicere, senecturis proprium est, nam senes ex magno præteritorum periculo, & vsu, de futuris certissimè coniectari consueverunt, est ergo senecturis, & canities dignitas Regia, & quodāmodo diuina. Discant ergo iuuenes eam ætatem colere, & vereri, & senes etiam ipsi sibi metipsis deferre discant si quidem ab aliis debitum honorem referri velint. Optimè enim Chrysof. n. loco citato. *Tu quidem, o senex, canos tuos prior reuerere si autem tuos non reueris, id quæ cum sis senex, quomodo aquum censes, vt iuuenes eos reuerentur, tu quidem nō reueris canos, sed eos probro, & dedecore afficis: Deo te honorauit candore pilorum, magnam tibi dedit prærogatiuam cur prodis honorem tuum? Quomodo te reuerbitur iuuenis, quando es eo longè proteruior, & lasciuior? canities enim tunc est reuerēda, quādo agit quæ sunt canities: quādo verò agit quæ sunt iuuenum, magis erit ridicula, quā iuuentus*. Hactenus Chrysof. Ergo cū ait Salomon, *dignitas senum canities*, non solū iunioribus, sed ipsismet etiam senibus eam colendi, & reuerendi necessitatem indicit. Iuuenes enim honorem canis debent, senes autem ipsi aliquid etiam canis debent, nimirum vt sapientiam, consilium, & modestiam, quam capillorum candor præ se fert, verè in se exprimant, *Canos enim* (inquit Chrysof.) *ideo honoramus, non quia album colorem nigro præferimus, sed quia candor ille est signū vitæ, quæ ex virtute agitur, & vel videntes inter nos canos ex eo conijcimus, vbi duplicē canitiem distinguit, aliam quidem capillorum, aliā animi, iuxta illud, *Canis sunt sensus hominis*, Sap. 4. Priorem autem,*

116

Chrysof.

117

Chrysof.

sem, si absit, posterior, nullo obsequio dignam esse dicit. Ea propter Septuaginta non sine emphasi legerunt *καμια*: canities in numero multitudinis ut utramque capitis, & animi canitiem complecterentur, quia una sine altera nomine dignitatis indigna est. Audi Ambros. in Epistola ad Anisium lib. 8. cap. 60. *Verè senectus illa venerabilis, quæ non canis solum, sed meritis albescit: ea est enim reuerenda canities animæ in canis cogitationibus, & operibus effulgens.*

Alia lectio habet, *Pulchritudo senum canities*, atque adeo indecorè agunt senes illi, qui naturalem illius ætatis pulchritudinè inductis, aliis coloribus dehonestant. Quid floribus pulchritus? at cani flores sunt. Hippothæus apud Stobæum: *Cana senectæ flores sunt inter homines.* Cuius autem fructus hi flores sint docuit Democritus apud eundem, *Canities autem flos est temperantiæ, & prudentiæ.* Et quidem ea florum similitudine utitur scriptura Eccl. 10. ubi senectam describens Salomon, illa verba ad canos retulit, & *florabit amygdalus.* Chaldaus legit, *Laus senum canities*, hoc est cani senes commendant, & apud omnes celebres reddunt, &c.

XXX. *Liur vulnerum absterget mala, & plaga in secretioribus ventris.*

Liuor vulnerum, &c. Heb. ad verbum sic habent. *Liuros vulneris deterio in malo, & plaga in cubiculis ventris.* Alij, *mundatio in malo.* Alij, *Medicina in malo.* Caietan. *Percussiones capitis mundabunt malum:* & quidem pro vulnere subest, *פצע* *Pessagh.* i. vulnus. Quid autem Caietano in mentem venerit, ut pro vulnere caput subiecerit, ignoro. Septuaginta: *Liuros, & contritiones occurrunt malis, plaga autem in secreta ventris.* Aquil. & Theod. *Liuros vulnerum.* Chal. *Pauores, & plaga occurrunt malo, & punctura acus in interioribus ventris eius.* Hanc translationum dissimilitudinem peperit anceps significatio aliquarum vocum Hebraicarum. Nam imprimis vox *חברות* *Chaburoth*, tum liuros, tum pauores significat. Rursus illi verbo *absterget* subest *תמיר* *Tameric*, quod absterionem, purificationem, & medicinam sonat, atque adeo id quod aiunt Septuaginta, & Chald. *occurrunt malo*, perinde est, ac si dicant succurrunt, vel medentur malo.

Ex Hebræis Abenezra putat hunc locum, cum superiori necendum esse ad hunc modum. Iuniorum gloria in fortitudine, & seniorum honor in canitie situs est, quemadmodum liur, & purulentia in vulnere est, mundities, & purgatio ipsius. Nimirum sicut vulnus emuncto, aut deterio pure coalescit, & cicatricem præduram contrahit, adeo ut nullum vulneris vestigium remaneat: ad eundem modum fieri potest, ut iuvenes, qui intemperanter prius vixerunt, post modum in virili ætate, deterio vitiiis, vitam suam, & mores ita componant, ut nullum in illis pristinae improbitatis vestigium reliquum sit. Nec non etiam eodem modo fieri potest, ut senex, qui ante ætam vitam in vitiiis exiuit, tandem aliquando deterio vitiorum purulentia, cum ad canos peruenit, resipiscat, & prioris vitæ culpas ita emundet, ut nulla pristinae intemperantiæ signa remaneant. Itaque iuxta hanc interpretationem Salomon docet quædam esse vitia adolescentiæ propria, quæ virili ætate emendat & emundat: rursus alia esse quæ virili ætate semper hæret, atque illa superueniens senectus abstergit, & emaculat, ita ut

A nulla vel leues ipsorum vora superesse videantur. Ceterum hæc interpretatio vim textui afferre videtur.

Antequam alias expositiones subscribam præmittere libet hinc pro *Liuro* esse *חברות* *Chaberah*, quæ vox saniem aliquando significat. Itaque 1. *Vulnus, & liur, & plaga tumens*: aliquando etiam obductam iam cicatricem supra vulnus nec dum sanatum Psalm. 37. *Putruerunt, & corrupta sunt cicatrices meæ.* Heb. *Chaburoth*. item accipi solet pro vibice, seu pro macula illa, quæ sanguine concreto ex percussione relinquitur, ut docent vulgo, Hebraizætes. Eas verò significationes capit etiam nomen *liur* apud Latinos, ut ex Dictionariis colligere licet. Rursus notandum est, duplici modo locum istum ab interpretibus veritari: nimirum ita ut similitudo quædam sit à plagis corporis ad mentis vulnera translata: adeo ut prius Emythium de corporis liuro, posterius verò de animi plagis accipiatur. Vel aliter, ita ut pars utraq; ad animi vulnera per metaphoram referatur, ut statim patebit. Ad rem.

D. Gregor. in locum istum semel, & iterum incidit, semel quidem lib. 23. Moral. c. 3. ubi sic scribit: *Per liuorem quippe vulneris disciplina inueniat corporea percussione: Plaga verò in secretioribus ventris, sunt interna mentis vulnera quæ per compunctionem sunt. Abstergitur igitur mala, & liur vulneris, & plaga in secretioribus ventris, quia disciplina exterior culpas diluit, & internam mentem compunctio penitentia ultione trasfigit. Sed hoc inter se utraque differunt, quod plaga exteriores dolent, lamenta compunctionis sapiunt, illa affligentes cruciant, ista reficiunt dum affligunt.* Hæc ille Gregorij expositionem sequutus videtur Chaldaus, qui sic ait, *Pauores, & plaga occurrunt malo, & punctura acus in interioribus ventris eius.* Vbi animi, vel conscientia compunctionem internam apud satis cum acicularum puncturis contulisse videtur: est autem sensus. *Pauores*, seu metus exterius incussi, & plaga etiam exterius illata. i. afflictiones, & labores, qui ab externis rebus eneniunt, & ipsiusmet conscientia assidua punctura hominem ad resipiscentiam adducere solent. Itaque tria enumerat, quæ maximam vim habent ad morum correctionem. Illa autem verba, *Occurrunt malo*, duplici sensu donari possunt. Alter est succurrunt, vel subueniunt malis, ea videlicet ad sanitatem adducendo. Alius verò, *occurrunt malo*. i. homini improbo semper hæc tria obseruantur, vel potius illum insectantur, pauores scilicet, affectiones externæ, atque intimæ conscientia punctura, seu admotus. Potest etiam alio sensu donari translatione Chaldaica, hoc modo. Magni quidem pauores, & insuper plaga multæ & non leues eueniunt homini scelerato, quas Deus immittit, ut illum ad resipiscentiam adducat, sed tamen tanta est cordis obstinatio, & durities, ut hæc omnia eum ad animum eius perueniant ab acicularum leuissimis puncturis non distideant. i. hæc omnia nihil faciunt, & obdurate animo priora scelera persequitur. Itaque Salomon iuxta hanc interpretationem cordis humani obstinationem declarat, & æternæ correptionis exiguam vim ad emendanda scelera ostendit, nisi ad sit interna gratia, sæpè enim contingit, ut vulnus magnum exterius illatum leuissimam quidem acicularum puncturam animo imprimat. Sed redeo ad Gregorium.

Hic. n. Pastoralis curæ 3. parte, admon. 13. Salomonis, sic expendit: *Admonendi, inquit, sunt agri, ut considerent quanti sit muneris molestia corporalis, quæ & admissa peccata diluit, & ea, quæ admitti poterant compescit, ut pote quæ sumpta ab exterioribus plagis concussa menti penitentia vulnera in-*

infigit, unde scriptum est, *Liur vulneris absterget mala, & plaga in secretioribus ventris. Mala enim liur vulneris absterget, quia flagellorum dolor, vel cogitatas, vel perpetratas nequitas diluit: Et plaga in interioribus ventris, quia dum exterius percussimur, ad peccatorum nostrorum memoriam taciti afflictique reuocamur, & ante oculos nostros cuncta, quae a nobis sunt male gesta reducimus, & per hoc, quod foris patiamur, magis intus, quod fecimus, dolemus.* Greg. verba perspicuam sententiam cohibent, sed tamen illius mentem tantisper vrgere volo. Plagae, inquit, externae ante actae vitae scelera in memoriam adducunt, quae cum Deus externas afflictiones saepius propter scelera immittere soleat, statim atque homo vexari foris incipit, ad scelera sua cogitanda conuertitur, & inde fit, vt plaga externa ad animum ipsum peruat, & illi penitentiae vulnus infligat: hoc sibi vult Salomon cum ait, *Et plaga in secretioribus ventris.*

123
Septuag.

Tertiam expositionem offert nobis translatio Septuaginta, quae sic habet, *Liures & contritiones, seu vulnera occurrunt, malis, plaga autem in secretiora ventris, malis, inquam. i. sceleratis hominibus, vt sit scelus, Deus quidem improbo u hominum scelera vlciscitur, atque vt eorum mores corrigat, primum liuorem incurrit, aliquem scilicet ex leuiori plaga vibicem: quod si eo ictu non recipiscit vulnus eidem infert grauius (hic enim contritio pro vulnere est) sin vero ne quidem ad meliorem frugem reuocatur, immedicabilem plagam illi infligit, quae videlicet ad interna viscera penetret. Et tanquam huic loco tres modos haud inepte accommodare licet, quibus gladius percutere solet, aut enim, liceat sic dicere, ex plano percussit, & tunc quidem liuorem imprimat; aut ex acie ferit, tunc vero vulnus infert; aut cuspidem pungit, ac demum penetrantem plagam infligit, quod vulgo dicitur solet, *Dar de llano, o dar enchillada, odar estocada.* Ad hunc modum Deus gladium irae suae contra improbos vibrat, primum quidem ex plano, deinde caesum, tandem punctum eos ferit, liuorem primum, deinde vulnus, ac demum plagam profundam, & interna viscera penetrantem infligens. Quos enim liur non coercescet vulnere petit, illis autem, quos vulnus non cohibet, gladium profundissime in viscera immergit. Itaque Salomon gradus recenset, per quos ira Dei contra sceleratos exardescit.*

124.

Præter dictas interpretationes sunt aliae, atque aliae non inelegantes, quae in Vulgatam lectionem aptius cadunt: si ergo per liuorem, sanie intelligamus, vt placet Rodolpho, & aliis, & similitudinem à corpore ad animam duci putemus, prior quidem pars corpori, posterior animae tribuenda est: sed tamen quia priora verba corpori accommodata non vnum sensum reddere possunt, & similitudo inde ad animum transfertur, non vna huius sententiae interpretatio est. Rodolphus ergo sic habet, *Liur vulneris absterget mala, in secretioribus ventris. i. Quemadmodum in corpore cum vulnus sanie collectam, & decoctam prodit, oculus tergitur, & ad cicatricem venit, sic etiam accidit in animo; nam cum is peccatorum suorum sanie in memoriam penitentie decoctam per confessionem egerit, eius utique vulnera oculus coalescunt, & sanantur.*

Potest etiam aliter similitudo efformari, ita vt hic sit locus illi figuræ, quam Hippalagen vocant, *liur vulneris absterget mala. i. vulnus liuris, quæ admodum Iacob. i. Vicissitudinis obumbratio, vicissitudo obumbrationis, & alia passim, vt sit sensus, Liur parulentus non aliter sanari potest, ni-*

A si profundè vulneretur, & collectam sanie expellat, sic etiam peccatis non aliter subueniri & mederi licet, nisi animus etiam profundo penitentiae vulnere confodatur, & collectam peccatorum purulentiam extrudat. Possimus autem hoc loco *liuris*, nomine obductam cicatricem supra vulnus, nec dum sanum accipere, vt nuper diximus, ac tunc quidem aptissime in eum quadrabit sententia Eliae in orationem primam Nazianzeni, vbi sic ait: *Verum perinde afficimur, dum eiusmodi vulnus occultamus, nec medicis detegimus, atque is qui vulnus habeat, quod extracurim quidem, veluti cicatricem duxerit, ac continuitatis integritatem acceperit, intus autem, atque in imo pectore saniosum sit, ac putredinem horrendam afferat. Vt enim illud ob exteriornam continuitatis speciem medicorum oculos fallens temporis progressu eiusmodi redditur, & vix omnino, aut etiam nullo modo curari possit, ita etiam nobis accidit, cum anime nostrae vulnera declarare & aperire nolumus.* Ergo quemadmodum is, qui plagam aliquam eiusmodi excipit, si quidem eam sanari velit, accepto denuò vulnere obductam superficiem abrumperet sinit, vt sanies inclusa foras effluat, & plaga deterfa coalescat, sic etiam qui peccatum aliquod pudore, veluti male sana quampiam cicatrice obduxit, & celauit, non prius sanitatem recuperabit, quoad obrupto pudore, & excissa dolore conscientia peccati sanies foras effluat; sic enim fiet, vt absterfa conscientia accepta olim plaga ita coalescat, vt nullum illius vestigium, aut cicatrix reliqua sit. Hæc enim est penitentiae vis. *Penitentie pharmacum* (verba sunt Chrysostomi) *maximum est vulnerum nostrorum remedium: sic animarum vulnera curans, & abolens, vt neque cicatrix, neque verruca apparitura sit, &c.*

Rursus aliter etiam similitudo ex hoc loco conformari potest, *Liur vulneris absterget mala. i. sanies ex vulnere fluens. Meri enim solet non semel vt purulentia per vulnus aliquod antiquum assidue fluens totum corpus expurget, & valetudinem illi comparet, Et plaga in secretioribus ventris. Quasi dicat. Ad eundem modum in animo accidit, saepius enim plaga aliqua interior, inueterata scilicet tentatio, tristitia, aut labor aliquis peruetus vndecumque eueniens eadem ratione sanitatem illi affert, quia nimirum quidquid sordium, aut culparum animus aliunde contrahit per illam expurgatur, atque eluitur. Quapropter eiusmodi inueteratis vulneribus mederi, & cicatricem obducere nemo prudens velit: quinimo eadem refrigerari, & instaurari sapientes optant, aliter enim animi sui valetudinem in discrimen vocari sciunt, quemadmodum etiam illius salus periclitari solet, qui per antiquum aliquod corporis vulnus obducta cicatrice occlusit.*

Denique potest etiam similitudo sic constitui. *Liur vulneris absterget mala. i. vulnus, quod liuidum, ac saniosum sit, difficile admodum sanatur, nam pro illis verbis absterget mala, in originibus est, Deterfio in malo, quod ex Hebraeis aliqui eo sensu accipiunt malo scilicet detergitur, aut emaculatur. Ita enim fere accidit, vt calente adhuc sanguine vulnera facilius coeant, vt vix aliquod cicatricis vestigium relinquunt: sin vero dilata curatione sanie traxerint, & difficilius sanantur, & turpem magis cicatricem obducunt. Eodem modo de animi vulneribus decernendum est, Et plaga in secretioribus ventris. Audi Augustinum in sermon. 88. de Tempore. *Sine ulla mora medicamentum elemosina, vel penitentia festinemus anime nostrae vulneribus prouidere, utiliter enim salagma, vel sibilula calidis adhuc vulneribus apponitur, & cito ad**


August.

sanitatem vulnus reducitur, quod putrescere longa abusione non sinitur. Et iterum setmo 102. Et quia calidis vulneribus solent medicamenta celerius subvenire, quotiescumque peccaverimus, non expectemus mortiferam securitate vulnera ipsa putrescere, ne iterum vulnera vulneribus augeamus; sed continuo ad spiritualem medicum recurrentes salutem recipere festinemus. Et ideo quomodo quando in corpore vulnus accipimus, si statim medicamenta requiramus, cito sanitatem recipere poterimus, & si moram fecerimus, necesse est ut tardius ad sanitatem plaga ipsa redeat, aut aliqua foeda cicatrix in corpore nostro remaneat: si ergo hac in corpore facimus, quanto magis eadem in anima vulneribus adhibere debemus, ubi ad imaginem, & similitudinem Dei facti sumus.

Ad extremum audiendus est Caietanus, qui locum istum sic extulit: Percussiones capitis miti-

dant malum, & vulnera cubacula ventris, qui ad hunc modum exponit, Deus optimus maximus nonnumquam mitius agit cum homine improbo, aliquando etiam seuerius eundem punit, nam percussiones capitis minora, inquit, supplicia sunt; plagae autem, seu vulnera ad interna viscera penetrantia, maiora, & grauiora. Vel aliter dici potest, capiti cognitio tribuitur, amor, & studium cordi, quapropter capitis percussio ignorantia erit, quae cognitionem laedit, cordis autem confossio, intemperans, & inordinata quaelibet affectio; atque adeo sensus erit. Tunc Deus in improbos homines seuerissime animaduertit, cum caput grauius percutit, & viscera profundè confodit, hoc est cum ignorantiam capiti immittit, & inordinatas affectiones ad cor peruadere sinit. Haec enim sunt seuerissima diuinæ indignationis supplicia, execratio in capite, & obduratio, seu obstinatio in corde.





CAPVT XXI.

SALOMONIS.

SICVT diuisiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini: quocumque voluerit, inclinabit illud. 2. Omnis via viri recta sibi videtur: appendit autem corda Dominus. 3. Tacere misericordiam & iudicium, magis placet Domino quam victima. 4. Exaltatio oculorum est dilatatio cordis: lucerna impiorum peccatum. 5. Cogitationes robusti semper in abundantia: omnis autem piger semper in egestate est. 6. Qui congregat thesauros lingua mendacii, vanus & excors est, & impingetur ad laqueos mortis. 7. Rapina impiorum detrahent eos, quia noluerunt facere iudicium. 8. Perversa via viri, aliena est: qui autem mundus est, rectum opus est. 9. Melius est sedere in angulo domatis, quam cum muliere litigiosa, & in domo communi. 10. Anima impii desiderat malum non miserebatur proximo suo. 11. Multato pestilente sapientior erit paruulus: & si secectetur sapientem, sumet scientiam. 12. Excogitat iustus de domo impij, vt detrahat impios a malo. 13. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit & non exaudietur. 14. Munus absconditum extinguit iras, & donum in sinu indignationem maximam. 15. Gaudium iusto est facere iudicium, & pavor operantibus iniquitatem. 16. Vir qui errauerit a via doctrinae, in catu gigantum commorabitur. 17. Qui diligit epulas, in egestate erit: qui amat vinum, & pinguia, non ditabitur. 18. Pro iusto datur impius: & pro rectis iniquus. 19. Melius est habitare in terra deserta, quam cum muliere rixosa & iracunda. 20. Thesaurus desiderabilis, & oleum in habitaculo iusti: & imprudens homo dissipabit illud. 21. Qui sequitur iustitiam & misericordiam, inueniet vitam, iustitiam, & gloriam. 22. Ciuitatem fortium ascendit sapiens, & destruxit robur fiducia eius. 23. Qui custodit os suum, & linguam suam, custodit ab angustiis animam suam. 24. Superbus & arrogans vocatur indoctus, qui in ira operatur superbiam. 25. Desideria occidunt pigrum: noluerunt enim quidquam manus eius operari: tota die concupiscit & desiderat: qui autem iustus est, tribuet, & non cessabit. 27. Hostia impiorum abominabiles, quia offeruntur ex scelere. 28. Testis mendax peribit: vir obediens loquetur victoriam. 29. Vir impius proccaciter obsfirmat vultum suum: qui autem rectus est corripit viam suam. 30. Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum. 31. Equus paratur ad diem belli: Dominus autem salutem tribuit.

CAPVT XXI.

SALOMONIS.

1. *Sicut diuisiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini, quocumque voluerit inclinabit illud.*



ICVT diuisiones, &c. In originibus desideratur nota comparationis, sed tamen eam appositè præmisit Vulgatus, subest autem פלגי מים Phalgemaym, פלג Pheleg, autem fluit ex verbo Phalag, quod est diuidere, ac partiti. Aliqui ergo sonum huius nominis sequuti sic convertunt. *Sicut pelagi aquarum, ita & cor Regis*, &c. Alij rursus significationem eius spectantes Vulgati lectionem amplectuntur, *sicut diuisiones aquarum*, &c. sed addunt Salomonem accipiendum esse de diuisione illa aquarum cælestium ab his, quæ sub cælo sunt, sic Lyra, Hugo, Dionys. & alij præsci. Alij præterea per *diuisiones aquarum*, diuersas pelagi regiones, & tractus accipi volunt, in quibus mare aliter, atque aliter se habet, in quibusdam enim æstu omnino caret, in alijs semel crescit, & decrescit, in alijs bis, ter quater, & sæpius intumescit, ac detumescit. Ad hæc Beda, per *diuisiones aquarum*, intelligit omnia flumina, quæ ex mari quidem fluunt, & vniuersam latè terram infundunt.

Septuaginta verò integrum locum sic restitunt, *Sicut impetus aquarum, ita cor Regis in manu Dei, quocumque voluerit innuere, illuc inclinabit illud*: & quidem Septuaginta prædictam vocem Pheleg, alibi etiam ad impetum aquarum notandum asciscunt. Psal. 45. *Fluminis impetus letificat ciuitatem Dei*. Et Psal. 1. *Erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum*. Itaque illi sacri interpretes à flumine aliquo, quod magno impetu per decliua fertur, similitudinem duci existimauerunt. Denique Chaldæus, Caietan. Pagnin. & alij passim interpretes sic legunt, *Sicut riuus aquarum, ita cor Regis in manu Domini*, per riuos autem intelligunt ductos ex magnis fluminibus alueos ad terram irrigandam, & infundendam. Ex his autem Pagninus separatos à fonte suo riuulos intelligit. Has verò tam dissimiles illius vocis acceptationes ideo præmisi, quia cum singulæ similitudinè euariet valde diuersas nobis interpretationes offerunt.

Beda igitur, Hugo, & alij in hunc locum existimant per Regem quemlibet virum pium, & sanctum intelligi qui sibi, & affectionibus suis imperat. Ego quidem non inficior verba ista per accommodationem, cuiuslibet homini iusto tradi posse,

A sed tamen iuxta litteram de Principe accipi debere non dubito. Quapropter omnes illas acceptationes à me præmissas percurrâ, & ex illis latentes interpretationes excitabo. Illi ergo, qui per has diuisiones aquarum intelligunt separationem, quam Deus in mundi conditione perfecit, aquas supernas ab inferis secludens, sic locum istum exponere possunt: *Sicut diuisiones aquarum, ita & cor Regis in manu Domini*, &c. i. sicut Deus aquas illas diremit, alias quidem sursum eleuans, alias verò deorsum premens, ita etiam cor Regis vel sursum ad magna impellit, vel deorsum ad infima deicit nutu suo. Hoc sibi vult illud, & *quocumque voluerit inclinabit illud*. Vel aliter. Quæmadmodum Deus aquas illas disclusit, & alias quidem in sublimem locum euexit, alias verò ad infima demisit, sic etiã ex hominibus Principes quidè ad regni thronum extulit, populos autem illis subiecit. Salomon ergo Principes istos non vsque adeò sublimes esse dicit, vt omnem potestatem excusserint: nam sicut aquæ illæ super cælestes ab infimis diuisæ etiam si ab omni inferiorum corporum vi liberæ sint eadem Dei manus impellit, ac mouet, ita etiam Regum voluntates, etsi per se sublimes sint, & à subditis cogi non possunt, tamen à Deo impelluntur, & reguntur. Itaque secundum hanc expositionem, per *diuisiones aquarum*, aquæ illæ supramundanæ accipiendæ nunt ab inferioribus separata, & secluse. Duæ autem sunt probabiles sententiæ de hac aquarum separatione, quam Deus in ipso mundi primordio molitus est. Altera docet aquas, quæ super cælos sunt, nubes imbriferas esse. Hæc enim super cælos, i. super æra leuata, huc illuc ventorum impulsu feruntur. Per cælos autem æream regionem accipi solitam nemo nescit. Si ergo per diuisiones aquarum, seu diuisas aquas, ita nubes accipiamus, sensus erit: *Sicut diuisiones aquarum, ita & cor Regis in manu Domini*. i. quemadmodum in Dei potestate est, nubes roriferas in sublime euectas, in hanc vel illam regionem exiguo flatu absque vlla repugnantia permouere, ita etiam sublimes, & elatas Regum voluntates, & studia afflatu suo in quamcumque libuerit partem flectere ipsi integrum est, vt his potius quàm illis gratiæ, ac beneficiorum suorum pluias impendant, aut indignationis suæ fulmina iaculentur. Vel certè verba ista ita ad Principem adaptare oportet, vt non significant, quantatione Deus illius voluntatem pro nutu regat, ac impellat, sed inuocat potius quonam modo Rex suam voluntatem, & studia diuinæ voluntati permittere debet, vt ab illa regatur, ac moueatur. Ita vt hæc verba exhortationem cohibeant, qua edocentur Principes modum, quo eorum voluntas, aliàs libera, & indocilis, Deo demitti, & voluntati eius ad nutum subdici debet. Ad id verò appositissimū est exemplum nubiū, quas flatus exiguus, in quamcumque partem incumbit, illuc mouet agitaturque,

Alia sententia docet aquas hic dici quælibet in A
 ynuerſum liquida corpora, vt à ſolidis diſtingun-
 tur, acque adeo per aquas inferiores liquida ele-
 menta ſublunaria intelligit, per aquas verò ſuper
 cæleſtes liquidum etiam, & prætenue corpus inter
 Empyreum, & alios cælos fluens, ita enim ipſa cæ-
 lorum compago poſtulare videtur. Nam cum cæ-
 lum Empyreum immotum ſemper fit non potuit
 ſanè aliis cælorum mobilibus ſphæris proximè hæ-
 rere: quia ſi ita alicui ſphære mobili adhæreſceret,
 ab ea utique raperetur. Quemadmodum ergo vt
 terra immota eſſet, & ab orbibus cæleſtibus non
 impelleretur, liquidam aëris naturam intercedere
 oportuit, in qua illorum orbium impetus eluditur,
 atque hebeſcit: ita etiam cælum Empyreum, vt B
 naturaliter immobile fit, ac mobilium ſphærarum
 viſ ad ipſum non perueniat, opus eſt vt liquidum
 aliquod corpus interueniat, in quo ſimiliter ſphæ-
 rarum mobilium impetus hebetetur. Sed de hac re
 latius diximus c. 8. verſ. 28. Ad rem: *Sicut diui-
 ſiones aquarum, ita & cor Regis in manu Domini*
 (inquit Salomon.) 1, ſicut ſolidæ cælorum ſphære
 inter corpora liquida facile rotantur, & verſantur,
 nihil eſt enim quod obſiſtat, ac motum retardet,
 vt dictum eſt: ad eundem modum abſque vlla re-
 pugnantia Deus cor Regis agit, & in omnem par-
 tem torquet: ita nimirum Regis voluntas, cui
 omnia priuatorum hominum arbitria obſiſtere non
 poſſunt, ipſa quidem Deo ſponte obſequitur, &
 illius nutui ſine reſiſtentia pareat, vel obſequi & pa-
 rere debet. Sed enim licet iuxta priorem iſtam ex-
 poſitionem, hæc & alia excogitari poſſint, tamen
 mens illi nequaquam acquieſcit.

Secundò ergo alij per diuiſiones aquarum maria
 diuerſa intelligunt. adeo vt ex his non pauci legen-
 dum putauerint; *sicut pelagi aquarum, ita & cor*
Regis, ſenſus autem ſecundum eam acceptionem
 conformari poteſt ad hunc modum. Cor utique
 Regis varium, diſſimile numquam idem, tumidum
 vadofum, vndofum atque mari pet omnia ſimile:
 ſed ſicut maris immenſæ regiones in manu Dei
 ſunt, & eas pro nutu ſuos vel ſedat, vel impellit:
 ſic etiam cor Regium Deus arbitrio ſuo temperat,
 & aliquando illi quandam malaciæ ſimilem clem-
 entiam, & lenitatem; aliquando verò quandam
 tempeſtati parem indignationem inſpirat. Hoc ſi-
 bi vult, cum ait, *quocumque voluerit inclinabit il-
 lud*, vel ad clementiam, vel ad indignationem.
 Prædicta verò maris ſimilitudine Salomon regalis
 animi elationem optimè declarat. Nam ſicut mare
 eiufmodi eſt vt Dei tantum leges reuereatur, & ab
 alio coerceri non poſſit; ita etiam animus Regis
 Dei tantummodo leges excipit, cuiusque ſoli iura
 cognofcit. Rurſus Dei ſuprema poteſtas innuitur,
 que Regis animum contumacem, & maris in mo-
 rem ſurentem nutu ſuo regit, ac temperat, & legi-
 bus ſuis adſtringit, his nimirum, quibus mare ipſum
 deuinxit; *Et legem ponebat aquis, ne tranſirent fines*
ſuos & rurſus: vſque huc venies, & hic conſringes
tumentes fluctus tuos, atque aliis ſimilibus, quæ Re-
 gibus etiam accommodatè adaptari poſſunt. Quod
 autem non pelagus, ſed, *pelagi*, dixit, de numero
 multitudinis, vel vt habet noſtra lectio, *diuiſiones*
aquarum, ſpecialeſ energiam habet. Significat
 enim Regis cor, aut animum non vnus tantum
 maris ſinum imitari, ſed omnium omnes ætus, vndas,
 & turbas in ſe exprimere, amplificaturque
 Dei poteſtas, que tot ætus, vndas, & turbas Re-
 gij cordis tam facile moderatur. Poteſt etiam aliter
 hæc maris ſimilitudo referri ad modum quo Deus
 regiam voluntatem temperat: nam mare quidem

in eo differt à fluminibus, quod ipſum quodam-
 modo totum ſtagnat, & nullam in partem ſpon-
 te ſua fluit; at flumina aliquam in partem ſemper
 decurrunt. Ait Ergo Salomon, *Sicut pelagi, vel*
diuiſiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini, hoc
 eſt in poteſtate ipſius. Nam ſicut mare ex ſe quo-
 dammodo anceps, & in nullam partem proclive,
 Deus immiſſis ventis in eam, quam vult, regionem
 impellit: ſic etiam Regis voluntatem ex ſe indiffe-
 rentem Deus afflatu ſuo ad ea conuertit, & inducit,
 quæ ipſi maximè placent. Sed licet aliquid etiam
 de hac ſecunda ſimilitudine luſerim, tamen mihi
 etiam nequaquam atridet.

Tertiò, ergo Beda per diuiſiones aquarum cun-
 cta flumina accepit, quæ ex mari erumpunt, &
 totam latè terram fluentis ſuis inundant. Subdit ve-
 rò per iſtiusmodi diuiſiones aquarum gratiarum
 quaſcumque diuiſiones notari, quas Deus arbitrio
 ſuo diſpenſat, iuxta illud, *Diuiſiones gratiarum ſunt,*
idem verò Deus. Et quidem Beda Regis nomine
 iuſtum intellexit hoc ſenſu; Quemadmodum diui-
 ſiones aquarum. i. flumina in Dei poteſtate ſunt
 vt illa arbitrio ſuo diſtribuat, ita etiam cor iuſti ho-
 minis in poteſtate ipſius eſt, vt aliquod ſuæ gratiæ
 flumen in illud deriuans, in eam, quæ ipſi liberit,
 partem fleſtat, hæc ille. Si tamen de Principe iuxta
 litteram exponamus hæc verba, præfata fluminum
 ſimilitudo aliter accommodari poteſt: *Sicut diui-
 ſiones aquarum, ita & cor Regis*, &c. i. ſicut flumi-
 na ex mari quidem Deo authore fluunt, & rurſus
 eodem quaſi libratore longiſſima telluris ſpatia
 percurrunt, abluunt, & infundunt, & tandem in
 mare relabuntur: ſic etiam Regis arbitria, imperia
 & leges iuſtæ ex diuinæ voluntatis, & imperij pe-
 lago deriuantur, & in ſubditos ceu flumina quædã
 inde tranſeunt. Adeo vt bona Principis voluntas
 quædam diuinæ voluntatis inſinuatio, & deriuatio
 dici debeat, cui contraire nefas fit. Id ſibi vult il-
 lud, *Quocumque voluerit inclinabit illud*, i. in eam
 partem voluntas eius feretur, in quã voluntas Dei
 pendet: ita vt iuſta Principis arbitria quædã diuinæ
 volutatis deriuationes, & deſlauria ſint, que vbi ma-
 gnas latè regiones abluerit, ad mare eiufdẽ volutã-
 tis diuinæ ſeſe referunt. Itaque Salomò ſecundũ hæc
 expoſitionẽ, obſequiũ, & obedientiam erga Reges
 ſuadet ſubditis, quia Deus eorum corda, & ſtudia re-
 git, ac per ipſos ſuam voluntatẽ ſubditis denunciat.
 Vel aliter ſimilitudo ſic inſtitui poteſt; Quemad-
 modum autore Deo, & libratore, flumina in has
 potiùs, quàm in illas regiones feruntur, ex quo fit,
 vt aliæ aridæ, ac ſteriles, aliæ verò affiduis irrigatio-
 nibus madefactæ vberes, & ſecundæ ſint: ita etiam
 Principum gratia, & fauor à Deo regitur, vt hos
 potiùs quàm alios inundet, feliciter, ac beet. Quod
 ſi hæc interpretatio poſterior alicui non diſpliceat,
 licebit utique per diuiſiones aquarum gratiarum
 diuiſiones, & diſtributiones capere, vt ſenſus ſit.
 Quemadmodum Deus ſuarum ipſius gratiarum, &
 auxiliorum diuiſiones in manu. i. in poteſtate ſua
 retinet, *ita etiam cor Regis in manu Domini*. i. fa-
 uor, & gratia Regis in Dei poteſtate ſita eſt, vt il-
 lam arbitrio ſuo his potiùs, quàm aliis diſpenſet.
 Quæ ſententiã manifeſtè innuit Dei gratiã illi prius
 incundam, & conciliandam, qui Principum fauo-
 rem, & gratiam promereri vult. *Et quidem*
 Quarto lxx. interpretes qui à fluminibus etiam
 ſimilitudinem hanc peti exiſtimarunt, ad impetum
 eorum retulerunt hoc modo: *Sicut imperia aqua-
 rum, ita cor Regis in manu Domini; quocumque vo-
 luerit innuere, illuc inclinabit illud*. Et quidem
 Regiæ voluntatis in aliquam partem propenſa,

vim alibi etiam cum fluminis labentis impetu con-
tulit scriptura. Ecclesiasti. c. 4. *Noli* (inquit) *resistere*
contra faciem potentis: nec coneris contra actum
fluy: ergo Salomon in hoc loco duplicem ad sen-
sum secundum eam lectionem vocari potest. Prior
est Iansenij, & aliorum ad hunc modum. Indigna-
tio Regis similis est flumini ex alluione exundan-
ti, & impetu maximo labenti: hæc autem in manu
Dei est, ut illam in eos quos voluerit effundat. Ita-
que hæc expositio significat, Deum Opt. Maxim.
Principis indignatione ad coercenda sceleratorum
crimina arbitrio suo vti, atque illam in eos, quos
punite decreuit, non secus immittere, quam flu-
uium aliquem rapidissimum, qui etiam obstinen-
tes, & repugnantes secum auferit, & fluctibus suis
inuoluit. Posterior sensus est D. August. in lib. de
gratia, & libero arbitrio c. 21. vbi sic habet, *Deus*
transfudit indignationem Regis Assueri in lenitate,
scriptum est. n. in libro Prouerborum, Sicut aqua,
sic cor Regis in manu Dei, quocumque voluerit decli-
nabit illud, &c. quasi dicat, Regis indignatio simi-
lis est flumini rapidissimo sed tamen eius impetus,
ac vis, diuinæ voluntati absque vlla resistencia ce-
dit, & ab ea se coerceri sinit Illa autem verba *quo-*
cumque voluerit declinabit illud, pulchram, quam-
dam energiam habent: est enim sensus. Regis vo-
luntatem fluminis in morem in vnâ partem impetu
maximo ruentem, etiam in aduersa Deus facile
conuertit, & torquet, ita ut simili impetu in eam
feratur: Hanc enim vim habere videtur verbum,
declinabit, quo vsus est Augustinus, quasi deorsum
inclinabit, ut procliu lapsu decurrat: quasi dicat,
Regis voluntas tanquam rapidum flumen præci-
piti lapsu fertur, atque adeo illi contraire & aduer-
sari perinde est atque contra fluminis ictum conari:
sed hæc maxima vis, quæ omnes aliorum hominū
voluntates facile post se auferit, & quæ vel ex eo
tanta rapiditate labitur, quia velut flumina colle-
ctis hinc, & inde riuulis augentur, & maiori impe-
tu fluunt: sic etiam regie voluntatis impetus om-
nibus aliorum voluntatibus in eam confluentibus
accrescit quodammodo, & violentior fertur: hæc
inquam, tanta vis à Deo in diuersum commutari
solet. Quod diuinam potentiam maximè commen-
dat: est enim res quædam per se maior ac dignior,
quam flumen rapidissimum aduerso alueo in con-
trariam partem impellere.

Quintò, Alij similitudinem ab eo ductam pu-
tant, qui riuos ex magno flumine ducit, ut per eos
aqua ad fundos irrigandos, & infundendos rega-
tur. Potest autem iuxta hanc metaphoram triplex
sensus excogitari. Primus apud interpretes vulga-
ris sic habet, *sicut, diuisiones aquarum, ita cor Regis*
in manu Domini. i. sicut ductis fossis, aut defossis
alueis, aqua ex flumine detiuatur, ipsa vero in eam
partem sponte fluit in quam ab agricola regitur: ita
etiam cor, & voluntas Regis, quæ præ cæteris libe-
ra, & sui iuris est, à Deo opt. max. temperatur, &
in hæc, vel illa opera pro libito mouetur Iansenius,
Rodolph. & alij existimant sententiam Salomonis
eò spectare, ut dicat Regis voluntatem, & studia
vel ad perniciem, vel ad commodum Reipublicæ
à Deo pro libito impelli. Ego verò sententiam la-
tius patentem in eas angustias conjiciendam mini-
mè esse puto, sed absolutè diuinæ voluntatis vim in
eo poni, quod eam non coactè, sed spontè, ac libe-
rè omnis humana voluntas sequitur: exprimitur
autem hinc Regis voluntas, quæ cum primis libera
& ingi expers est. Similitudo etiam in eo sita est,
quod sicut alueo prærupto, & effosso, aqua sponte
influxit, ita etiam humana voluntas aquæ instar li-

A quidæ vbi Deus immissa cogitatione sancta men-
tem instruxit & (liceat sic dicere) fossam aperuit,
sponte ad has, vel illas actiones fluit, Sed tamen ad-
huc nescio quis scrupulus restat: quia hic præ-
dictus modus mouendi voluntatem Regi, atque
aliis hominibus priuatis communis est, locus autem
de Rege tantum loquitur.

Quapropter existimo Salomonem de gratia hinc
& fauore Principum sermonem habere, hoc modo,
Sicut diuisiones aquarum, ita & cor Regis in manu
Domini, & quocumque voluerit inclinabit illud: &
sicut Agricola per alueos suos aquam ducit, & in
hanc vel illam partem ipsismet alueis subiectam &
substractam pro libito suo regit: ita etiam Deus
gratiam, & fauorem Principum prout placet in hos
vel illos subditos detiuat. Atque adeo quicumque
Regum gratiam promereri impensè cupit, Deum
sibi obstringere debet, atque illius gratiam prius
inire. Hanc existimo veram, & sinceram huius lo-
ci expositionem, vel dicendum omnino iuxta nota-
tionem supra traditam, verba ista exhortationem
quandam continere, qua monetur Princeps vti
suam voluntatem, & studia diuinæ voluntati subi-
ciat, ita ut non aliter eius nutum sequatur, quam
solet aquæ liquor ad Agricola fossas ducentis nu-
tum fluere.

C II. *Omnis via viri sibi recta videtur; appen-*
dit autem corda Dominus.

Omnis via viri, &c. Hebr. *Omnis via viri re-*
cta in oculis eius, ponderans autem, &c. Ca-
jetan. *Adaptans autem corda Dominus.* lxx. *Omnis*
vir iustus sibi videtur: dirigit autem corda Domi-
nus, Chal. etiam habet, *dirigit autem corda Domi-*
nus, subest autem verbum *דרכו* *Toachan,* quod signi-
ficat adaptare, ponderare, numerare, & dirigere.
Hinc etiam nata alia lectio, *Numerans autem cor-*
da, Dominus, atque, ut aliàs notauit c. 16. num. 2.
verbū illud *tachan* non solum ad pondera, & men-
suras, sed etiam ad vias refertur solet. Nam *Librare*
vias, idem est quod eas libella exæquare. Locus iste
videtur omnino similis illi, *Omnis via viri munda in*
oculis eius sed spirituum ponderator est Dominus,
supra c. 16. num. 2. atque adeo aliqua ex his quæ
ibi diximus, huc etiam transmitti possunt. Sed ta-
men aliquid dissidii inter vtrumque intercedit, ibi
enim via *דרכו* *Zach,* i. munda dicitur, hic verò est
דרכו *Iasar,* i. recta, & æqualis, & plana. Rursus in
in eo loco posterius Hemistichium habet *רוח רוח*
Ruchor, i. spiritus, in hoc verò subest *לבו* *Li-*
both, i. corda, & quidem, ni fallor, alia est Salom-
onis mens in hoc loco, quam expedire aggrediar.

Caletanus, Iansenius, & alij de huius loci verita-
te disceptant nam qui, inquiunt, dici potest omnè
viam rectam, & honestam homini videri, cum sæ-
pius homo sciens, & volens mala perpetrare, quæ
mala esse nouit occurrit Iansenius proverbiali mo-
do, id quod fere ita contingit, vniuersaliter affir-
mari. Quidam etiam affirmant hic de iusto bene o-
perante sermonem esse, ita ut illud, *omnis via,* sic
restringendum, omnis videlicet via, quæ bona est,
viro bona videtur, quasi dicat. Quisquis bene agit,
boni illius, quod agit, sibi conscius est. Caletanus
verò ad commune illud proloquium sese recipit.
Nemo ad malum respiciens operatur, quisquis enim
mali aliquid perficit, falsa quadam existimatione bo-
ni inducitur: Dicit etiam potest tunc cum Salomon
ait, *Omnis via viri recta sibi videtur,* non de omni

viro collectiue, sed distributiue locutum fuisse, id est, nulla est via, quam aliquis hominum non probauerit, ac rectam duxerit, nam furta & homicidia à quibusdam honesta sunt existimata: & vel ipsa idolatria aliquibus probata est, & idem iudicium est de alijs. Hæc igitur responsa, quibus interpretes occurrunt præmissæ quæstioni, diuersas huius loci pariunt interpretationes.

Si cum his sentiamus qui commune illud proloquium obiiciunt, *Nemo ad malum respiciens operatur*, sensus sic instituendus est, *Omnis via viri recta sibi videtur*. i. quicumque mali aliquid admittunt, falsa quadam boni opinione inducti faciunt. *Appendit autem corda Deus*, hoc est Deus conscientiam penitus inspicit, & examinat: hanc enim semper malitiæ notitia imbuit, vel potius mordet. Itaque Salomon docet boni speciem, qua homines inducti delicta admittant, non excludere eorum delictorum malam conscientiam, quam Deus examinis sui libra trutinat. Ad hanc verò interpretationem non ineptè accommodari potest metaphora hic delitescens: *Omnis via viri recta sibi videtur* i. plana & æquabilis (hanc enim significationem subesse voci primitiue nuper dixi) *appendit autem seu librat corda Deus*: nimirum libella explorat, & examinat. Cogita ergo operi malo quandam viam quasi sterni ad extra, per quam quodammodo incedit, & ad executionem peruenit: hæc autem via sæpius plana imo etiam procliuis & facilis est: ac rursus cogita animi propositum, quo quis malum committere apud se decernit, aliam etiam ad intra viam habere per quam ad consensum tendit; hæc verò nunquam plana, & æquabilis est, semper enim conscientia malæ impedimenta, & salebras experitur. Ergo ait Salomon, homini quidem plana & procliuis videtur via, quæ ad executionem mali tendit, quia videlicet delectabilis est, sæpius etiã expedita, & nullis impedimentis difficilis. De us autem non hanc externam viam, sed internam illam qua itur ad consensum, libella sua examinat, atque in illa insuperabiles malæ conscientia cliuos inuenit.

Secundò locus iste aliter exponitur iuxta secundam præmissi dubij solutionem: nam *librare vias* non solum est illas perpendiculo examinare, sed etiam delectis cliuis exæquare & complanare (vt aliàs obseruauimus:) cogita ergo non duas, sed vnam, & eandem viam, ab animi proposito ad consensum, & à consensu ad operis executionem. Ait ergo Salomon, *Omnis via viri recta sibi videtur*, *Omnis scilicet via*. i. actio bona, & honesta, operanti honesta videtur: nemo. n. agere potest, nisi eius boni, quod agit, sibi conscius sit. Metaphora autem illa à liberatoribus viarum petita, huic sententia sic aptanda est. Bene agere planum, ac procliue est, nam bona omnis actio, quæ veluti via quædam ex animi proposito per consensum ad operis executionem pergit, ab initio vsque ad finem plana, & æquabilis est. *Appendit autem seu librat corda Deus*: conscientia nimirum, quæ in omni malo opere veluti cliuus insuperabilis sese obicit, adeo (liceat sic dicere) complanatur, & ad admirabilem æqualitatem adducitur, per claram & manifestam boni gerendi cognitionem: hæc enim omnes conscientia cliuos sternit, & in viam facilem ad bona opera expedit, quemadmodum mali cognitio insuperabiles motes obicit, & difficilem ad delicta viam reddit.

Tertia interpretatio ex alia illius quæstionculæ solutione pendet, *Omnis via viri recta in oculis eorum*. Nullum scilicet tam indecorum & turpe vi-

atium est, quod alicui saltem homini bonum; & rectum non appareat. Ratio autem est, quia inordinata affectiones rationem, iudiciumque detorquent, vt de rebus recte sentire ac discernere non possit, *sed appendit* (inquit, Salomon) *corda Deus*: quod non intelligo, quasi corda trutina sui iudicii examinet: sed quod ipsamet rationem velut stateram quandam, vitiorum pondere à rectitudine sua deflexam ad æquilibrium, & amissam reuocet vt de bonis ac malis, de virtute ac vitio iudicare, ac recte definire possit. Itaque illud *appendit*, non ad ponderum æqualitatem, sed ad ipsius trutinæ æquipondium referri debet. i. stateræ in modum iustæ rationem iudiciumque conformat, ad bona malaque examinanda, & ponderanda. Et quidem rationem aptè admodum cum statera componi non semel aliàs diximus; sed succedant memoriæ verba Basilij ad illum locum Psalm. 67. *Mendaces filij hominum in stateris. Cuilibet nostrum*, inquit, *statera à conditore omnium apparatus, per quam rerum naturam possit probe discernere, Posui* (inquit) *ante faciem tuam vitam, & mortem, & bonum, & malum, duas inter se contrarias naturas, hastu examina, & diligenter expende quid vtilius sit: & infra sic habet, Tibi namque propria datur libra, qua sufficiens discrimen boni, & mali demonstrat; corporea namque pondera in libra lancibus probamus, qua vero ad instituendam vitam eligenda veniunt per liberum arbitrium decernimus, quod momentum aequale ad vtrumlibet possis capere. Hæc ille. Adde etiam verbum Hebr. ex germana sua vi illâ significationem recipere posse, *appendit*. i. veluti lances ad æquilibrium redigit.*

Cætèrum subijciam quartam expositionem quæ ex alia illius dubij solutione dependet. *Omnis via viri recta sibi videtur*, id est, omnes ferè homines per vitium philautia sibi ipsis placent, & suam viuendi rationem probant. *Appendit autem corda Deus*, i. Cùm homines sui cordis motus haud satis perspectos habeant, & Deus tantummodo corda penitus calleat, homines de seipsis nihil certi constituere possunt: solius. n. Dei est corda hominum lance suæ existimationis explorare. Potest etiam secundum hanc expositionem similitudo peti ab his, qui aurum, vel argentum igne, ac libra probat, atque adeò sermo erit de tribulationibus, quibus Deus probitatem examinat, ita vt sensus sit. *Omnis homo videtur sibi iustus, sic habent lxx. Sed tamen Deus hanc hominis iustitiam appendit*, hoc est, tanquam aurum tribulationum igne excoquit, & statera iudicij sui examinat. Ad hunc modum se probatum, & appensum affirmat David in Psalm. 16. *Probasti cor meum, & visitasti nocte; igne me examinasti, igne verò examinatum ad libram iterum vocasti, & non est inuenta in me iniquitas*. i. inæqualitas nulla in me deprehendi potuit; nam antè, & post tribulationem idem omnino persisti. Vel si in stateræ similitudine persistamus aliter dici potest, *Appendit autem corda Deus*, verbum illud, *thacha*, vt alibi diximus, non solum significat librare, nimirum pondus cum pondere in statera componere, sed etiam simpliciter, pondus imponere, vel aliquid iniecto pondere degrauare, atque adeò sensus sic conformari potest. Homo quidam sibi placens in suæ æstimationis statera vanæ elationis leuitate efferri solet: immisso pondere degrauare, & (liceat sic dicere) sublimem lancem, quam sui existimatio extulit, ad terram deponere. Quod duplici modo præstare potest, humiliatis videlicet, aut etiam humiliationis onere imposito, vtrumque enim animi elationem deprimat, & fastum dejicit.

Quod si locus sit illi metaphore, quam initio premissimus, desumptæ ab his, qui viam libella examinant, exæquant, & complanant, sesus erit. Omnis via vici recta sibi videtur, i. plana, & æquabilis viuendi ratio (hæc enim est vis vocis originalis) sed tamen Deus corda appendit; i. suæ cogitationis perpendiculo examinat, atque tumoris cliuos deijcit, & corda per humilitatem, aut humiliationem complanat modo dicto.

Postquam etiam ad hunc sensum vocari reliquæ translationes, nimirum illa: *Deus autem corda dirigit*, quam secuti sunt Ixx. & Chald. & illa, *Deus corda aprat*, quæ Caietano, & aliis per placet, nec non etiam illa, *numerat autem corda Deus*, quam Pagninus refert ad cogitationes, quasi dicat. Deus non opera tantum externa adspicit, sed etiam cogitationes cordis singulas subducit, atque adeo sapius opera, quæ exterius honesta videntur, propter mentis elationem repudiat. Aliter etiam dici potest, *numerat autem corda Deus*, placet utique Deo cor rectum, & simplex: duplex autem cor illi magno opere displicet. Eccl. 2. *Va duplici corde*, & *labiis sceleratis*, Jacob. 10. *Vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis*. &c. 4. *Purificate corda, duplices animo*. Est autem duplicis animi vitæ, teste D. Tho. ille, qui alium quidem animum opere ipso exterius prodit, alium verò deintus condit. Ergo ait Salomon, Deus equidem corda enumerat, an scilicet unum tantum cor homini adsit an duplex attentè explorat id enim ipsi inuisum, illud verò gratissimum accidit.

III. Facere misericordiam; & iudicium, magis placet Domino quam victima.

Facere misericordiam, &c. Heb. *Facere iustitiam, & iudicium electum Domino pro sacrificio*. Ex vulgatis etiam codicibus non pauci ante correctionem Clementis habebant, *iustitiam pro misericordia*. Chald. *qui facit iustitiam, & iudicium, complacet sibi in eo Deus, magis quam in sacrificio*. Ixx. verò sic extulerunt. *Facere iusta, & vera esse, placent apud Deum magis quam hostiarum sanguis*. Cæterum, ut aliàs non semel monui, misericordia, & eleemosyna in scriptura passim iustitiæ nomine donantur.

Osea. 6. Math. 9. Hanc sententiam usurpauit etiam Oseas 6. *Misericordiam, ait, volui, & non sacrificium, & scientiam Dei, plusquam holocausta*. Atque eius etiam meminit Christus Dominus apud Matth. c. 9. *Misericordiam volo, & non sacrificium*. Præferuntur ergo misericordia & iudicium, seu veritas, sacrificio, de singulis aliquid dicam. Præstat victimis misericordia, quia victimas Deo mactamus, inquit D. Thom. ut ipsum viuere & totius vitæ fontem identidem existere profiteamur: nam perempto ad ipsius cultum animali, vita illi consecratur; vel potius quodammodo restituitur, & accepta refertur. Ex hoc ergo sacrificij obsequio colligere mihi videor misericordiam illi omnino præferendam esse: si. n. is, qui propter Deum, & ipsius gratia animanti, cuiuspiam rationis experti vitam adimit Deum vitæ fontem, & autorem esse profiteatur, longè utique melius id testatur, qui pauperis vitam suis fortunis non aufert, sed alit, & tuetur: nam Dei ius, & potestas in vitam magis proditur, quando illam per misericordes homines conseruat; quam tunc cum eandem per sacrificulos tollit. Rursus si ex eo sacrificij obsequium Deo pergratum est, quia signifi-

Acat Deum ipsum viuere, longè gratior illi misericordia esse debet, quæ non tantum ipsum viuere ad significat, sed vitam etiam illi quodammodo tribuit: non equidem quatenus in paupere esse, viuere, atque adeo pasci, & nutrirî se fatetur; cum ait, *Esurini. n. & dedistis mihi manducare; sitiui, & dedistis mihi bibere, &c.* ac demum, *Quod uni ex minimis meis fecistis mihi facistis*. Ad hæc misericordia cū sacrificio cõfertur, quia misericordia etiã hostia quædam est, ac sacrificium Deo iucundum, Paul. ad Heb. 13. *Beneficentia (inquit) ac gratia nolite obliuisci, talibus. n. hostiis promeretur Deus*. At quomodo inquit, hostiæ nomen in misericordiam cadit? subijcio, Imprimis Apostoli suatum constitutionum lib. 3. c. 14. pauperem cum altari contulerunt. *Vidua, inquit, pauper precetur pro eo, quicumque illi dedit, cum sit ipsa sanctum quoddam altare Dei*. In hoc ergo altari vel ara pauperis, non belluarum rationis expertum, sed suum ipsius sanguinem fundit vir misericors; nam (ut aliàs diximus ex Chrysof. & Iulio) diuites pecunias suas sanguinis loco ducunt, atque adeo cū illas in pauperem profundunt, sanguinem quodammodo suum in pauperis ara reddunt. Audi de hoc sacrificio elegantè Chrysof. orationem in Epist. ad Hebr. Homil. 13. vbi misericordiam cum martyrio venustè componit, *Sunt (inquit) alia quoque hostia verè holocausta, nempe martyrum corpora, illic enim, & anima, & corpus magnum habent odorem suauolentia: potes tamen tu quoque, si velis, tale offerre sacrificium. Quod enim? si igne corpus non combusseris, sed potes alio igne ut pote igne paupertatis voluntarie, igne etiam afflictionis. Licere enim delicate laetique, & splendide vitam agere, & tamen laboriosum, & acerbam vitam eligere, & corpus morte afficere, an non est oblatio holocausti? corpus tuum morte affice, & crucifige, & ipse etiam percipies coronam huius martyrii. Nam quod illic operatur ensis, hoc hic faciat prompta animi alacritas ad dandum: non vratur, neque detineat amor pecunie; sed vratur, & trucidetur, nefaria cupiditas, concidatur gladio spiritus. Hoc est pulchrum sacrificium, quod inferne quidem peragitur, superne autem confestim ascendit. Hæc ille. Si ergo eleemosyna sacrificium est, & martyrii præstantissimam hostiam quodammodo in se exprimit, haud mirandum si antiquis victimis antepo-*

Enatur à Salomone, Sed illud etiam addere libet, in paupere nescio quid sacrificij omnium præstantissimi, ac clarissimi, videlicet Eucharistiæ, ad simile repetiri; sicut. n. in Eucharistia sub specie panis Christus est, excipitur, atque adoratur, sic etiam in paupere idem Christus in specie pannosi, & vilis hominis latere atque excipi à nobis dicitur. In Synaxi facta adumbratur, ac recolitur Christi passio, in paupere etiam Christus patiens, siti videlicet enectus, famelicus nudus exhibetur. Quapropter ille, qui pauperem benignè excepit, & illi ex animo succurrit, huc misericordiz viscera aperiens, nescio quid agit illi ad simile, qui Eucharistiam colit, ac dignè recipit. Atque adeo misericordia non in merito apud Paulum loco citato communibus cū Eucharistia gaudeat nominibus, ut pote quæ, *communio*, atque *hostia* ab ipso appellatur; *Beneficentia (inquit) ac communionis nolite obliuisci talibus enim hostiis promeretur Deus*. Cæterum si quæras rationem propter quam misericordia sacrificio præfertur, cum sacrificium Deum respiciat, misericordia verò ad pauperem spectet: Respondeo sacrificium per se ad nobiliorem virtutis speciem præferri: misericordia. n. cedit religioni: tamen, quia ex sacri-

Chrysof.

ficio nihil utilitatis ad Deum peruenit, ex eodem sublato nihil detrimenti capit: per misericordiam verò, pauperis necessitas subleuatur, qui alioqui ex inopia periret, propterea hæc arctius obstringit homines, quam illud adeo vt nonnunquã liceat vasa sacra absque iniuria religionis effringere, & conficere, vt pauperum angustis subueniatur.

Misericordiam addit Salomon *iudicium*, quod nomen, vt aliàs non semel obseruauit, misericordiam cancellos assignat, vt scilicet ex propriis ac iuste partibus elemolina impendatur. In Hebræo textu est *facere misericordiam, & veritatem*. Si verò per veritatem id accipias, quod sonat, dicemus quidem hanc etiam à Salomone victimis præferri, quia per victimas animalia rationis expertia mactantur, per veritatem autem seu veracitatem, seipsum homo victimandum quotidie exponit. Quicumque enim veritatem passim, & audacter dicere, & profiteri apud se statuit, sese proculdubio passim quoque neci deuouit, & vitam suam in discrimen adducit: veritas. n. multos sui ocores habet. Annon Ioannes, imò potius vniuersa martyrum cohors, atque martyrum caput Christus Dominus, veritatis victimæ fuerunt? Ita. n. appellare licet omnes illos quotquot pro tuenda veritate vitam profuderunt.

IV. Exaltatio oculorum est dilatatio cordis: lucerna impiorum peccatum.

Exaltatio oculorum, &c. Hebr. *Exaltatio oculorum, & latitudo cordis*. Sed aptè noster interpret verbum substantiuum inseruit, & nouale impiorum peccatum: nam pro lucerna subest נר Nir, quæ vox vtrumque sonat, lucernam, nouale, orationem, sulcum, & aluenum, per quem flumen labitur. Aliqui etiam candelabrum vertunt, sed tamen hoc non est נר Nir, sed מנורה Menorah, hinc nata ditumiles valde translationes. Rabi David conuertit, *Aratio impiorum peccatum*, Caiet. *Sulcus impiorum*. Ex recentioribus Heb. aliqui, *aluens impiorum peccatum*. Alii rursum *candelabrum impiorum*. lxx. integram sententiam sic restituunt. *Magna sapiens in consumelia audax corde: fax autem impiorum peccatum*, sic habet textus Vaticanus: Complutensis verò, & Regius tantisper dissidet, *Magnanimus in iniuria audax, fax autem impiorum, &c.*

Exaltatio oculorum est dilatatio cordis. Ex interpretibus nonnulli suadent abiiciendum esse verbum substantiuum, est, & coniunctionem, & supponendam: atque adeo verba sic nectunt. *Exaltatio oculorum, & dilatatio cordis, lucerna impiorum peccatum*, duo nimirum vitia, superbia, & auaritia, quæ appositivè lucerna sunt impiorum, per quæ videlicet splendent, ac micant improbi apud homines, hæc, inquam, duo vitia, peccatum. j. peccata sunt, ac peccandi magnam licentiam offerunt. Sic Iansenius, & alij recentiores: sed tamen cum Correctior textus Clementis verbum substantiuum nequaquam expunxerit, sententia aliter conformanda est.

Ex antiquis Hugo, Diony. & alij priorem huius loci partem bonum ad sensum alluci posse existimant, hoc modo, *Exaltatio oculorum est dilatatio cordis*, id est, charitas, quæ per animi, & cordis dilatationem significari consuevit. *Os nostrum* (inquit Paulus) *patet ad vos, o Corinthy, & cor nostrum dilatatum est*. & Psalm. 118. *Viam mandatorum tuorum seruati, omni dilatasti cor meum*: aut etiam spes

A futura felicitatis, quæ similem admodum animam dilatat, & explicat: hæc inquam, oculos ad superiora atollunt, & terrenis despectis, ad cælestia erigunt: sicut ex aduerso mens, culparum rea, & desperans, oculos deprimit, iuxta illud, *Oculos suos statuerunt declinare in terram*.

Cæterum reliqua interpretum turba vtramque clausulam malam in partem rapit: de sensu tamen non liquet. Plures enim per exaltationem oculorum superbiam, & factum intelligunt. Eccles. 27. *Extollentiam oculorum ne dederis mihi, & supra c. 6. Oculos sublimes, linguam mendacem, &c.* & infra. Eccles. 27. *c. 30. Generatio cuius excelsi sunt oculi, & palpebra eius in alta surrecta, & sæpe alibi. Potest etiam oculorum exaltatio aut eleuatio ad auaritiam referri infra c. 23. Ne erigas oculos tuos ad opes, quas habere non potes, &c.* Nescio an alibi: Tota dubitatio in eo posita est, quid sibi velit dilatatio cordis, Plures ad insatiabilem auaritiam cupiditatem reuocant, suadetque hoc locus Psalm. 100. nam vbi LXX. habent, *Superbo oculo, & insatiabili corde*, in primitiuis est ad verbum. *Excelsus oculis, & latus corde*. Psal. 100.

B Rabi autem Abraham sic scribit, *Latus corde est, qui dilatat, cor suum ad ferendum aduersa, & ne ab ipso quidem Deo timet*. Potest etiam latitudo cordis de quaquam transgrediendi temeraria confidentia, sine perturbatione conscientie accipi, vulgò dicitur, *Anchura de conscientia*. Denique Rabbi Leui dilatationem cordis ad intellectum refert,

C ita vt significet rerum omnium ac scientiarum vniuersalem quandam, amplamque nouitiam. Mitto interpretationem lxx. de qua postea plura dicam.

Ex his ergo dissimiles valde huius loci interpretationes conformari possunt iuxta dissimiles vtriusque clausulæ acceptiones. Si enim per exaltationem oculorum opum cupiditatem accipiamus, sensus sic institui potest. *Exaltatio oculorum est latitudo cordis*. i. appetitio diuitiarum est cordis quædam extensio, seu expansio: nam quo quis plura obtinuit, eò plura veluti dilatatio, & expanso animo appetere incipit. Sane cum quis nihil possidet, vix pauca desiderat corde veluti in angustias coacto: at postquam habere incipit, quò plura in dies obtinet, eò plura dilatato corde exoptat. Quapropter fortunarum cupiditas haud ineptè dilatatio cordis appellatur. Quod quidem ita intelligo, vt suadeat Salomon, nequis ad opes appetendas oculos suos erigat; nam cupiditas, vbi animum obtinuit, contineri non potest, sed in dies dilatat, extenditque cor ad plura expetenda.

D Potest etiam hæc cordis latitudo ad conscientiam referri iuxta hanc expositionem ad hunc modum. Cupiditas diuitiarum inordinata conscientiam dilatat, vt per fas, vel nefas, eas auarus vndecunque sibi acquirat. Et quidem appositè ad hæc subnectitur, *lucerna impiorum peccatum*: hæc nimirum habendi illecebra, & cupiditas facem præfert ad innumera peccata, nam qui volunt diuites esse, *incidunt quidem in tentationem, & in laqueum diaboli, & in desideria multa, &c.* Vel aliter *lucerna impiorum peccatum*. j. peccatum eorum lucerna est, ita vt lucerna locum habeat prædicari, quasi dicat. Peccata eorum, qui ex illa insaturabili appetentia opes, & fortunas dilatato corde contra fas conquirunt, veluti lucerna conspicua, & omnibus manifesta sunt; nam illorum iniustitiam, & fraudes vulgus prædicat. Aliqui etiam ex Hebræis adnotant per vocem illam נר Ner, aut Nir, quæ hic subest, ex germana significatione eas lampades seu faces notari, quæ in defunctorum funebus, & in feriis præferri solebant. Itaque sensus sic institui potest,

E Exaltatio oculorum est dilatatio cordis, lucerna impiorum peccatum. i. peccatum eorum lucerna est, ita vt lucerna locum habeat prædicari, quasi dicat. Peccata eorum, qui ex illa insaturabili appetentia opes, & fortunas dilatato corde contra fas conquirunt, veluti lucerna conspicua, & omnibus manifesta sunt; nam illorum iniustitiam, & fraudes vulgus prædicat. Aliqui etiam ex Hebræis adnotant per vocem illam נר Ner, aut Nir, quæ hic subest, ex germana significatione eas lampades seu faces notari, quæ in defunctorum funebus, & in feriis præferri solebant. Itaque sensus sic institui potest,

E Exaltatio oculorum est dilatatio cordis, lucerna impiorum peccatum. i. peccatum eorum lucerna est, ita vt lucerna locum habeat prædicari, quasi dicat. Peccata eorum, qui ex illa insaturabili appetentia opes, & fortunas dilatato corde contra fas conquirunt, veluti lucerna conspicua, & omnibus manifesta sunt; nam illorum iniustitiam, & fraudes vulgus prædicat. Aliqui etiam ex Hebræis adnotant per vocem illam נר Ner, aut Nir, quæ hic subest, ex germana significatione eas lampades seu faces notari, quæ in defunctorum funebus, & in feriis præferri solebant. Itaque sensus sic institui potest,

peccata impiorum lucerna, quia videlicet furta, & usurpationes rei alienæ, quæ ex illa copiarum infatigabili cupiditate aggrediuntur, avari ante obitum suum minime expiabunt: quinimo hæc illos, veluti lampades, ac faces ad sepulchra vsque comitantur. Potest etiam huic interpretationi aptari illa transitio, *Aratio*, vel *nonale impiorum peccatum*. Hic scilicet inordinatus fortunatum appetitus, earum comparandarum diligentiam, & curam acuit, atque tantus quæstui labor impenditur, ut labor iste ab aratorum labore non dissideat; sed tamen hæc tam laboriosa impiorum hominum aratio, proventuum loco, peccata innumera progerminat, quibus passim se obstringunt avari. Vel aliter, ipsa diuitiarum inordinata appetentia peccatum quoddam est non ali ad simile: nam sicut nonalia messum feræ: ei sima esse solent: ita etiam illud cupiditatis inordinatæ peccatum aliarum culparum copiosissimam messem profert: ita enim infra habes ca. 2. ver. 8. *Qui seminat iniquitatem metis mala*. vide ibi plura, &c.

Secunda interpretatio sic cōcinnari potest. *Exaltatio oculorum est dilatatio cordis* (per oculorum exaltationem superbiam intelligo, ut sit sensus) Superbia, & fastus, quædam est cordis dilatatio, & distensio ideo enim superbi, & arrogantes tumidi appellantur, velut ex tumore distenti: & apud nostrates, cum aliquis de se superbe concepit, vulgo dicitur, *quo se ensancha* & quidem aptè ad hæc subicitur, *et lucerna impiorum peccatum*, lucerna etiam huius prædicati vim habet. i. peccatum eorum est lucerna, vel quia ex eo quidem peccant, quod splendescere, & præluere reliquis ex fastu volunt: vel quia dum sese per superbiam extollunt, & eminere reliquis cupiunt, eorum peccata lucernæ ad instar promittunt, omnibus scilicet conspicua, & aperta sunt. Ita enim ferè accidit, ut vulgus superbiorum culpas magis obseruet, quam aliorum.

Quocirca verbum substantiuum est non identitatem significet, sed quandam vitiorum communionem, & societatem; interpretatio euadet in hunc modum, *Exaltatio oculorum est dilatatio cordis*. Superbia scilicet pessimam illam animi latitudinem inducit, quæ iuxta Rabbi Abraham timorem Dei excludit, & iuxta alios timoratum conscientiam. Nam timor Dei, & pauca conscientia (licet sic dicere) cor nostrum in angustias cogunt, his autem sublatis animus ad quodlibet audendum dilatatur. Et quidem superbiam timorem Dei à se longè remouere ex eo euincitur, quia nihil magis superbiam deponit, quam timor, teste Apostolo, *Noli altum sapere, sed time*. Rursus superbia conscientia libertatem gignere ex coliquet, quia, sublato timore, nihil est quod conscientiam coercere, & coartare possit. Deinde quia superbiam ex natura sua omnes culpas leues reddit, culpa non grauitate ex nostra utilitate metiri solemus, nam quod vilior, & demissior putatur persona offendens, eo grauior censetur offensa: ergo cum vit superbus sublimè se, atque magnum æstimet, nullum à se graue delictum admitti posse vane præsumit. Hinc fit ut superbia conscientia angustias excludat, & eius angores nunquã ferè experiatur. Subdit ergo Salomon appositè ad dicta, *Lucerna impiorum peccatum*, (per impios intelligit superbos) quasi dicat; tantum abest, ut superbi peccata sua agnoscat, & doleat, ut ipsa potius ostentare, ac venditare soleat, & veluti lucernam conspicuam & claram in omnium oculis portent. Potest etiam huic sententia aptari expositio supra adscripta de facibus, & lampadibus quæ defunctis olim præferri solebant. Rursus

etiam licet eidem accommodare lectionem illam, quam vulgus Hebraicum sequitur, & *aratio nonale*, aut, *fulcus impiorum peccatum*. Nam Hebraei per arationem cogitationem metaphoricè notari autumant, mens enim (inquunt) cum rem aliquam attentius meditatatur, illam quodammodo cogitationis suæ acumine sulcat, & profcindit. Quapropter Pagninus locum istum sic extulit, *Cogitatio impiorum peccatum*, Est autem verissimum, nam cogitatio superbiorum, quasi plurimum fumunt, & alios præ se despiciunt, omnium peccatorum colophon existit. Atque de hæc superba cogitatione intelligendus est Vates cum ait, *Decidant a cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle illos*, &c. Non solum autem eiusmodi cogitatio peccatum est per se grauisimum, sed omnes etiam hominis superbi actiones vitiat: nam illa inanis sui existimatio in causa est, ut quidquid boni iagat, aut sibi ipsi arroget, aut vanæ gloriæ captandæ gratia exequatur: hæc autem animi intentiones omnia opera corrumpunt. Atque ob eam causam eiusmodi cogitatio non inepè *aratio* dicitur, aut *nonale*, quia innumerabiles culpas germinat. Malim tamen prædicati loco *arationem* accipi, ut supra de lucerna decem, ut sit sensus, *aratio peccatum*. i. peccatum superbiorum aratio quædam est, aut *nonale*: tum quia labore multo tubigitur, (est enim arationis ingens labor) tum etiam quia velut si in terram subactam, & molitam deciderint, ex vno multa delicta pullulant.

4. Etiam aliter locus iste exponi potest secundum transitionem lxx. ad quam nostram etiam lectionem benignè allicere integrum est. In Græcis autem originibus sic habes, *μεγαλόθυμος ὁ ὑπερήφανος*; cogita ergo vtramque dictionem, *μεγαλόθυμος*, & *υπερήφανος*, anticipitem esse, aliquando enim bonam in partem, aliquando in malam rapiuntur, nam *μεγαλόθυμος*, magnanimum significat, & ad magna natum: aliquando etiam superbū & per elationem animi magna meditantem. Item *υπερήφανος*, audacem corde significat, quod aliquando virtuti inferuit, & in perferendis malis fortem sonat; aliquando etiam vitiiis adscribitur, & petulantem, seu procacem ad significat. Hinc natum dissidium, nam Complutensis, & Regius codex hæc verba ad virtutem referunt hoc modo, *Magnanimus in iniuria audax*. i. vir magnanimitate præditus fortis est in perferendis contumeliis. Et quidem ad eum sensum vocari etiam possunt vulgata verba, *Exaltatio oculorum est dilatatio cordis*; Nam per *dilatationem cordis*, longanimitatem accipere licet; *exaltatio autem oculorum*, ad animi magnitudinem referri potest, quæ nimirum ad sublimia semper adspirat, & velut ex alto, atque edito loco perturbationes despicit; ut sit sensus: vir magnanimus, aut *μεγαλόθυμος*. i. magna, & sublimia sapiens (hæc enim est vis huius nominis) iniuriis, ac contumeliis non premitur, sed has corde latissimè patente contemnit. Ita enim natura comparatum est, ut omnes dimensiones in hominis probi animo, licet sic dicere, iustæ, ac secundum artem sint: ars enim ita postulat, ut in colūna, verbi gratia, aut alio quolibet corpore affabè elaborato, latitudinis mensura cum altitudine congruat, ita ut quod altior, eo etiam latior sit. Ita etiam de animo decernendum est: nam quo animus per mentem altius assurgit per cogitationem supernarum rerum, eo magis idem prorensia voluntate late patet, tolerantia, & perpeffione laborum, ita ut sublimitas mentis semper in latitudinem voluntatis redundet. Hæc autem latitudo tanta est, ut non modo ad tolerandas iniu-

rias patientiā, sed etiam ad eandem inuensas audaciam, & alacritatem suppeditet. Hoc sibi vult nomen illud quo vsi sunt lxx. *ἄτακτος* dicitur i. audax vel alacris corde ad aggrediendum. Huic verò interpretationi non facile subseruit posterius Hemystichium, *Lucerna impiorum peccatum*. Nisi dicamus per lucernam oculos intelligi, in Evangelio enim sic habes, *Lucerna corporis tui est oculus tuus*. Matth. 6. & Latini etiam oculos *lumina* appellant; itaque sensus erit, Impiorum oculi semper demissi, & defecti ad peccatum intuentes, atque adeo cum nihil sublime sapiant, cor utique arctissime contractum, & angustum habent. Vel aliter, *Lucerna impiorum peccatum*; quæ verba opponi possunt audaciæ illi, quam magnanimitas cordis inspirat, ut sic sensus. Impij semper peccata sua tanquam lucernam aliquam ob oculos habent: hæc autem animum valde coarctant, & urgent, vel potius eos pusillanimes reddunt. Satis compertum est accipitres, & alias feroces aves, lucerna ob oculos posita animositatem amittere, & audaciam deponere. Ergo quod in hisce volucribus feris lucerna obiecta oculis, id profus in sceleratis hominibus præstant peccata memoriæ obseruata. Cæterum correctior textus Sixti verba illa incipit ad vitium reuocans, sic exulit, *Magna sapiens in contumelia audax corde*. i. superbus (hic enim magna, & sublimia sapere, & meditari aptè dicitur) superbus inquam ad iaciendas contumelias audax, imo temerarius, ac procax est. Superbia enim, & fastus ad contumelias, & probra semper prompta sunt. D. Greg. in Moralibus aliàs à me citatus. *Superborum*, inquit, *mens semper est ad irrogandas contumelias valida, ad perferendas infirma*. Addit autem

Gregor.

Salomon, *Lucerna impiorum peccatum*, hoc est, ijdemmet superbi peccata, & delicta sua venditant, & ostentant: quali dicat; Sic fert superborum ingenium, ut aliorum delicta contumelias, & probris acerbis insectentur, sua verò peccata celebrent, & ostentent; adeò ut tenebras suas lucem splendidissimi nã appellare non vereantur, & quidem ad hunc sensum. Vulgati etiam verba allicere integrum est.

Denique si quis per *dilatationem cordis* amplam illam rerum omnium noticiam significari velit, quã Rabi Leui ad hæc verba commentus est, non inepta emerget sententia, si tamen, *exaltatio oculorum* prælicati locum habeat, hoc modo, *Exaltatio oculorum est dilatatio cordis*. i. rerum multarum amplior, latiorque noticia est oculorum exaltatio. i. superbiam, & fastum gignit: nam *scientia inflat*, teste Apostolo, & fastus plerumque inest doctis, *Lucerna impiorum peccatum*. In originibus peccati loco subjicitur *חטאת* *Chatach*. i. error, deviatio, ex radice *חטא* *Chata*, quæ significat propriè deuiare vel aberrare à via, ut sic sensus. *Superborum scientia, & doctrina quibus præluere aliis sibi videntur, merus error est: ita enim experientia compertum est, superbiam omnes errores, atque hereses genuisse, illam enim omnium hæresium matrè Augustinus appellauit. Ideo enim ait, Superbi magistri erroris existunt, quia veritatis discipuli esse nolunt.* Perigo ad alia.

X. Cogitationes robusti semper in abundantia: omnis autem piger semper in egestate erit.

Cogitationes robusti, &c. Hebr. cogitationes solliciti verè ad abundantiam; & omnis festinus verè ad defectum. Caiet. habet. *Cogitationes solliciti tantum ad abundantiam, &c.* Chald. *Cogitationes collectæ ad abundantiam: & pes festinus ad egestatem*

A tendit. Ablunt hæc verba à correctioritextu lxx. Sed tamen habentur in Compluteni, ac Regio codice hoc modo. *Cogitationes fortis in sutieratem: omnis autem festinans tantum in minore*. In scholis autem textus Vaticani sic legitur. *Cogitationes collectæ tantum ad abundantiam: omnis autem festinans tantum ad inopiam*.

Nihil obuium magis in hoc libro, quàm pigritiæ accusationes, & seculitatis, seu industriæ laudes. Vide quæ diximus supra cap. 10. vers. 8. ad illa verba, *Egestatem operata est manus remissa: manus autem fortium diuitias parat*. Nam eadem vox, hic pro robusto, & ibi pro forti occurrit, quæ, ut inibi animaduertimus, sedulum, & industrium virum sonat. Sed illud in hoc loco difficile est, nostram scilicet cum originali lectione adducere in concordiam. Nam quem *Vulgatus pigerum*, Hebræus *codex* *אש* i. festinum dicit ex radice *אש* *Ust*, *festinans properans*. Sed facile huic dubitationi occurrere potest, si dicamus hic admitti figuram antiphrasin, atque festinum dici contrario sensu, id est, non festinum, quemadmodum lucus dicitur, quia non lucet, & alia huiusmodi: vel aliter dici potest pigrum festinum appellari, quia sedentarius, atque otiosus, ad paupertatem ocyus contendit: ipsum quippe otium & quies curus est citissimus ad inopiam: germanam magis huius rei rationem ubi finem dabo. Nostræ ergo lectionis perspicua admodum sententia est. *Cogitationes robusti semper in abundantia* quod non ita intelligo, qui semper de copiis, & abundantia cogitet, hoc enim vitio potius, quàm virtuti vertendum foret, sed quia sedulus consilia inuit semper bona, & oportuna ad augendam rem suam, quæ videlicet ipsi semper prosperè cedunt. Piger autem numquam non *inegestate erit*: quia vel nullus homo piger eiusmodi consilia capit, vel apta non vrget. Quemadmodum enim industria optima suadet consilia amplificandæ rei, ita etiam inertia, & pigritia, vel nullas, vel minimè oportunas paranda u opū rationes consulit.

Alia verò lectiones ad hanc sententiam allici debent. Caietanus, & Chalæus sic restituunt, *Cogitationes collectæ ad abundantiam*. i. non effusæ & amplæ nimis, sed contractæ & angustæ: ille enim effusæ, & peramplas cogitationes habet, qui ad urgentes opes adpirat: contra verò ille cogitationes suas colligit, astringit, qui ad copias non valde affluentes anhelat. An ergo Salomon, cogitationes istæ collectæ ad abundantiam tandem euadunt, quia per eiusmodi cogitationes copiarum paulatim, & sine discrimine aliquo augentur. *Omnis autem festinus ad inopiam*. Omnis scilicet, qui ad amplissimas opes animum contendit, inopiam tandem sibi accersit. Ratio autem est, quia diuitias paulatim augere volens negotiationem sic moderatur, ut partas periculis non exponat: qui autem in gentes opes cogitat, sepius quidem, ut ad illas ocyus perueniat dum negotiationem amplificat, partas obicit discrimini.

LXX. habent. *Cogitationes collectæ tantum ad abundantiam*. Gr. *ἄτακτος*, i. præcidentis, seu cōcidentis consilia, & rationes eius, qui nō spargit, imò parit bonis suis, & qui sumptus tantummodo facit, ad abundantiam euadunt: *Omnis autem festinans tantum ad inopiam*, i. qui profusè opes suas expendit inopiam sibi accersit, eo sensu quo capite superiori exposuimus verba illa, *Hæreditas festinata in principio, in nouissimo benedictione carebit*. vbi diximus hæreditatem festinatam dici eam, quæ ocyus infumitur, iuxta familiarem illum modum dicendi, *Dar pressa a vna cosa*, id enim perinde est, atq; illam celeriter consumere. Fortasse autem ob ea causâ *Vulgat*

pro

pro festinante pigrum restituit, nam homo otiosus cum in reliquis cunctator sit, atque iners, in consumendis tamen ac decoquendis opibus per quam festinus existit. Sed de hac thesi multa diximus citatis locis.

V I. Qui congregat thesauros lingua mendaci, vanus, & excors est: & impingetur ad laqueos mortis.

28. **Q**ui congregat, &c. Heb. *Opus, vel operatio thesaurorum in lingua mendacy, vanitas expulsa, quæ cutes mortem.* Pagn. *Est ut stipula propulsata.* Theod. *vapor agitatedus.* Alij, *fumus expulsus,* subest hic vox illa *הבל* *Hebel,* de cuius vi alijs multa diximus, & prædictas omnes significationes capit. lxx. integrum locum sic extulerunt, *Qui operatur thesauros lingua mendaci, vana sectatur in laqueos mortis.* In quibusdam codicibus est, *vana sectatur, & venit in laqueos mortis.* Alij habent, *& venit in profu- dum inferni.* D. Hieron. aduersus Ruffinū, *veniet,* Chald. longe aliter. *Opera cellariorum in lingua mendacy, & dissipabuntur, & euellentur illi, qui querunt mortem.* Igitur Vulgatus & lxx. pro eo, quod hodie legimus in Heb. *נֶפֶשׁ מֵבֵלֶה*, id est, *quæ uites,* uidentur olim legisse *מֵבֵלֶה*, *Mekele,* i. laqueos. Caietanus sic habet. *Vanitas impulsata i. ues mortis.*

Ex pluribus modis, quibus lingua mendax thesauros comparare, & cogere potest, quatuor præcipuos enumerare interpretes in hunc locum: hi sunt, falsum testimonium, quam testis fidem suam vendit: iniqua sententia, cum iudex corruptus muneribus fert: aduocatio, seu patrocinium etiam iniustum, cum Causidicus causam non bonam quæstus gratia defendit: & adulatio, quæ plerumque etiam ad quæstum, & lucrum composita est. Hæc ergo omnia complectitur Salomon his verbis, *Qui congregat thesauros lingua mendaci.* Concinit autem hic versus cum superiore: nam ibi hominem industrium commemorat: docet autem impigrum, & sollicitum viram optimis consilijs, & artibus rem suam amplificare solitum, *Cogitationes robusti semper in abundantia:* huic ergo opponit eum, qui non industria, & arte, sed dolo, & artificio; non labore, ac manibus, sed lingua, & verbo opes augere contendit: atque de illo, qui prædictis modis ditescit, sic decernit. *Vanus, & excors est, & impingetur ad laqueos mortis,* singula expendamus.

29. Vanus, & excors est, in Primitiuus est *הבל* *Hebel* *Nidaph,* Hebræi uerò tam recentiores, quàm antiqui, uocem illam *Nidaph,* adiungunt uoci *Hebel,* & cum illa simul construunt. Noster interpretis non ita: sed iuxta familiarem scripturæ phrasim, *vanitatem* pro *vano* accepit, abstractum, scilicet, pro concreto, atque *Nidaph,* excordem aptè reddidit, propriè enim eum significat, qui facile impellitur, ac mouetur: si enim Origines adeas, inuenies quidem uerbum *נדף* *Nidaph,* de stipulis, folijs arborum, fumo, ac tenuissimis vaporibus dici, quæ facile impelluntur, & dissipantur. Homo igitur ille, qui lingua mendaci opes congregat, *vanus* (inquit Salomon) *& excors est,* vanus, inquam, id est uacuuus, ac leuis homo, scilicet nullius momenti, ac ponderis, atque adeò *excors.* Vel si vim Hebræici uerbi exprimere uolumus, *facile mobilis,* necesse enim est, ut quod leue, & nullius ponderis existit, facile impellatur. Quæ omnia ap-

A tissimè quadrant in eos, qui supra dictis modis per dolos, & mendacia quæstum faciunt: hos enim præ sua leuitate quælibet lucri spes, aut opinio, tanquam aura, in hanc uel illam partem impellit, ut modo hæc, modo illa pronunciet. Nimirum tanquam stipulam, tanquam folium, tanquam fumum, & tanquam uaporem leuem, hæc enim quatuor sunt, de quibus uerbum illud *Nidaph,* enunciari consuevit: & quatuor illis, adulatori, aduocato, testi, iudici accommodari possunt. Illum autem, quem tam facile ob leuitatem animi quæstus mouet, ut modo hæc, modo illa pronunciet, Vulgatus *excordem* dixit, id est, sine mente uirum (ut adnotat hîc Iansenius:) qui enim mentem adeo facilem, & lentam habet, ut contra illam quidquid libuerit, aut dicat, aut faciat, (si enim est mentiri contra mentem ire) eam quidem perinde habet, ac si non haberet.

Reliquæ lectiones hæc uerba non ad mores eorum, qui lucri gratia mendacia adinueniunt, sed ad thesauros referunt, quos dolis, artificio, & mendacijs linguæ congerunt; sic enim habent: *Operatio thesaurorum lingua mendacy vanitas expulsa:* uel *stipula propulsata,* uel, *fumus,* aut *vapor expulsus,* seu *agitatedus* (hæc enim ferè sunt omnes Hebræorum uariæ translationes;) sensus autem valdè obuius sic habet. *Lucra, & quæstus quantumuis amplissimi, qui mendacijs, & artificio linguæ parantur, ocyus dilabuntur: similes enim sunt uanitas i expulsæ, i. uacuitati, uel inanitati, quæ expulso corpore manere solet in uase aut dolio (ut quidam exponunt) quasi dicat, illud lucrum totum diffluet, ac nihil illius reliquum erit. Uel aliter, thesauri illi, stipula ad instar propulsatæ, obtinebunt, fumi, & uaporis in modum dissipabuntur. Et quidem thesauri, & opes mendacijs quæsitæ aptissimè cum his rebus conferuntur, quæ à uento tam facile diffillantur ob incredibilem eorum inconstantiam, & mobilitatem: quippe quæ eius naturæ sunt, ut nulla ratione contineri possint,*

LXX. habent, *Qui operatur thesauros lingua mendaci, vana sectatur.* Quæ uerba non dissident ab his, quæ supra expendimus cap. i. uers. 4. *Qui nicitur mendacijs, hic pascit uentos.* uide ibi multa, *vana,* inquam, *sectatur,* i. fluxa, ac labilia bona. Chaldaeus transtulit. *Opera thesaurorum in lingua mendacy, & dissipabuntur, & euellentur.* Uerbum illud, *dissipabuntur,* referendum est ad metaphoram illam fumi, aut uaporis, qui à uento diffilatur, ac si diceret, *Euanescent, & euellentur,* ut sit sensus. Quæstus omnes, omniaque bona per linguam falsiloquam prædictis modis parata, euanescent, & euellentur, duo enim sunt genera bonorum, alia mobilia dicuntur, alia uerò immobilia, quæ uulgo appellantur, *muebles, & rayces.* Ergo illa duo uerba his duobus bonorum generibus aptari possunt, hoc sensu. Bona utique mobilia euanescent, & fumi, seu uaporis in morem dissipabuntur; immobilia uerò seu radices euellentur, ut perfectam omnium bonorum spoliationem significent.

Subdit Salomon, *Et impingetur ad laqueos mortis,* i. non solum amissione malè partæ rei multabitur, sed etiam in mortis uincula, & laqueos pedes inseret, ex quibus sese expedire non possit.

Cæterum nescio an illud, &, positum sit pro, uel, nimirum particula coniunctiua pro disiunctiua, quod aliàs in scriptura euenire non semel obseruauimus. Si ergo iuxta Vulgatam lectionem illa uerba, *vanus, & excors,* ad mores referamus hominis falsiloqui, particula, &, poterit habere uim

coniunctionis hoc sensu. Quicumque artificio mendacis lingua opes suas cumulat, leuis, ac nullius ponderis vir est, & ex nimia leuitate inconstans temper, & in omnem partem mobilis; & insuper in laqueos aeternae mortis pedes inseruit, ex quibus vix illos poterit exerere. i. aeterni supplicij debitum incurrit, à quo debito vix vnquam liberari poterit. Et quidem diuitiarum in vniuersum proprium est animum vincire, & arctius alligare. Potest autem triplex genus vinculi excogitari, quo animus auari diuitis vincitur. Primum est illud, quo aduersarius captum hostem adstringit, manus post terga reu inciens. De hoc vinculo Chrysofost. hom. 13. in Epist. ad Corinth. *Quando autem diuitis fuerimus alligati, quomodo vincemur aduersarios? sunt enim manuum vincula diuitia, vincula graua his, qui uti nesciunt.* Secundum vinculorum genus est compedes, & catenae quibus reus illigatur, de his Aug. serm. 25. de verbis Domini. *Patrimonij tui, quo es ligatus, compedes in hac vita resolue, abijce à te diuitiarum onera, abijce vincula voluntaria.* Denique tertium vinculorum discrimen est laquei, ac nodi arctissimi, quibus fontes in equuleo, aut in catasta coercentur, de his iterum Chrysofost. hom. in Psal. 46. *Tortor (inquit) corpus vincit, diuitia vero animum vincunt, vides enim vnctum, nec illius te miserere: eum propterea odi, quod vincitur, non necessitate, sed consuetudine. & quod ipse vincula sibi attraxit.* Ex his constat diuitias quascunque, siue hereditarias, siue etiam iuste partas, vincula & nexus esse pluribus modis. Sed tamen haec vinculorum similitudo longè aptius cadit in opes fraude, & dolis quaestitas: his enim aduersarius noster captiuos homines reuincit, vt deinceps veluti mancipia ipsi obseruiant, nec ad libertatem amplius aspirare possint. Nam cum isthaec vincula non aliter exsolui, aut rescindi possint, nisi bona contra fas vsurpata Dominus exsoluat, hoc certè inter multas hominum myriadas vix vnus, aut alter facit. Rursus appelluntur eiusmodi opes male partae, catenae, & compedes, quia sicut vincula, & catenae illis praecipue fontibus imponi solent, qui scelus capitale admiserunt: qui nimirum ex ipsismet vinculis tandem aliquando ad supplicium exportandi sunt: sic etiam illi quos diuitia contra fas quaestitae adstringunt, ad certam quodammodo mortem destinati, nescio quo fato, non prius vincula illa deponunt, quam ex huius corporis carcere ad aeternum supplicium exportentur. Denique tertium vinculorum genus in opes iniuste congestas apprimè quadrat, quia sicut vincula illa reum in catasta distentum arctissime vincunt, & reductis funibus saeuissimè cruciant: sic etiam opes illae contra ius partae, earumque recordatio, hominis animum in male conscientiae equuleum actum incredibili saeuitia distendit, ac torquet, & tamen vix aliquis est, à quo veram suorum criminum confessionem, & propositum rei alienae restituendae tam saeuus cruciatus extorqueat.

33

Hæc de vinculis, ac laqueis mortis. Alij ex Hebraeo reddunt, *querentes mortem*, i. vltro se morti deuouentes. Caietanus, *quaestores mortis*. Dicebantur autem olim quaestores, qui vectigalia publica cogebant: nihil autem est quod morti vectigalia pendere proprius dici possit, quam culpa, hæc enim (liceat sic dicere) pro tributis mortis poenas dat. Locus ergo integer apud Caiet. sic habet. *Operatio thesaurum in lingua falsitatis, vanitas expulsa, quaestores mortis.* Itaque illud, *quaestores mortis*, ad thesauros iniuste quaestitos referri debet, qui non incogruè *quaestores mortis* dici pos-

A sunt, quia nimirum auarum hominem tandem aliquando morti aeternae siltunt, vt pro innumeris delictis, quæ in illis parandis amittit, aeternas poenas vectigalium loco ab ipso exigant.

Denique alia lectio habet, *Et venit in profundum inferni*: hoc est suoptè pondere descendit nam quemadmodum inter corpora illa, quæ grauiora sunt, aliis leuioribus subterni postulant, terra scilicet aquæ, & aqua aëri, &c. Sic etiam in inferno hi, qui grauioribus delictis premuntur, sub aliis atque aliis profundum sine sternentur. Ergo dum ait iudicem iniquum, falsum testem, caudicum iniustum, adulatorem simulatum, qui ex mendacijs, atque dolis quaestum faciunt, ad profunda inferni venturos, satis indicat eorum delicta grauissima esse, & poenas delicti sui pares apud inferos daturus, aliisque damnatis subiciendos, ac subternendos fore.

34

V I I. *Rapina impiorum detrahent eos, qui noluerunt facere iudicium.*

Rapina impiorum, &c. Hebr. *Rapina impiorum terreat eos*. Pagninus, *adducet eos*, Chaldaica & *let eos* Hebraea. *גורגור* i. *legurim*, referri potest ad radicem *גור* *Garar*, quæ proprie significat *Serrare & excindere*: sic Pagninus in thesauro. *Rapina impiorum excindet eos*, vel *serrabunt eos*: potest etiam reuocari ad radicem *גור*, *Gur*, id est, *peregrinari incolere*: aliquando etiam *formidare*, *sæpius trahere & contrahere*. Hinc natae lectiones supra adscriptæ, *Rapina impiorum detrahent, tollet, terreat, deducet eos*, atque inde etiam profecta est translatio L X X. quæ sic habet. *Per diuio impius hospitio suscipietur, vel, apud impios habitabit, non enim volunt agere ista.* Symmia. *Rapina impiorum diruet eos.*

35

Hunc locum de iniquis iudicibus, ac magistratibus exponunt vulgo interpretes: nostræ autem lectionis perspicua est sententia. *Rapina impiorum detrahent eos, qui noluerunt facere iudicium*, id est, *quaestitas*, qui propter iniqua iudicia & iniustas sententias parantur, magistratus deiciunt, & de supremo suæ dignitatis fastigio deponunt. Itaque illud *detrahent*, perinde est, ac deorsum trahent: latet autem, ni fallor, hæc similitudo quædam alicuius rei, quæ è sublimi loco cadens, ea quæ proximè illiherent impellit, ac secum rapit: ad eum modum, inquit Salomon, copiarum rapinis & fraudibus cumulatae decident tandem, ac dilabentur, atque dominum suum illis toto animo adhaerentem è sublimi sede deiectum impetu suo etiam deuoluent. Ad eundem sensum vocari possunt illæ lectiones, *Rapina impiorum deducet*, vel *tollet eos*.

36

Hanc verò posteriorem lectionem alij sic exponunt. *Rapina illorum tollet eos de medio*, hoc est oculus illis mortem afferet: quod quidem vno, vel a tero modo accipi potest: aut enim ait rapinas eos ad mortem vique sæpius comitari, & insequi, ob difficultatem restitutionis (vt quidam volunt) vel illis mortem presentem inferre, quod non semel contingit. Audi Chrysofostomum in oratione de diuitiis, & paupertate. *Dicebam tibi astiduo fugitiuus esse diuitias, tu vero nõ serchas. Dicebam improbum seruum eas esse, tu vero volebas credere. In rebus ipsis experientia monstrabit, non solum fugitiuus, & improbus esse, verum etiam homicidas hæc namque te nunc tremere, & formidare fecerunt.* Rursus homil. in illud, *Astirui Regina à dex-*

37

Chrysof.

eris tuus, &c. Videle, inquit, diuitias quas semper A
vocabam, seruum fugitivum, nec fugatam modo di-
xerim, sed & viricidam, non enim se possidentes de-
serunt solum, sed & ipsos iugulant, cum enim eas
quis solerti magis studio coluerit, tunc vel maxime
prodicionem moluntur in sui cultorem. Sed licet hæc
de diuitiis in vniuersum affirmet Chrysof. sed tū
maximè in eas cadunt, quæ contra ius fasque re-
tiuentur; Nam eiusmodi opes apud possessorem
iniustum per vim captæ, imo captivæ sunt: atque
adeo, sicut captivus aliquis servus patriam assiduo
cogitat, & eius revivendæ desiderio fugam medi-
tatur semper: sic etiam diuitiæ per vim ablatae fu-
gam quidem à violento retentore, reditum verò
ad iustum possessorem tanquam ad propriam se-
dem nunquam non moluntur. Neque fugam
tantum capessunt (inquit Chrysof.) sed raptorem
ex fuga perimunt plurimum eum lethalibus vulne-
ribus confodientes: tot enim illi vulnera inflig-
unt, quot peccata capitalia eidem suadent.

Sunt etiam aliæ duæ lectiones similes, *Rapina*
impiorum excinet eos, vel serrabit eos, id est, tan-
quam ferra dividet. Ad animum referri potest, ut
fit sensus, Animus curis maximis, & sollicitudi-
nibus tanquam ferris conciditur atque in plures ve-
luti partes distrahitur. Et quidè infecabilem alio-
qui animum diuitiæ scindunt, & dissecant, diuiti-
æ, inquam, malè partæ, non solum quia per dis-
similes curas distrahant modo dicto (id enim om-
nibus in vniuersum diuitiis commune est) sed
etiam quia mentis malæ sibi consciæ angor ani-
*mi veluti ferrat ac resecat: verbum *serrare* au-*
get significationem, nam res valde solidas, &
præduratas, quæ aliâ resputant ferramenta, ferra
paulatim exterens discindere solet; ita igitur con-
cipe, id furtis, & rapinis proprium esse, ut animos
etiam valde duos, quos aliorum criminum con-
scientia non rumpit, rapinarum conscientia mens fer-
ræ ad instar secat, ac scindat; nescio enim qua ra-
tione ex hoc crimine animus noster grauius mor-
detur, ac pungitur quam ex aliis. Habet etiam
aliquid aliud ferræ ad simile furti conscientia,
quia, ut tradunt Chirurgicæ artis periti, vulnus,
quod ferra aperuit difficilè coalescit; quia extri-
ta, & admorsæ ferratis dentibus carnes non coe-
unt. Ita etiam de vulnere cogita, quod animis in-
fert furti conscientia: hoc enim vix aliquando
restitutis iusto possessori ablatis rebus, sanatur, &
ad cicatricem redit.

Alij habent, *terrebit eos*, quod ad terrores etiam
 conscientia referri debet; Lectio etiam LXX.
 venustum habet sensum. *Perditio impiis hospitio*
suscipietur, perdicionis autem nomine bona etiam
 intelligo iniuste quæsitæ: solent enim LXX. id
 nominis ipsi aliquando dare, ut alibi notavi. Ita-
 que perinde est, ac si dicamus, rapina impiis hos-
 pitio suscipietur, id est, fortunæ fraudibus paratæ
 non diu apud improbos morantur, sed hospitii
 adinstar, seu peregrini in diuersorio manentes
 ocyus discedunt, & ad alios diuertunt, tam diu
 quidem per hospitia & diuersoria pererrantes,
 quoad sedem, ac regionem sibi propriam nancif-
 cantur: quoad nimirum ad aliquem perueniant,
 qui ipsas iuste, & sine fraude acquirat, ibi enim
 diutius hærent, & tanquam incolæ in patria sua
 morantur.

VIII. *Peruersa via viri aliena est: quæ*
autem mundus est, rectum opus eius.

Peruersa Via, Alij *inuersa*. Alij *tortuosa* seu
obliqua. Hebraica lectio anceps est, potest
 enim sic textus restitui. *Peruersa via viri alieni*: sic
 legunt Pagninus, Montanus & alij. Caietanus
 habet, *vertens viam viri extraneus*. Proximè hæret
 Chaldaeus, *Quis peruerit viam alienus, extraneus*
est. Et quidem pro extraneo vel alieno, subest
 זר *Zar*, ex radice זור *Zur*, quæ dissimiles valde
 habet significationes, sed ut notant peritiores
 linguæ, vox *Zar*, propriè virum significat *extra-*
neum, vel *separatum* omnino ab omni societate,
 & cognatione sanguinis, habitationis, & patriæ.
 LXX. locum istum sic extulerunt: *Ad peruersos*
peruersus vias mittit Deus, mundus enim ego recta
opera eius sunt.

Qui autem mundus est, &c. pro mundo subest
 hoc nomen זך *Zach*, quod, ut aliàs monui, signifi-
 cat purum, pellucidum, vitreum.

Nostri utique lectio prius edifferenda est, *per-*
uersa via viri aliena est, &c. ut fit sensus. Malæ
 agendi, aut viuendi ratio aliena est, non ab alio,
 inquit, nisi à Deo, quem iniuria afficit, & qui-
 dem in aliquibus codicibus ita expressum erat,
aliena est à Deo, sed noua correctio illud expun-
 xit. Quapropter alij meliùs sic exponendum pu-
 tant. Mala omnis agendi, aut viuendi ratio aliena
 est ab ipso homine, & à natura eius rationali: nihil
 enim rationali naturæ magis aduersum, ac disso-
 num, quam malitia, & improbitas: imò potiùs
 nihil aliud malitia est, nisi dissonantia operationis,
 vel operatio à natura rationali dissentanea. Hanc
 expositionem præferre videtur Iansenius, atque
 ex Beda illam hausit.

Cæterùm mihi interpretatio Rodolphi aridet
 magis, quæ per *viam peruersam*, eiusdem astutiam
 intelligit, astuti enim, atque callidi in posteris
 actio omnis, & viuendi ratio peruersa, inuersa, &
 obliqua iure optimo appellatur, tales enim sunt
 illius mores obliqui, inuersi, & peruersi. Hanc
 igitur viam alienam dicit esse Salomon, alienam,
 inquam, ab ipsomet homine: quia vir callidus
 nunquam sibi similis est, sed à seipso passim dissi-
 det, ac secum pugnat, iuxta illud, *Vir duplex ani-*
mo inconstans est in omnibus viis suis: modo hæc,
 modo illa agit, ac sentit: & à nullo magis, quam
 à semetipso discors existit. Ad hunc sensum vo-
 cari potest translatio altera Hebraeis familiaris.
Peruertens viam viri alieni, vel *extranei*, nempè à
seipso, ita enim aliqui restituerunt, sensus autem
 est. Qui ex astutia peruertit, aut in diuersum regit
 viam suam, à semetipso tam extraneus, & alienus
 est, quam homo aliquis separatus omnino à co-
 gnatione, societate, & conuictu: hoc enim sibi
 vult vox illa *Zar*. Itaque cum nihil sit tam con-
 iunctum, imò vnum, quam homo ipse sibi, per
 astutiam, & fallaciam tam fit à seipso diuersus, &
 alienus, homo, ut nihil magis separatum, & alie-
 num sit. Non enim sibi cognatus, non socius,
 non etiam conciuis, neque eiusdem regionis in-
 cola dici potest. Sed quid mirum cum aliquan-
 do naturam etiam ipsam, atque genus permutare
 homini astuto opus sit. Præstantissimum quidem
 apud veteres astutiæ symbolū fuit, teste Nazianz.
 orat. 22. Proteus ille versipellis, aut multiformis,
 quem ex homine in leonem, tigridem, ser-

pentem, & alia quædam animantia, ab his verò in aquam, aërem & ignem migrare solitum fingebant: atque eo symbolo astuti hominis ingenium significari volebant, qui cum è semetipso ad aliquid aliud transiit, non tantum in hominem diuersum demigrat; sed à natura sua, & specie dissiliens, in Leonem; aut serpentem: & à genere quoque extractus in aquam, aut ignem discedebat, ex contrario videlicet in maxime contrarium tractus. Similes profecto versipellis, & astuti hominis metamorphoses, Hinc autem intellige quàm ineptè quidam viros callidos, vastos, & astutos inter sapientes numerent, exemplo tibi sit hic versipellis Proteus, quem passim sua ipsius astutia in bruta rationis expertia, imò ab his ad insensibilia abire compellebat. Cæterum licet hæc aptè dicta sint, tamen censeo verbum illud *extraneus*, non extraneum à se ipso, sed ab aliorum hominum consuetudine & vtu alienum notare: & idem iudicium est de nostra lectione, *Perversa via viri aliena est*, vt sit sensus; homo astutus non pergit via ab aliis hominibus trita, sed alias inuit vias, & rationes longè diuersas, astutia enim dum latere vult, ac minime deprehendi, viam communem deserit, ac per aua semper incedit. Addit.

41.

Qui autem mundus est, rectum opus eius, mundum appellat hominem simplicem, & candore animi præditum, id enim sonat vox ipsa originalis 7: Zach. id est pellucidum, & vitreum, qui scilicet nihil per astutiam celat, sed diaphani instar crystalli, quidquid intus cohibet, foras prodit. Huius ergo simplicis, ac candidi viri *rectum opus* id est actiones minime obliquæ, vel indirectæ, sed rectæ semper ad propositum tendentes.

LECTIO Chald. sensum alium reddere videtur, sic enim ait, *Qui peruerit usum alicuius, extraneus est*, id est, qui alium rectam incedentem, ac honestè viuentem, à via sua in diuersum agit, *Extraneus est*, Hoc sane nomine apud Hebræos significari solebant alienigenæ, atque Ethnici, cum quibus ipsis conuersari nefas erat. Quasi dicat; Quicumque ea ratione aliquem ab honestis moribus dimouet, Ethnicus est, id est, non aliter eius familiaritas, & conuictus vitandus, quam si Ethnicus esset: similis enim videtur hæc sententia ei, quam Christus protulit aduersus pertinacem, qui correptioni non acquiescit. *Quod si Ecclesiam non audierit, sit tibi quasi ethnicus, & publicanus*, subdit verò appositè: *qui autem mundus est, rectum opus eius*. Illi quidem Ethnici, cum quibus conuersari non licebat Hebræis, extranei, & alieni, adde etiam immundi dicebantur. Isai. 52. *Et non transeat per illam omnis incircuncisus, & immundus*, & sæpè aliàs. *Mundus* ergo hic ex aduerso contra Ethnicum dicitur, vt sit sensus, *qui autem mundus, rectum opus eius*, eum scilicet tanquam hominem mundum ad familiaritatem, atque vsum tantummodo adhibere licet, qui rectè atque honestè agit, cuius mores probi sunt.

Isaiæ 52.

42

Et quidem iuxta hanc expositionem, quam ad Chaldæi mentem propiùs accedere existimo, potest etiam nostræ Vulgatæ lectioni lux afferri, *Perversa via viri aliena est*, vel vt alij reddunt, *Perversens vias suas alienus, vel extraneus est*, i. qui turpiter viuit, ipse quidem tanquam Ethnicus, & immundus, atque eius similiter vita, & conuersatio, tanquam ethnica, & immunda caueri debet, *quis autem mundus, rectum opus eius*, ille videlicet mundus tantum vulgo haberi debet, cuius familiaritate vti liceat, qui rectè agit. Itaque docet Salomon improborum societatem tanta religione homini

vitandam esse, quàm ipsi Hebræi tunc temporis ab Ethnicis, & immundis hominibus abstinebant, ne ex illorum consortio sordescerent.

Denique Lxx. locum istum sic extulerunt, *Ad perversos perversas vias mittit Deus mundam enim, & recta opera eius*. Hæc verba ad Dei providentiam spectant, qui hominum delictis supplicia digna, & accommodata imponit, hoc sensu: Deus optimus maximus sic animaduertit, vt qui aliis dolos, & insidias ex astu intendunt, ipsi quidem dolos, & technas aliorum experiantur. *Munda enim*, inquit, *ac recta sunt opera eius*. i. ipse quidem mundus, hoc est, candidus, ac simplex, nihil per astum, & calliditatem faciens, & alioquin rectus, & iustus; quasi dicat. Ipse quidem simplex, atque adeo dupliciter, & astutia illi mirum in modum displicet: idemque iustus, ac rectus, atque adeo huic delicto pœnam conuenientem imponit, vt scilicet qui dolos alteri struit, dolo ipse malo pereat.

43

IX. Melius est sedere in angulo domatis, quàm habitare cum muliere litigiosa in domo communi.

Melius est sedere, &c. Hebr. *Melius est habitare super angulo recti præ muliere contentiosum, & domo societatis*. Pagninus, *in domo ampla*. Similis est translatio Chaldæi. *Melius habitare in angulo recti*. LXX. paulo aliter. *Melius est habitare super angulum sub dio, quàm in calce ditis cum iniquitate, & in domo communi*. D. Hieron. in Sophoniam absolutè sic habet. *Melius est habitare sub dio*. Aquila, Sym. & Theod. concinunt cum Vulgata, habent enim *in angulo domatis*. Illa autem verba *in domo communi*, Hieronymus transtulit, *in domo noua*. Symmach. & Theod. cum de cætero non discedant à Vulgato interprete, hæc extrema verba sic extulerunt, *in domo sodalitia, aut meretricia*.

44

Sed notandum est hanc vocem *doma*, propriè significare supremum domus tectum: de hac enim sic Hieron. in Epist. ad Sunniam, *doma*, inquit, *in orientalibus provinciis ipsum dicitur, quod apud Latinos, tectum*. vide ibi multa de vi huius nominis, Passim autem legas apud interpretes hanc observationem, scilicet in Palestina, aut in Egypto, non fuisse in tectis culmina, sed plana solaria paululum deuexa, vt pluuie defluerent, qui inde lucem afferunt illis verbis Actorum. i. *Ascendit Petrus in superiora, vt oraret circa horam sextam*. Græcè *ἐπι τῆς δώμας*, id est, *super tectum*, & Matth. 10. *Quod in aure auditis predicare super tecta*; Græcè *ἐπι τῶν δώματων*. Nam cum tecta essent plana, solebant, inquit, Iudæi, hieme quidem interdum ad solem excipiendum, æstate verò sub noctem ad auras captandas solaria domorū inscendere, atque inde cū vicinis, ac proximis confabulari, hinc fiebat, vt quælibet fabella ab his ad alios perlata facile vulgaretur. Cæterum vide an potius dicendum sit, apud Hebræos, olim suggestus seu pulpita ex ædiū, sed tū maxime ex tēpli tecto prostare solita, vt ex his doctores, & scribæ ad plebē verba facerent. Hæc verò loca edita ab Hebræis 733 *Pimab* dicebātur. Cōsonat historia illa minoris Iacobi quæ tradunt à Iudæis in pinnaculū tēpli sublātū, vt inde plebē dedoceret, quæ longo tempore tradiderat; ac demum, cum ipsis non acquiescisset, ab eisdem è suggestu deturbatum, ac fullonis fuste percussum feliciter obiisse, ad hunc etiam locum fortasse translatus fuit à Diabolo Christus Dominus,

Act. 10.

Matth. 4. Matth. 4. Tunc, inquit, *assumpsit eum Diabolus, & statuit eum supra pinnaculum templi.* Nam cum per tentationem illam Christum ad superbiam, & tumorem animi Diabolus impellere velleret, locum huic tentationi aptum delegit, scilicet cathedram & suggestum doctorum: cupiebat enim Diabolus, ut Christus in magna populi frequentia, cum plebs ad illum audiendum ex suggestu dicentem confluxisset, sese precipitem daret, id enim erat tentationis consilium, ut cathedra primo ipsum inflaret, ac deinde fastus & superbia precipitem ageret. Ergo iuxta hunc sensum exponenda sunt verba illa Matth. *Quod in aure auditis predicare super tecta, id est, super pinnacula ex suggestibus, & cathedris.* Hunc etiam ad sensum vocare licet illa verba *Isai. 2. Quidnam quoque tibi est, quia ascendisti, & tu omnis in tecta clamoris plena* LXX. *עַל כָּל הַדְּמוּתָא מְאִוָּתָא*: id est in tecta vana, vox autem vana, nec non etiam illud *clamoris plena*, non ad tecta referri debet, sed ad ipsam, quæ ascendit, quasi dicat. Quidnam est id, quod te tantopere extulit, & quod te tandem permouit, ut publicos suggestus ascenderes, *clamoris plena* ad prædicandam inde gloriam tuam, & vana ad iactantiam. Rursus mihi etiam persuadeo vocem *דְּמוּתָא* non tantum ædium tectum, aut tabulatum superius apertum notare, sed etiam supremam domus cameram extremo tabulato opertam, in qua solent esse spatia illa multis hinc inde fenestris ad perspicendum patula, quæ vulgo dicunt *Galerias*. Ita expressè adnotant Pollux, Budeus, & alij Lexicorum autores: quapropter dicere etiam licet D. Petrum non in tectum apertum, sed in extremam domus cameram ascendisse ad orandum.

46. Rursus illud etiam mihi exploratum est, apud Hebræos non omnia tecta fuisse plana, sed pleraque etiam fastigiata, & culminata, ita ut aquæ hinc & illinc penderent: hæc autem fastigia, seu culmina Hebraicè פִּנּוֹחַ *Pinoch*, à vulgato autem interprete *angulos* dici. Lege nostrum Villalpandum in Ezechielem Prophetam, secunda parte ad illa verba, *Lapidem quem reprobauerunt adificantes, hic factus est in caput anguli*, id est, in pinnæ seu pinnaculi supremam verticem: vbi latissimè docet hæc nomina *angulus* & פִּנּוֹחַ *Pinoch* significare tecti fastigium, & culmen in vtramque partem proclive ac deuexum ut facilius effluant vtrinque pluiæ: dicitur autem *angulus*, qua in anguli cuiusdam obtusi modum desinit.

His prælibatis non vnum est de sententia huius loci interpretum consilium, alij enim alia. Caiet. per angulum domatis seu tecti, supremam ædium cameram accepisse videtur, quæ temerè operta est, & ut dici solet, *atesa vana*: in qua serui degere solent, ex quo eiusmodi sensum conformo. *Melius est habitare in angulo domatis*, &c. etiam si ad virum pertineat in domo imperare, ad vxorem autem obtemperare, & obsequi; tamen cum hæc insolent, & contentionem aliquam domi mouet, satius est illi cedere, & cum seruis ipsis quodammodo numerari, quam iure suo uti in vxorem. Hoc sibi vult illud, *quàm habitare cum muliere litigiosa in domo communi*: id est, *Melius est cum seruis secedere in supremam ædium cameram, quàm heri & patris familias locum tenere in media domo.* Alij per *angulum domatis*, ædium recessum & separatum locum intelligunt: hinc autem euadit secunda interpretatio.

47. Præmittere autem oportet apud Hebræos olim, quemadmodum hodie, in more positum fuisse, ut non prius aliquis è parentum domo egressus pro-

prias ædes incoheret, quàm matrimonio iungeretur, interim autem dum cælebs perseverabat aliquem recessum in parentum ædibus teneret: ergo sensus erit, *Melius est sedere angulo domatis*, præstat scilicet in parentum ædibus sub patria potestate, in recessu aliquo, & separato loco solitariam, atque cælibem vitam agere, quàm vxorem ducere clamorosa, & contentiosa, & cum ipsa è domo, & potestate patria in amplam, nouam, & comunem transire. Itaque Salomon secundum hanc interpretationem suadet vxorem haud temerè ducendam esse: quia satius est solum apud se in angulo aliquo, & recessu patriæ domus hominem agere, quàm vxorem morosam, & immorigeram ducere. Quid certius?

Sed licet hæc non ineptè dicta sint, tamen aduersari videtur textus originalis, qui pro *angulo, pinnaculum* habet, ut supra animaduerti, atque adeò nec de suprema domus camera, nec de recessu separato aliquo domus aptè exponi potest. Addo etiam nec de solario aliquo plano, & sublimi, (ut putauit Iansenius,) sed de fastigio acuto, & ex vtraque parte decliui, & prono, ut pluiæ vtrinque delabantur. Potest autem secundum hanc acceptiōnem sensus non vno modo conformari. Si ergo de iam coniugato sermo sit, ut voluit noster Villalpandus loco citato, Iansenius, & alij, sic sententia edisserenda est. *Melius est habitare in angulo domatis*, &c. id est, *Melius longè est in fastigium domus secedere, atque in difficillimo illo loco habitare: videlicet, enclimismo caballere delatando*, quàm cum vxore contentiosa, & difficili in domo per ampla commodè viuere. Extollitur autem vxoris morosæ difficultas mirum in modum ea comparatione; quia in fastigio, & culmine angulari domus si quis degerit, ruinæ primum, deinde omnibus cæli iniuriis expositus est. Ruinæ quidem proximus est, quia si vel modicum alteram in partem pependit, ruere ac labi necesse est.

Quapropter vis huius sententiæ talis erit, melius est in prædicto fastigio degere, quàm cum muliere litigiosa, quia facilius est in illo tam difficili, & arduo loco moranti anguli medium tenere, ac persistere, ne in partes pronas prolabatur, quàm inter vxoris conuitia, & contentiones virtutis medium seruare, nec in iram, & indignationem, aut aliud turpius vitium relabi. Ad hæc Salomon melius esse dicit sub dio manere, quàm cum vxore litigiosa. Quasi dicat, facilius est omnes cæli iniurias perferre, quàm vxoris probra, & iniurias tolerare, nam cæli iniuria etiam cum maximo fragore detonat, cum fulmina iacit, cum nimbos maximos emittit, cum æstu suo vrit, aut frigore rigorem efficit, mitiores longè sunt, quàm vxoris iniuria. Hæc enim cum clamat tonat: cum probra, & maledicta iacit, fulminat: cum contendit, ac litigat, nimbos, & tempestates ciet, vrit cum querula est: & cum rigidam se, & minime amantem exhibet, glaciem effundit. Demum si quæ alia sunt grauiora cæli iniuriæ, hæc certè vxoris morosæ iniuriis omnino cedunt. Et quidem Socrates vxori suæ tonitrua dedit, quem cum post multos clamores, vxor sua Xantippe aqua è fenestra emissa perfudisset, *Facile* (inquit) *futurum putabam, ut post tonitruum pluiam sentirem.* Quemadmodum ergo tonitrua, sic & reliquas cæli inclementias vxori aptare licet.

Quod si non de coniugato, sed de cælibe ante nuptias sermōnem habet Salomon, (ut placet Rodolpho, & mihi etiam per placet) sensus erit. *Melius est habitare in angulo domatis*, &c. satius est

(verba sunt Rodolphi) carere vxore & tecto, quàm capaces habere ædes cum vxore rixosa, quasi dicat: Quamuis homini pauperi, qui videlicet domo, ac censu careat, prædiues virgo, sed morosa, & difficilis, nuptui detur, etiam tunc si sapit non excipiet; præstat enim pauperem vitam agere, sub dio noctes, & dies ducere, caelestesque inclementias omnes experiri, quàm in palatio aliquo degentem illius iniurias sustinere, scilicet ob prædictas rationes. Itaque hæc expositio à superiori id tantummodo differt, quod superior ad coniugatum iam virum vxoris difficilis tolerantiam illi præscribens; hæc verò ad cælibem intenditur, & à nuptiis illum dehortatur: aut certè in vxore eligenda magno consilio opus esse ostendit. Ego autem propterea huic extremæ expositioni libentiùs acquiesco, quia illam vim habere videtur extrema illa clausula, *Quàm habitare in domo communi, vel societatis*, quibus verbis significatur conuictus, & consortium coniugale, cui vita solitaria, & cælebs omnino præfertur.

Sed tamen inter alias lectiones alteram supra adscriptimus Symmachi, & Theodotionis, quæ sic habet. *Quàm habitare cum muliere in domo meretricia*. Illi enim interpretes per hanc mulierem litigiosam, non vxorem; sed pellicem, aut scortum videntur accepisse: vt sit sensus. Longè melius, ac tutius est noctem sub dio transigere in alicuius tecti fastigio, quàm ad meretricem diuertere. Et quidem si vera est illorum sententia, qui docent apud Hebræos olim hospitia, & diuersoria, sapius meretricum domos fuisse (nam נצי זונות, vtrumque, scilicet meretricem, & cauponam, seu hospitam sonat. Iosue. 2. *Ingressi sunt domum mulieris meretricis*, id est, domum cauponæ, atq; eadem lectionum diuersitas occurrit Iosue. 2. v. 15. *Isa. 23. v. 15.* *Isa. 23. v. 5.* & sæpe aliàs) sensus haud ineptus conformari poterit ad hunc modum, *Melius est habitare in angulo domatis; quàm cum muliere rixosa in domo meretricia*. id est, præstat peregrinum aliquem sub dio noctem ducere, quàm ad meretricem diuertere, & apud ipsam hospitium capere. Id verò quod dicit, *in angulo domatis*, id est in fastigio tecti; ad hanc similitudinem relatum emphasi non caret, perinde enim est ac si diceret. Melius est noctem in illo loco difficili transigere, quàm apud meretricem, quia homini in eo loco agenti ruina imminet corporis, at ei, qui ad meretricem diuertit, ruina animæ impendet, quæ longè grauior est. Et quidem ita reor non solum ad ad hunc sensum Vulgatam lectionem benignè allici posse, verùm etiam ipsum esse maximè germanum illius, ac proprium. Imprimis enim data opera non vxorem, sed mulierem dixit, quàm cum muliere litigiosa. Rursus per domum communem, hospitium & diuersorium significatur, vel certè domus meretricis communis dicitur, quia omnibus ad eam ingredi volentibus patet. Denique ideo dicitur mulier litis, vel litigiosa, quia fere inter illius riuales, & procos, contentiones, & rixæ euenire solent ex zelotipia subortæ: itaque *Mulier litigiosa* ea est, propter quam lites, & contentiones sunt apud laetios procos.

Denum replicanda est lectio Septuaginta, quæ diuersum ab aliis sensum reddere videtur. *Melius est habitare super angulum sub dio: quàm in calce litis cum iniquitate in domo communi*. Cæterum hanc lectionem cum sensu Vulgatæ translationis conciliari posse credo. Reor namque hęc (quod aliàs passim faciunt LXX. abstractum concreti loco accepisse, scilicet *iniquitatem*, pro *iniqua* muliere,

quæ aliàs cap. 6. ver. 3. mala dicitur, vt *custodias te à muliere mala*. Per *calcem* verò, finem intellego, vt sit sensus, quàm in calce litis cum iniquitate in domo communi. Id est, præstat manere sub dio in perdifficili illo loco, & ruinæ discrimine, quàm ad mulierem nequam diuertere in domum meretriciæ, voluptas enim, quæ ex illius congressu capitur perbreuis, & finis illius lis, & rixa est, aut cum procis aliis ex zelotypia, aut cum ipsamet meretrice ex fastidio. Vel aliter, nomine *calcis* merces quæ pellici datur, accipi potest (nullus enim ignorat apud Hebræos, nomine calcanei mercedem notari, vox enim כקעב *Kekeb*, anceps est, *calcaneum* & *mercedem* sonat, & vt obseruant Hebraica periti, merces propterea calcis nomen fert, quia redditur in fine, & meta laboris. Erit ergo sensus huiusmodi. Melius est sub dio manere, quàm ad meretricem decedere, *in calce litis*; apud meretricem, inquam, quæ semper de mercede ipsi reddita querula est, calcem enim litis appellat mercedem, de qua contentio, aut querela aliqua existit. Complutens. & Regius Codex translationem LXX. sic extulerunt. *Melius est habitare in angulo non tecto, quàm in tectis domibus cum iniquitate, & in domo communi*. Sed licet verba tantisper euarientur, sensus tamen in idem recidit, & vbiq; præferenda est Correctior translatio.

X. *Anima impij desiderat malum: non miserebitur proximo suo.*

Anima Impij, &c. In Heb. originibus extrema verba sic habent. *Non gratis erit in oculis eius amicus eius. Chald. Et non consequetur misericordiam in oculis eius socius eius.* LXX. longè aliter, *Anima impij non consequetur misericordiam ab ullo hominum.*

Sensus Vulgatæ lectionis sic habet, Anima impij desiderat malum, id est, spontè ad malum fertur. Iansenius, & alij ferè interpretes de propensione ad culpam exponunt, hoc nimirum significare volentes, impium tanto animi impetu in malum ferri, vt etiam si malum esse nouerit, nihilominus illud afflictum expetat. Cæterum non de qualibet propensione ad culpam hunc locum interpretandum esse reor, sed de conatu, quo aliis malum & damnum inferre satagit, vt sit sensus. Impius tanto studio fertur ad malum inferendum, vt nec familiarissimis suis parcere soleat: Impius autem hic est פור *Raseng* (cuius vocis vim alibi expendi) significat enim profligatæ cuiusdam malitiæ hominem, temerarium, & inquietum. Ex Hebræis aliquis dicit significari eo nomine virum, *Chalcenterum*, id est viscera habentem ferrea: & quidem ipsamet malitia paulatim hominem indurat, & viscera eius ferro & calybe instruit, ita vt nulla arte lentari, & mitia fieri possint. Consultè autem dixit Salomò, *Anima impij*, vt significaret hominis istius deprauatos mores, qui videlicet aliis mala infert ex animo, consultò, & data opera. Ergo is quicumque talis est, in amicos etiam suos furere, ac sæuire solet. Quapropter existimo Salomonem id suadere in hoc loco, ne cum eiusmodi hominibus amicitiam, & commercium ineamus: nam cum animus ipsorum in immanitatem procliuis sit, in obuium quemque absque discrimine furorem suum effundunt, atque adeo in eos, qui prope ipsos sedent, citius incurrunt, quàm in remotos, & alienos. In Primitiuis est, *Nō erit gratis, & invidus in oculis eius sodalis eius*, id est, cū oculos eius

Iosue 2.
Ioel. v. 3.
Isa. 23.
v. 15.

51.

50.

furor accendit, amicissimum quemque inuadit. Innuat autem Salomon huius hominis miram immanitatem, qui videlicet, non ex inconsiderata, in amicum, quem aut non vidit, aut non cognouit, inuectus est (hoc enim tantummodo homines apud amicos suos purgare solet cum mali aliquid illis dederunt: quia videlicet, aut damnum illatum, aut amicos non satis viderunt, aut cognouerunt, ut docet Aristoteles Ethicorum 4. capite 5. aut quia cum animus esset benefacere, errore accidit, ut malum pro bono inferrent.) non ita impius iste osor (inquit Salomon) sed visum, aut cognitum amicum data opera lædit, non errore, sed ex studio, & desiderio: id enim sibi vult cum ait, *Anima impii desiderat malum.* hominis inquã illius chalceteri, & viscera ex ferro, aut ex calybe habentis anima (nam eam esse vim illius vocis שׁוֹר ex quorundam sententia nuper diximus.) Et quidem eò nomine aptissimè significatur hominis cuiusdam immanissimi ingenium cuius gratiam nullus inire queat; nam cum cætera fere metalla igne liquari, & secum inuicem intimè permisceri soleant, ferrum tamen, & calybs non ita, sed nullius metalli societatem admittit: imo potius ad alia metalla percutienda, & elaboranda à natura editum videtur. Tale est impiissimi illius hominis ingenium prædurum, & ferreum, qui videlicet nullius amicitiam, & societatem ex animo colit; quin potius (liceat sic dicere) ad reliquos homines percutiend. & tundendos à natura editus videtur, quam ad gratiam, & beneuolentiam.

Sept.

52.

LXX. sic habent. *Animus impii nõ consequetur misericordiam ab ullo hominum,* quæ verba hunc sensum reddunt. Vir impius, & immanis in alios, Deo ita iubente, & decernente, nullius hominis, quantumuis lenis, ac pij misericordiam, & pietatem experietur: hoc enim decens illius viri supplicium est, ut reliquos homines inhumanos, ac sæuos sentiat. Sicut enim ferrum non auro, aut argento, sed alio ferro domari consuevit; sic etiam viscera ferrea hominis impii, non à benignis, & mansuetis, sed ab aliis item ferreis, & calybeis hominibus domari, lentari, & mulceri consueuerunt.

XI. *Mulctato pestilente sapientior erit paruulus; & si secleretur sapientem, sumet scientiam.*

53

Mulctato pestilente, &c. Hebr. *Mulctato derisorie sapiens efficitur simplex: & intelligens sapientem accipiet scientiam.* Caiet. hæc extrema verba sic extulit. *Et faciens intelligere sapientem capiet scientiam.* Latet enim ibi חֲשִׁיל *Haschil*, ex coniugatione Hiphil, quæ vim illam habere solet. LXX. *Mulctato intemperante, astutior erit simplex: intelligens autem sapiens suscipiet scientiam.* Symm. *sapientior erit paruulus,* sicut nostra Cald. *Per mulctam derisoris,* &c. reliqua concinunt.

Prior quidè huius loci pars occurrit supra cap. 19. vers. 25. vide quæ in eum locum contulimus, inde enim lux etiam parabitur his verbis; Posterior autem pars ab ea dissidet, quæ ibi supponitur priori. Sed cum sensus omnium ferè sententiarum huius libri ex prioris, ac posterioris hemistichij collatione emergat, cuiuslibet partis diuersitas integram sententiam euariare solet. Et

A quidem sensus huius loci iuxta Vulgatam editionem facilis est. *Mulctato pestilente, sapientior erit paruulus.* Pestilentem autem appellat virum proteruum, & indocilem, de cuius correptione desperatur: sensus autem est, Etiam si aliquis adeo sit obfirmatus, & addictus sceleribus suis, ut nullis correptionibus erudiri posse speretur, non propterea impunis dimittendus erit, quinimo leuiores ex illo pœnæ exigendæ sunt, ut alii simplices, ac dociles, eius supplicio cõmoniti demceps sapiant. Et quidem ita existimo sententiam illam, quæ habetur cap. 19. vers. 23. id tantum ab hac dissidere, quod illa contra indociles, & proteruos pronunciata est, hæc verò pro his, qui faciles sunt, ac dociles. Itaque Salomon ait, *Mulctato pestilente sapientior erit paruulus,* id est, tantus est simplicis viri candor, & tam lenti mores, ut non opus sit illi supplicium, & seueris correptionibus cõmonere, sed satis est alios, punire, ut ipse illorum periculo edoctus sapiat, & sibi consulat. *Quid plura? Et si secleretur sapientem sumet scientiam,* quasi dicat, ea est lenitas, & facilitas morum, ut si vel tantum sapientem, hoc est iustum, & probum hominem sequatur, si videlicet ei sese comitem adiungat, atque familiariter vtatur, breuissimo tempore eius mores, & honestam viuendi rationem trahat: facilius enim excipit virtutum omnium formas, quàm vel mollis aliqua argilla, aut tepefacta cera. Et quidem supra cap. 19. occurrit vox יֶגְהֶרֶם *Iaghem*, ex verbo Oharam, quod ad sapientiam serpentis spectare ibi diximus: his autem est יֶחֱכֶם *Iechchem*, ex radice *Cacham*, quæ, ut docet Hebr. significat diuinarum humanarumque rerum notitia pollere: atque adeo illud *sapientior erit*, perinde est ac si dicat, ex inscio, & ignaro adeo sapiens efficitur, ita ut sapientissimos, & doctissimos quosque exiguet. Alii verò docent illud verbum ex vi sua significare scientiam practicam ex vsu, periculo rerum partam: nam sicut inter iurisperitum & iurisprudentem id discriminis dedit Tullius, quod iurisperitus eum significat, qui iuris notitiam ex sola speculatione adeptus est: iuris autem prudens eum notat, qui præter iuris cognitionem, causarum, ac negotiorum vsum, & experientiam nactus est; sic etiã inter duo verba וְדָרַס, id est, sapere, & יָדַע, id est, scire, hoc discrimen versatur quod hoc ex vi sua significat cognitionem speculatione partam: illud verò præter speculationem addit etiam vsum, & experimentum rerum. Et quidem ita communiter fert hominum ingenium, ut non prius sapiant omnino, ac sibi consulant, quàm proprium malorum experimento edocti sint. Sed in eo præstant hi, qui simplices nimium, ac dociles sunt, cæteris hominibus, quod illi quidem non prius eam sapientiam, quæ חֲכָמָה *Chochmah*, dicitur, assequantur, quàm proprias calamitates, & ærumnas experti sint: his autem aliorum vsus, & experientia fatis est: alienis enim malis edocti non indigent propriis, ut cauti sint.

E

Deinde cum posteriori loco sub illis verbis *sumet scientiam*, lateat vox דַּגְבָּת *Dagbath*, ex *Iadagb*, potest sententia hæc ad commendationem simplicium sic cõformari, ut prior illa pars, *Mulctato pestilente sapientior erit paruulus*, intelligatur de hac sapientia quæ vsu paratur, posterior autem illa, *& si secleretur sapientem, sumet scientiam*, de illa accipiatur, quæ ad theoreticam tantum pertinet; quasi dicat, virum docili ingenio præditum, ut priori modo quasi practicè sapiat, haud opus est

54

illi propriis malis erudiri, ex aliorum enim experientia, & usu sibi usum, & experimentum facit. Ut autem posteriorem illam scientiam, seu theoreticam virtutum capiat, satis est si vel aliquem virum sapientem tantundem sectetur, & illum audiat: nam quæcunque audit, menti facile imprimuntur, & diutius hærent. In viro autem proteruo, & indocili, oppositum experiri licet, nam propriorum malorum usu, & experimento, vix aliquando modo illo practico sapit: & obstinata mente suis opinionibus adhærens, nec dedoceri, nec edoceri posteriori modo se finit. Itaque mens Salomonis est, virum docilem alienis malis, & labore, atque eruditione aliena satis proficere, atque adeo malis, & laboribus propriis non indigere; cum autem, qui indocilis, & proteruus est, nec suis quidem malis, labore, & industria sapere.

55
Caiet.

Caietanus extrema verba sic extulit. *Et faciens intelligere sapientem, capiet scientiam*, id est, docile ingenium alienis malis doctum, tantum scientiæ, & cognitionis assequitur ut eum, à quo didicit facile superet; ita ut suum ipsius magistrum ipse edocere possit. Quod ad superiorem etiam huius scientiæ partem non ineptè trahi potest, ut sensus sit; plus sapit ipse alienis, quàm ille alius propriis calamitatibus, & ærumnis edoctus. LXX. verò posteriorem partem huius sententiæ sic restituerunt, *intelligens autem sapiens suscipiet scientiam*, quæ verba sic necedenda sunt cum superioribus. Vir indocilis, & durus ingenio, tantopere suis opinionibus adhærere solet, ut ad capienda intelligendaque aliorum consilia ne mentem quidem accommodet: contra verò vir docilis intelligit res, atque his intellectis, scientiam suam cumulat.

XII. *Excogitat iustus de domo impij, ut detrahat impios à malo.*

56

EX cogitat, &c. Hebr. *Intelligens iustus ad domum impij, peruertens impios ad malum* (sic legi debet, si verbum ex verbo reddas) sed Pagnin. aliter expressit, *Considerat iustus finem domus impij, & videt quod dominus peruertit impios ad malum*. Chald. *Contemplatur iustus domum impij, & transfert impios ad malum*. LXX. hæc verba ad animum transtulerunt. *Contemplatur iustus corda impiorum, & vilipendit impios in malum*. Schol. *Contemplatur animas*. Symm. & *subuertit impios in malum*.

Vulgaræ nostræ lectionis sententia non est difficilis, *excogitat iustus de domo impij*, &c. id est, Non solum de sua domo curam habet vir iustus, ut domesticos suos in officio contineat; sed etiam post suam, alienæ etiam domui curam impendit, & si qui sunt in ea pravi, & intemperantes, eos ad bonos moros transferre incredibili studio satagit. Primò enim extollit charitatem hominis iusti, quæ non tantum intra domesticos penates concluditur, sed latius patet, & ad alienos lares irrumpit. D. Greg. Nazianz. in Poemate de virginitate, quosdam Patres familias cum testudinibus composuit, quas *domiportas* appellare consuevimus.

Nazianz.

*Testaceo (inquit) pondere lentis
Passibus in morem domiperta membra tra-*
hentes.

Hi ergo sunt miselli quidam homines, qui tam-

A quam testudines semper se intra domum suam continent, propriis, ac domesticis commodis semper studentes, de proximis autem, ac vicinis nihil curant. Non ita vir iustus, sed ultra domum ac familiæ suæ curam, *cogitat etiam de domo impij, ut detrahat impios ex ea*. Similis unicorni, de quo Beda.

Beda.

Edificauit tanquam unicornium sacrificium suum in terra, &c. ex specu, seu spelæo in quo degit, omne virulentum animal abigere solitum, nam cornu, halitus, seu anima, sudor, & quidquid ex illo fluit, venenatis læthale est.

Sed tamen non satis ducit virus omne, ac venenum à domo sua prohibere, sed etiam, ut docet Albertus Magnus, è tota regione, & tractu circum circa serpentes & venenata omnia abigit; ex quo fit, ut multa alia animantia circa illud scrobes, fossas, & diuersoria habeant, quo sint à venenatorum iniuriis secura. Huic ergo animanti adsimilis vir iustus, qui non tantum à domo suâ improborum hominum pestem prohibet, sed etiam ab aliena. Deinde verbum illud, *excogitat*, emphasi non caret, significare enim potest misericordiæ affectum; iuxta illud Pl. *Beatus vir, qui intelligit super egenum, & pauperem*. i. non temerè, sed ex intentione, decreto leuandi miseriam illi succurrit: vel illud *excogitat, seu intelligit*, perinde est atque occupatur, iuxta modum loquendi Hispanis familiarem, *enesto entiendo*, id est hæc res me distinet, ut sit sensus. Iustus non modò occupatur in administranda, & curanda propria domo, sed etiam in curanda, & corrigenda aliena. Denique potest hoc ad mentis disquisitionem referre, id est, non tantum obseruat, & disquirat mala domus propriæ, sed etiam quæ domum proximi infestant. Sed vnde hæc tam accurata iusti sollicitudo in prohibendis aliorum malis? profecto huius tantæ, ac tam sollicitæ curæ optima afferri potest ratio ex vulgari illa paræmia.

57

Tunc tuares agitur, paries cum proximus ardet.

Quia cum malum, aut peccatum quodlibet per se incendium quoddam sit: vbi domum proximi corripuit, verendum est cuiuslibet ne in suam etiam serpat, & ut ait Chrysostomus (alibi à me citatus) cum domus aliqua ruit, solet quidem impulsu suo proximam sibi & coherentem ad similem ruinam pertrahere. Et quidem cum Respublica corpus aliquod integrum conflet ex ciuibus tanquam ex membris coalescens, vbi grauis corruptio, aut tabes vitij cuiuspiam membrum aliquod inuasit, id quod vicinum est facile eandem labem trahit, nisi oculus serpens corruptio acri aliquo medicamento coërceatur. His ergo de causis iustus, non de sua tantum, sed de vicina etiam domo, & familia attentius curat, ut si qui in ea impij sint, discedant longius, ne illius familiæ impietas velut incendium aliquod violentum suam etiam familiam peruadat, ne ruina illius domus suam etiam domum impellat; ne membri illius tabes serpat etiam in suos. Adde etiam non modò id cauendum homini pio, & iusto ob ipsam malitiæ, atque improbitatis naturam, quæ suapte natura serpit, atq; vicina omnia corripit, sed etiam ob timorem Dei, qui solet persæpe, ut ab improbis pœnas sumat, multos etiam innocentes ipsis proximis, & coherentes eorundem pœnis inuoluere: nam ob vnum Acham totum populum grauis plaga percussit, & ob vnum Davidis peccatum vniuersum Israël grauis pestilentia afflixit: & alia eius generis exempla suppetunt.

Sept.

58 Sed licet hæc expositio concinnior sit, & cum Vulgata lectione coherenter, de translatione LXX. aliquid subscribendum est. *Contemplatur iustus corda impiorum, & visipendit impios in malum.* Itaque non ad externas, sed interiores domus rerulerunt, eo enim nomine corda censerunt: quibus accinit D. Bernard. vel si quis alius, qui libellum illum inscripsit, *de interiori domo*, id enim nominis cordi, ac conscientia dedit. At ergo Salomon, iustus ad impiorum conscientias, & animos attentius inspicit, atque illos veluti domos quasdam intuetur assiduis lapsibus ruinosas, totamque interiorem sine cogitationum, siue affectionum familiam intellectibus dissidiis pugnantes, & confligentes; & dum has aliasque istarum ædium interiorum turbas videt, *visipendit impios ad malum*, id est, externam felicitatem, & secundam fortunam impiorum despiciat & quæ ab ipsis bona putantur, malis adnumerat. Nihil enim boni habere putandi sunt illi, qui cum ab externis ad interna reuocantur, & addemum, id est, ad cor, & conscientiam suam sese recipiunt, tot ibi incommoda experiuntur, nemo enim publice fortunatus esse potest, qui domi suæ miser existit.

59 Hebr. à Vulgata lectione discedentes, alias, atque alias interpretationes in hunc locum coniciunt aliqui enim hæc verba sic extulerunt, *Intelligit iustus de domo impiorum, & subuertit impios ad malum.* Id est, iustus apud se deliberat quomodo impios, qui nullis adhortationibus coerceri possunt, de medio tollat & eos perdat in malum & exitium. Itaque piorum hominum proprium studium esse dicit, aut pietati restituere impios, aut eos male perdendos curare. Quod sane studium pium, ac sanctum est: id enim sibi ante alia faciendum propoluerat Dauid cum ait Psal. 100. *Declinantiem a me malignum non cognoscebam, detrahentem secreto proximo suo hunc persequer. In matutino interficiebam omnes peccatores terra, ut disperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem.* Pagninus ne iusto hanc in prauos homines seueritatem daret, in posteriori clausula Dei nomen inferendum putauit hoc modo. *Considerat iustus finem domus impiorum; & videt quod dominus peruertit impios ad malum.* Id est, vir iustus ad presentem felicitatem impiorum non attendit, sed fines illorum contemplatur, ac dum videt malos semper à Deo male perdi, eorum felicitatem & fortunam non admiratur, aut suspicit; sed impietatem & malitiam potius cauet, ac fugit. Denique alij posterius hoc hemistichium nõ ad iustum, sed ad impium referri volunt hoc modo. *Intelligit iustus domum impiorum peruertit impios ad malum.* Quam lectionem capit etiam textus originalis, & sensus est. Iustus apud se cogitat an possit domum impij expurgata malitia ad pietatem traducere, eius, inquam, impij, qui exemplo suo, & adhortatione plures alios ad similem impietatem impellit, hæc enim cura (vt ita dicam) coquit iusti animum: iam ne malitia per plures domos grassetur, ea propter illam in domo aliqua recenter natam coercere, & opprimere magno pere studet.

60 Cæterum omnibus his translationibus ante ponenda Vulgata lectio, nam particula *Le*, quæ hic interpretes in alias, & alias coëgit translationes, non est propositio *Ad*, sed articulus datiuus: quapropter si clausula hæc ad verbum restituenda esset, sic efferri deberet, vt detrahat impios *לרעה* *Letangh*, id est, *male*, in dandi casu, noster autem

A interpres eundem sensum expressit per casum auferendi cum præpositione *א*.

XIII. *Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis: ipse clamabit, & non exaudietur.*

61 **Q**ui obturat aurem suam, Hebr. non dissonant, Chald. *Vocabit quoque Deum, & non exaudietur.* Nam cum possint hæc verba ex his originibus ad Deum, & ad alios homines referri ad Deum vtique retulit Chald. LXX. absolute proferunt, *Et ipse inuocabit, & non erit qui exaudiat.* S. Cyprian. Dei etiam nomen expressit in libro de opere, & eleemosyna.

Sententia huius loci perspicua est, atque adeo interprete non eget. *Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis*, &c. id est, qui omnino occludit aures, ne vox pauperis per ipsas illas ad animum perueniat & ad miserescendum inuitet. (quod maxime quandam tenacitatem significat.) *Qui obturat aures*, &c. concinit hoc cum verbis Dauid, *Sicut aspidis surda, & obrurantis aures suas, vt non exaudiat voces incantantium, & quidem clamores pauperum excantantium voces æmulari haud inepite dicemus.* Inprimis enim auaros cum serpentibus conferri alias non semel diximus ex Apostolorum doctrina Corinth. 1. 3. sic enim habent, *auarus locum serpentis sortitus est, quem aiunt in thesauris cubare, &c.* Ergo serpente istum thesauris asseruandis incubantem pauperis clamor excantare facile potest, dum per aures illapsus ad animum penetrat, & illud ad miserescendum flectit. Sed tamen mira est nonnunquam auaritia astutia, quæ aspidi per omnia similes aures suas obturat, ne audiat voces *beneficentiantium sapienter*, ne scilicet accipiat pauperum clamores, qui vi sua animum nonnunquam, vel nolentem, ad miserescendum cogunt, vel potius reluctantem delinunt. Et quidem aspis aures sic occludit, teste Augustino, alteram quidem terra adigit, alteram verò conuersa cauda opprimit: non alius est auari astus, qui dum alteram aurem terrenis rebus omnino accommodat, alteram verò cauda implet, ad clamores pauperum surdus redditur. Caudam autem vitæ finem appello, hæc enim plerumque auaros cura distinet, angitq; vt nimirum morientes filiis amplum patrimonium relinquere possint, vel ne sibi ante mortem necessaria pereant. Qui ergo hoc modo aures obturat suas, *ipse clamabit, & non exaudietur*, etiam si contentissimas ad Deum voces emittat, tamen non exaudietur. Nam qui Deum ipsum ex paupere clamantem non audit, dignus vtique est vt clamores illius ad eundem missi frustra fiant.

62 **E** *Qui obturat (inquit) aurem suam.* Succedat memoria (si ita libet) Vlyssis celebre facinus, qui ne Syrenarum cantus exciperet, aures suas cera impleuit: fabula enim ita ferebat eam fuisse Syrenicis illius cantus vim & energiam, vt per aures illapsus animas deliniret, atq; molles redderet. Sed enim Hyginus existimauit eo commento Vlyssis cautum ingenium notari, qui non solum minis non cedebat, sed neque precibus flectebatur, nam precum, ac Syrenarum haud dissimilis vis ad emolliendos, & lentandos animos. Quod si preces aliquæ Syrenarum fabulosum

cantum imitantur, tum vel maximè illæ, quas pauperes ad diuites fundere consueuerunt: nihil enim ad delinienda hominum corda potentius est, quàm flebilis, & luctuosa pauperis vox. Sed tamen aduersus vocem istam impietas diuitum Vlyssèm æmulata aures cera occludit, (cera inquam, quæ cum distillato iam melle arida, & insipida est, insuauem immitemque diuitum erga pauperes duritiam aptè notat:) hæc autem eorum aures fortissimè occludit, ne misellorum preces ad viscera illabantur, & animos ad miserescendum alliciât. Age igitur, ô auarè, ac sordide diues, sic accipe; aures tuæ, quas hæctenus immanitatis cera obserauit, actutum reclude, nam fabulosa illæ Syrenes nautas cantu suo ad scopulos, & naufragia trahebant, ac pauperum preces Syrenarum in morem simili quadam vi ad dissimilem finem, hoc est, ad portum tutissimum, hominem traducunt.

63 Ad extremum subiicio illa verba, *ipse clamabit, & non audietur*, non modo ad Deum referri posse, ita vt sensus sit; non exaudietur à Deo; sed etiam ad homines, hoc sensu. Qui ad hunc modum in pauperes sæuus existit, non erit impunis: nam Deus pro meritis illum ad similes angustias adducet, & tunc ipse ad alios homines clamores suos, & preces mittet, stipem postulans, & non exaudietur. Vtrumque sentum verba ipsa recipiunt: sed priorem præferendum existimo cum Cypriano, qui dubiam, & ancipitem verborum significationem addito Dei nomine sustulit.

XIV. *Munus absconditum extinguit iras: & donum in sinu indignationem maximam.*

64 **M**unus absconditum, &c. Hebræa. *Donum absconditum teget furorem*, &c. Chald. *Extinguet iram*. Sicut nostra vox originalis est *נִי גַמ*, id est *opprimet, teget*. LXX. aliter conuertunt. *Munus occultum auertit iras, muneribus autem qui parcit, furorem suscitatur fortem*. Symm. etiam hæret nostræ lectioni. *Munus occultum extinguet iram*.

65 Tres omnino huius loci expositiones apud interpretes reperire licet, quibus, ni fallor, tota illius vis exhauritur. Prima ad iudices pertinet iuxta litteræ sonum. *Munus absconditum extinguit iras*: id est, munus occultè iudici collatum conceptam in reum iram restinguit, ac ne quid in ipsum seuerius statuatur facile impetrat. Subdit, *Et donum in sinu indignationem maximam*. Repetitio est eiusdem sententiæ, inquit Rodolphus: potest tamen vtraque pars sic ordinari, vt diuersa, cohærentia tamen significet, hoc modo. *Munus absconditum, extinguit iram*, id est, munus iudici occultè oblatum, sed nec dum collatum, iram iudicis magnopere placat, ac mitem reddit, *Donum verò in sinu, id est iam acceptum (vulgo embolsado) indignationem maximam*, id est, quemlibet furorem implacabilem lenit, ac temperat. Itaque, *donum occultum*, est donum clam oblatum, quod iudex quidem sperat, sed nondum accepit, *donum in sinu* est munus iam collatum, & acceptum: illud verò vim satis magnam ad deliniendam iudicis iram habet, inquit Salomon, sed hoc maximam. Neque verò Salomon reis suadet iudicium corruptelas: absit, sed iudicibus præcipit, ne se do-

nis, ac muneribus corrumpi sinant, ne iuris rigorem, & seueritatem abicere cogantur. Sed interim expendenda est vis illius verbi *extinguit iram*, aliàs *opprimet iram*. Ira quidem, ac furor à Iudice contra reum conceptus ignis esse fingitur, imò quolibet igne acrior: hunc ergo ignem munus sine exceptum & inclusum restinguit, atque opprimit. Sed tamen obserua maximam munerum vim. Ignis, si omni ex parte includatur, ac nullus illi ad superiora emergendi locus fiat, cum paruus est, ac debilis, extinguitur, cum magnus atque fortis, ingentes etiam moles eleuat, vt sibi ad superiora euadendi viam aperiat. Cogita igitur tantam esse munerum, vt ita dicam, molem, ac pondus, vt igneam iræ vim non modo cum parua, ac debilis, sed etiam cum magna, & ingens est, veluti interclusam opprimat, & restinguat: sic enim habes, *Et donum in sinu indignationem maximam*.

Potest etiam aliter locus exponi, ita vt prior clausula à posteriori dissideat, nam priori quidem loco pro dono subest in primitiuis *מתן Matham*, posteriori verò *סוּחָד Sohad*: ex Hebræis autem aliqui inter hæc duo nomina id interesse existimant, quod *Matham*, donum quodlibet etiam exiguum sonat, *Sohad* verò non nisi ingentem largitionem. Itaque iuxta hanc obseruationem sensus sic institui debet, *Munus absconditum extinguit iras*, &c. id est munus, inquam, scilicet *Matham*, id est, donatio quantumuis exigua, iudicis iram, & seueritatem lenit, donum verò, *Sohad*, ingens videlicet largitio, maximam quamque indignationem temperat: itaque iuxta mensuram doni animus iudicis mitis, ac placidior redditur.

66 Secunda interpretatio hæc verba cum superioribus nectit, atque adeo de misericordia atque eleemosyna capienda esse suadet: tamen non vnus exponendi modus occurrit. Aliqui enim (in his Rodolphus) comparisonem quandam non insulsam hinc agnoscunt, ad hunc modum. *Munus absconditum extinguit iras, & donum in sinu indignationem maximam*: id est, Quemadmodum reus munere clam oblato iudicis seueritatem flecit, ita etiam Deus eleemosynam in paupere accipiens, indignationem, ac furorem aduersus grauissima scelera susceptum omnino exuit, ac misericordiam, & lenitatem induit. Comparatio est accommodata, & vera sententiæ; nam Deus sese quodammodo eleemosynis corrumpi finit, & diuini iudicij seueritatem liberalitas in pauperes flecit. Atque ea de causâ Christus Dominus Luc. 11. in extrema illa piorum, & impiorum absolute & damnatione, quantum eleemosynæ, ac misericordiæ deferat ostendit cum ait, *Venite benedicti patri mei, &c. Esurius enim & dedistis mihi manducare*: & ad reos conuersus, *Ite maledicti in ignem æternum, &c. esurius enim, & non dedistis mihi manducare*, &c. Significat ergo Christus semetipsum tunc cum iudicem ageret seuerissimum, nulla alia ratione (liceat sic dicere) corrupendum & ad lenitatem adducendum, quæ donis atq; muneribus in pauperes erogatis: hæc enim ipse pro sibi collatis ducit. Rursus idem Deus, ac Dominus Christ. Ies. iudicij illius seueritatem, & magnitudinem exaggerans alios sibi iudices adiungit (quos iuxta fori locutionem Iudices Adiuctos vel Assessores appellare licet) qui nimirum secum vnà in totam hominum vniuersitatem sententiam dicturi sunt. Sed quinam isti? non alij certè nisi pauperes, & egeni, sic enim ait. *Amen dico vobis, quod vos, qui reliquistis omnia, & secuti*

estis me, cum sederit filius hominis in sede maiestatis sua, sedebitis & vos super sedes etiam indicantes duodecim tribus Israel. Sed quorum pauperibus iudicium demandat? Non alia de causa, nisi ut diuitibus notum fiat, se istius modi iudices donis, ac muneribus promereri posse.

68

Sed licet isthæ comparatio haud ineptè hîc fingatur, tamen non sine lepore locus integer ablata comparatione de viro misericordie accipi potest, *Munus absconditum*, &c. eleemolyna quæ pauperi clanculum datur iram Dei in peccatores conceptam restinguet. Rationes autem propter quas occulta eleemolyna Deo imprimis placet, alibi attigimus, sed nunc amplius inculcandæ. Primum eleemolynæ, quæ clam offeruntur superbiæ flatus exciunt. *Munus* (inquit) *absconditum extinguit iram*. Pende discrimen largitionis occultæ, atque publicæ. Publicam sanè veluti lucernam quandam ventis expositam inanis superbiæ aura restinguere solet, ne luceat coram Deo: Occulta verò ipsamet diuinæ iræ peracrem flammam opprimit, atque extinguit. Appositè quidem ad hanc sententiam transtulit August. Sareptanæ viduæ exemplum in serm. de Heliseo vbi sic habet. *Quod autem ait scriptura clauso ostio viduam illam oleum in vasis infudisse, hoc significauit, ut vnusquisque eleemosynam clauso ostio faciat, id est pro solo Dei amore. Id est, non ideo, ut laudetur ab hominibus, sed ut apud Deum inuenire gratiam mereatur: qui enim pro laude hominum eleemosynam facit aperto ostio facit, quia apertum omnibus ventis patet. non potest autem misericordie atque charitatis flamma tot inter ostia ventis peruia non periclitari. Non solum autem eleemosyna abscondita Dei gratiam inicit, sed etiam pauperi ipsi grauior est (inquit Augustinus) quia illam clanculum accipiens non erubescit, quæ enim publicæ distribui solent eleemosynæ sæpius ruborem afferunt accipientibus. Huc spectat etiam viduæ illius industria, quæ dum clauso ostio stillam olei exiguam in vasa etiam magna infundebat, subito incremento vasa redundabant, ut inde innotesceret pauperes qui nomine vatorum significatur, si clâ & occultè subleuentur, exiguis largitionibus expleri: maiorem enim illis voluptatem affert parua, & occulta, quàm magna & publicè ostentata donatio.*

Aug.

69

Ait igitur Salomon, *Munus absconditum extinguit iram, & donum in sinu indignationem maximam*. Succedat memoriæ illud discrimen, quod nuper obseruauimus inter *munus* & *donum*, vel potius inter *Matham*, & *Sochad*. *Matham* quippe exiguum, & ignobile donum, *Sochad* verò magnam atque generosam aliquam largitionem sonat, atque lentus erit. *Munus* quantumlibet exiguum pauperi clam oblatum iram Dei temperat, quam ob leuiore culpas concepit. At magna & nobilis largitio eidem exhibita, maximum quamque Dei indignationem ob grauissima scelera conceptam lenit, ac placat. Itaque ea mensura Dei ira decrescit, qua beneficentia in pauperes crescit. Quod etiam per viduæ factum innui voluit Augustinus, supra. *Considerate*, inquit, *fratres defecit oleum, & vidua debitum creuit, creuit oleum, & perit debitum*. Per oleum eleemosynam & misericordiam intelligit, quæ dum crescit omnia hominis quantumuis ingentia debita, & peccata delet. Sed obseruanda est illa vox, *extinguit*, significat enim iram Dei veluti ignem eleemosynis sopiri; accinit illud, *Sicut*

Aug.

Aqua extinguit ignem, &c. ita eleemosyna extinguit peccatum. Eccles. 3. At, inquires, eleemosyna quidem olei ad instar obtinet: Oleum autem ignem non extinguit, sed alit. Appositum est exemplum calcis ad huius solutionem dubioli: calx enim aqua infusa ignem concipit, oleo infuso sopitur. Ad eundem modum in peccatis accidit, quæ calcis in modum Gehennalis incendii ardores in semetipios contegunt, in his enim aqua, nempe charitatis frigus, flammam illam sempiternam excitat, oleum verò, id est eleemosyna, & charitas, consopit, atque opprimit. Sed tamen D. Cyprian. eleemosynæ etiam aqua vim tribuit in sermo. de opere, & eleemosyna. *Sicut aqua extinguit ignem, &c. His quoque ostenditur & probatur, quia sicut lauacro aqua salutaris Gehenna ignis extinguitur, ita eleemosynis delictorum flamma sopitur: & quia semel in baptismo remissio peccatorum datur, assidua, & ingis eleemosyna baptismum imitata Dei rursus indulgentiam largitur*. Mitto alia.

Cyprian.

Tertiam expositionem offert nobis translatio LXX. quæ sic habet. *Munus occultum auertit iras; muneribus autem qui parcat, suscitatur iram fortem*. Ex his constat LXX. illa verba & *donum in sinu*, non ita accepisse ut significant donum in sinu pauperis missum, sed donum in sinu diuitis auari retentum; sensus autem est luculentus, siue ad iudices, siue ad eleemosynas referam. *Qui parcat* (inquit) *muneribus suscitatur iram fortem*. Quasi dicat, Liberalis extinguit, auarus excitat Dei iram, ille quidem infusa aqua extinguit, hic verò subiectis lignis, & assiduis flatibus accendit: tunc enim ligna subijcit, cum diuitias ex auaritia multiplicas innumeris peccatis materiem administrat, tunc verò flatibus assiduis ignem excitat, cum ob suarum copiarum affluentiam superbit, & pauperes despiciat. Pergo ad alia.

70

XV. Gaudium iusto est facere iudicium,
& pauor operantibus iniquitatem.

Gaudium iusto, &c. Hebr. *Et contritio omnibus operantibus iniquitatem*. Chaldaus concinit cum nostro Vulgato. LXX. *Latitia iustorum facere iudicium, sanctus autem immundus est apud malos*.

71

Non vna huius loci expositio occurrit. Bedæ; Hugo, Dion. & alij sic habent, *Gaudium iusto est facere iudicium*, id est, iustis opera iustitiæ, & pietatis exequi iucundum est; & *pauor operantibus iniquitatem*, nimirum ex aduerso impiis scelera sua perficere, graue & molestum est. Itaque inter probos, atque improbos id discriminis interesse docet Salomon, quod probi cum voluptate operantur improbi cum dolore, ac molestia. Huc spectat graue Aug. pronunciatum in sceleratos, quos culpas suas tãquam viperas eniti affirmat; quia nimirum peccata seu Genimina viperina cum patiuntur, animam ipsam perforant, & cor pertundunt. Vox autem originalis, quæ subest illi *pauor*, &c. est מִתַּחַת *Mechichab*, quæ aliquando nixum doloresque patientium notat. Itaque verba illa, & *pauor*, seu, *contritio operantibus iniquitatem*, hoc sensu efferi possunt, impiis scelera sua quodammodo enituntur, culpas scilicet ingenti

cum dolore parturiant. At enim culpæ alicuius nixus humani partus angustias longè superat, nam in partu naturali fœtus cum voluptate suscipitur, & dolori etiam succedit gaudium, & voluptas: sic enim Christus Dominus. *Mulier cum parit tristitiam habet, sed postquam peperit, iam non meminit pretura propter gaudium, quia natus est homo in mundum.* At in hoc culpæ infelici partu, vel potius abortu, primò peccati fœtus cum labore, & dolore concipitur, (sic enim Vates Psal. 7. *Concepit dolorem, & peperit iniquitatem:* & Iob. 15. *Concepit laborem, & peperit iniquitatem.*) Deinde edito iam crimine, nouus, atq; grauior ingruit dolor, & angor, qui conscientiam scruissimè torquet. Audi Iacobum cap. 1. *Concupiscentia cum conceperit parit peccatum, peccatum verò cum consummatum fuerit generat mortem,* &c. Ex aduerso, *Gaudium est iusto facere iudicium,* Gaudiū, inquam in conceptu, in partu, & à partu: animus enim gaudet cum aliquid boni facere decreuit, gaudet cum decretum exequitur, & sub executionem demum læticia gestit (licet sic dicere) quia natum est bonum opus, non quidem in mundum, sed in cælum, vbi amplissima illud retributio manet.

Psal. 7.
Iob. 15.

Iacob. 1.

72. Secunda interpretatio Ianfenij sic habet. *Gaudium iusto est facere iudiciū* id est, bene agere, nā secundum pietatē, & honestatē viuere virum iustum mirifice delectat, ac recreat, sed tamen eius bona, & pia conuersatio angit, vexatque eos, qui improbam vitam agunt: & pauor, seu, *contritio operantibus iniquitatē:* nihil enim fere est quod magis torquat improbos, quàm proborum honesta viuendi ratio; hæc enim eorum scelera palam damnat & traducit. Et quidem aptè etiam huic sententiæ accommodatur significatio vocis *Mechithab*, id est, dolor parturientis. Nam improbi omnes quoties iustos piè, ac sanctè viuētes eorumq; fœlicitatē vident, pietatis etiam, virtutisque exercendæ desideria concipiunt, sed animus recta exequi non valens parturientis in modum laceratur, ac discerpitur, quadrantq; in ipsos verba illa 4. Reg. 19. *Venerunt filii vsque ad partum, & non habet vires parturiens.*

73

Tertia expositio perplacet Rodolpho, qui vt locus iste cū superiori cohareat, nomine *iudicii*, vel *iustitiæ*, eleemosynam, seu misericordiam accipiendam esse docet; de qua significatione non semel aliàs diximus: Sensus autem sic habet, *Gaudium est iusto facere iudicium* id est, vir pius ac liberalis bona sua pauperibus erogans impensè delectatur, sed pauor his, qui operantur iniquitatem. Auaros, ac sordidos intelligit, eos nimirum, qui opes auarè seruant, pauor, ac metus concutit amittendi: de quo metu alibi non pauca diximus, nunc verò sic accipe. Auaris certe nulla res maiorem metum amittendi res suas incutere debet, quam quod ex illis pauperibus non largiantur. Nam pars illa, quæ mendicis impenditur, reliquas fortunas incolumes, ac securas esse iubet. Ad hanc sententiā trāstulit D. Thom. in opusculo de eruditione Principis, similitudinē ductam à sanguinis missione (nota est Aristotelis, & Tullii sententiā, qui diuitias, & pecunias cum sanguine contulerunt, quorum verba alibi dedimus.) Sicut ergo corpora multo sanguine turgentia, ait Sanctus doctor, (sententiā coerceo, ac verba missa facio) misso sanguine leuari solent, & pars sanguinis missa, eam, quæ in venis manet, à corruptione & tabe vendicat: sic etiam diuites multis facultatibus affluentes tamquam

Arist.
Cic.
D. Thom.

A infirma & multis morbis obnoxia corpora liberales eleemosynæ leuant, fitque tandem vt ea pecuniarum quantitas, quæ effusè in pauperes erogāt, reliquas facultates ab omni iactura vèdet. Rursum quemadmodum si è cōtra venis plurimo sanguine turgentibus nulla eiusdem missio fiat, totus sanguis tabescit, & corrumpitur: sic etiam diuitiæ si affluant, & nullæ ex his eleemosynæ impenduntur, omnes quidem malè pereunt. Eapropter auarus, qui opibus suis sordidè parcit, suarum fortunarum amissionem nunquam non metuere debet. Aptè ergo Salomon, *Pauor his, qui operantur iniquitatem.* Pagnin. *contritio*, &c. Rabbi Samuel, *Ruina his, qui operantur*, &c. sanè contritio euenire solet ex ruina magna; ei verò, quæ ex magna ruina contingit, contritioni, sanguinis missione subueniri consuevit. Idipsum de diuitum auarorum rui, contritionibusve concipe, eorum enim peccata, & lapsus hoc leuamento indigent. Ad hæc auaris etiam accommodari potest significatio illius vocis *Mechithab*, id est dolor, vel angustia parientis, vt sit sensus, *Vir pius, ac misericors magna cum voluptate bona sua largitur, auarus autem, & illiberalis, quoties aliquid ipsi donandum est, dolet, cruciatur & angustias parturienti similes experitur, ac si quid demum necessitas extorquet, abortus ille est non partus, atque veluti coactum statim perit.*

C Quarta demum interpretatio, quæ reliquis præferendam esse existimo, sic habet, *Gaudium est iusto facere iudicium.* Illud *facere* capiendū est passiuè, id est, *feri*, quod aliàs in scripturis passim accidit, ita vt sensus sit, *Gaudium est iusto facere iudicium.* Iustus scilicet, cū videt superiorem, ac Principem iustè agere, ac subditos suos in officio continere, gaudet vtique, ac gestit, quod ex aduerso metum & pauorem maximum improbis incutere solet. Quid certius? Ille gaudet quia immunis est à delicto, hi pauent, ac metuunt, quia eisdem sceleribus obstricti, eam, quæ aliis iustè infligitur pœna, sibi quoque à iusto, & senero iudice imponendam timent. Redeo ad significationem *Mechithab*, id est, *Angustia*, vel, *dolor parturientis hos, qui operantur iniquitatem.* Orig. Hom. 2. in Iosue, legem cum *obstetricis*, acutè cōposuit quia nimirum reluctantes subditorum voluntates ad vitam, & mores secundum rationem, vt ita dicam, pariendos, obstetricis in morem iuat. Cogita ergo in omni homine etiā improbo, voluntatem rectis consiliis, & cogitationibus bonos mores suadentibus grauidam, ad bonam, honestamque vitā pariendam numquam non stimulari. Ergo dum adest superior, ac Princeps aliquis iustè agens, & seueritate sua subditos virgēs, actutum improbos omnes dolor quidam, & angustia parturienti similis inuadit, illos nimirum ad bonos mores, etiam cum dolore, & molestia pariendos præceptis, ac legibus obstetricantibus superioris seueritas cogit.

74

Origenes.

XVI. *Vir, qui errauit à via doctrinæ, in cætu Gigantum commorabitur.*

Vir, qui errauerit, &c. Hic sanè occurrit vox illa רפאים Rephaim, de cuius ancipiti significatione sæpè aliàs dixi, nara cūm hîc, & alibi passim interpretes nostre, gigantes reddat, sæpè aliàs, demones, aliquando mortuos, non semel, Medicos transfert. Ergo si hæc

75

hæc verba ad origines reuocentur sic efferri possunt, vir qui errat à via intellectus, in concione, vel cœtu *gigantum*, vel *mortuorum*, vel *dæmonum*, requireret (has omnes translationes capit iste locus: at aliæ ab aliis vsurpatæ sunt.) Chaldæus, *Filius hominis, qui errat à via intellectus, cum filiis terræ commorabitur*. Septuaginta, *Vir errans à via iustitia in synagoga gigantum requiescet*. Symmachus *θεωμάχων*, id est, *in cœtu eorum, qui cum Deo pugnant*, eodem sensu.

Vna est omnium interpretum mens ad hunc modum, *Vir qui errat à via doctrinæ*, &c. via doctrinæ, aut intellectus dici potest rectæ rationis iudicium, aut honestatis exercitium: Ergo sic aiunt. Quicumque ab eiusmodi via deuius abierit, *in cœtu mortuorum*, id est, damnatorum, aut *gigantum*, hoc est dæmonum, tandem aliquando veniet. Fortasse autem Salomon his verbis ad antiquum Hebræorum morem respexit, qui sepulchra mortuorum extra urbem in lyluis defodere consueuerant: loca autem sepulchris destinata plerumque erant à publicis viis tantisper discreta, & remota: ita tamen vt quicumque vias publicas, & regias desereret, non longo interuallo in sepulchra, & tumulos mortuorum incideret. (Exploratum est hoc ex his, quæ diximus supra capite 2. vers. 18. Ergo sententia hæc per comparisonem efferenda est ad hunc modum. Sicut is, qui publicam, & regiam viam deserit, ad mortuorum sepulchra ocius deuenit: sic etiam ille, qui rectæ rationis, aut honestatis viam planè regiam, & certam dimittit, in mortuorum cœtum discedit, vt vna cum ipsis pereat. Hæc sanè videtur facilis, & procliuis expositio, si pro gigantibus mortuos subiiciamus: ita vt Salomon his, qui ab honestatis recta via aberrauerint, maturam, & præcocem mortem interminet venusto schemate.

Quod si Gigantes retineamus: Ego quidem ita reor per viam doctrinæ, aut intellectus, non pietatis exercitium, aut rationis rectum dictamen accipi, sed id quod sonat, scilicet veram, sanamque doctrinam in his, quæ ad religionem, & mores spectant: ita vt sensus sit, *Vir qui errauerit à via doctrinæ*, id est, hæreticus, aut falsorum dogmatum assertor, qui veræ, ac sanæ doctrinæ regiam viam dimiserit, *in cœtu Gigantum commorabitur*. (nomine Gigantum dæmones accipere licet) id est, *in cœtu dæmonum commorabitur*, non solum quia apud gehennam cum dæmonibus torquendus erit: sed etiam quia in hac vita dæmones socios, amicos, parentes, & magistros habet. Athanasius contra Arrianos. *Hæretici* (inquit) *circumeunt vt Scarabæi cum patre suo diabolo, causas iniquitatis vnde cunque aucupantes*. Alibi etiam eisdem diaboli amicos, & discipulos appellat. Sed audiendus est Gregor. Nazian. Orat. 48. vbi in conuentum hæreticorum hæc iactat. *Chorus ille diaboli propugnaculum erat, ibi exercitum sibi construxerat, ac defensores, & satellites suos in eo collocarat. Hic mendacij exercitus, fraudis propugnatores, dæmonum expeditio, immundorum spirituum legiones. Ac (si etiam externorum nominum aliquid vsurpare licet) ibi prauus furiarum exercitus aduersus Ecclesiam bacchatus est (sic enim vt feminas eas appellem, adducor, quæ supra naturam ad malum viriles se præbent.)* Itaque in eo hæreticorum cœtu, in quo viri cæcodæmones imitantur, feminas furis quam simillimas esse docet Gregorius. Et in Orat. 4. ipsomet dæmones incrudelitate ab hæretico vinci affirmat. *Hoc (ait) ne dæmones ipsi fecerunt, atque adeo incredulitate dæmones ipsos superas. Ad hæc*

A Chrysost. in hom. cōtra hæreticos. *Diaboli nequitiam in hæreticis duplam quodammodo esse affirmat.* Chrysost. Hinc etiã Auth. Imperfectus hom. 44. in Matth. ad illa verba, *Facis eum filium gehennæ duplo quã vos*, sic attexit. *Qui transit ad hæreticos duplo fit filius gehennæ: primum quidem quia veritatem, quam tenebat, reliquit: deinde quia factus est aduersarius veritatis. Qui enim in erroribus natus est, & in erroribus permanet, in simplo est filius gehennæ: qui autem natus in veritate propter aliquam causam ad perfidiam migrat, duplo fit filius gehennæ.* Parum ergo est istiusmodi hæreticos *Gigantes*, id est, *terram filios* dicere, cum gehennæ, & orci filios eisdem compellare liceat, non simplos sed duplos, duplo videlicet maiores, nam cum dæmones filij gehennæ sint, illi quidem (liceat sic dicere) simpli, hæretici verò dupla magnitudine præditi sunt: atq; adeo cum dæmonibus collati Gigantes dici debent. ac dæmones cum ipsis compositi, Pygmæi.

Vel aliter, pro Gigantibus, *mortuos* subiicere licet, vt sit sensus: *in cœtu mortuorum commorabitur*, non solum quia mors illum manet æterna: sed etiam quia hæreticus, & falsi dogmatis assertor inter viuos adhuc agens mortuus est. August. serm. 186. de tempore. *Contingit quidem vt in corpore: nã si de corpore aliquod præcindatur membrum, manus, digitus, aut pes, nunquid præcisum sequitur anima? Certè cum in corpore esset, vivebat, præcisum amittit vitam: sic, & homo Christianus Catholicus est dum in corpore: præcisus hæreticus factus est membrum amputatum, non sequitur eum spiritus, & anima.* Merito ergo in mortuorum cœtum referatur, qui eo spiritu caret, qui Ecclesiæ membra coniuncta inanimat, ac vegetat.

Denique si Gigantum nomine illos accipiamus vastè magnitudinis homines, possemus quidem primò ad superbiam referre hoc sensu. *In cœtu Gigantum commorabitur*, id est, cum illis hominibus connumerabitur, qui superbia maxime tumet: nam teste Augustino, superbia cunctatum hereseon parens existit, imò potius hæreticorum mater est. Nam in libro contra Epistolam Manichæi cap. 6. sic habet. *Quid hoc esse causa arbitramur, nisi quia illa superbia mater omnium hæreticorum impulsit hominem, &c.* Succedat etiam memoria, quod nuper diximus, hæreticorum patrem non alium esse nisi diabolum. Igitur ex patre diabolo, & matre superbia factos filios Gigantes esse necesse est, quos scilicet fastus, & arrogantia vana elatione supra humanam mensuram atollat. Sed audiendus est Gregorius Nazianzen. qui Gigantum originem aliter recensens, eorundem natiuitatem hæreticis venustè accommodat, in orat. 33. *Quid tandem est, quod vnius diei momento sanctos fingis, & Theologos creas, eruditionem ipsis velut inspiras, & multa imperitè doctorum conciliabula facis? Cur aduersus fidem crabrones excitas? Cur dialecticorum agmen nobis ex tempore producis, non aliter ac fabulæ olim Gigantes? Gigantum vero fabulam, cuius hîc meminit Gregorius, scribit Nicetas ad hunc modum. *Nicetas.* Ferunt Cadmum Agenoris filium apud Thebas Beotie urbem draconis à se prælio interfecti dentes in terra sparsisse, atque hinc è terra existisse Gigantes homines, à capite ad femur vsque armatos, qui eodem die quo editi sunt, inito prælio, se ipsos mutuis vulneribus consecerunt. Hæc ille, quæ in mores hæreticorum aptissimè cadunt. Nam primò ex his plerique olim Grammatici vnius diei periodo ex tempore Theologi euaserunt. Hi rursus nedum nati fuerunt, cum incredibili sententia;*

Nazianz.

rum varietate distracti inter se configere, & alter alterius iugulum petere cœperunt. Isti demum sunt Diaconis propagines, id est, diaboli germen. Quid plura? Idem Gregorius Nazianzenus de Gigantum sobole sic scribit. *Gigantum acerbi, atque immanes fœtus, ac soboles, Hydra, Chymera, Cerberi, Gorgones* (sic habet in orat. 3. contra Iulianum.) Hæc omnia ex fabulis petita sunt, quæ tradunt Gigantes hæc monstra progenuisse: quæ soboles hæreticis quoque aptari potest. Horum sanè horrenda proles Hydra.

Athanas.

Audi Athanasium sermone quarto, contra Arrianos. *Quemadmodum in fabulis Ethnicorum celebrata Hydra, sublati prioribus serpentibus, aliisque pullulantibus, peruisaciter contendebat, nouo semper obiectu anguim contra illum, qui ipsi serpentes suos abscindebat. Ita quoque isti execrabiles homines animo ethnico detecti ab illis, quæ obiciebant, noua comminiscuntur: quippe qui post tot refutationes, quibus vel diabolus ipse horum pater uictus, confususque retrò abisset, rursus ex peruerso corde noua alia adinueniunt, &c.* Ambrosius verò non hæreticos, sed hæresim ipsam cum Hydra contulit libro primo, de fide ad Gratianum. *Hæresis* (inquit) *velut quædam Hydra vulneribus suis creuit: & dum se perciditur, pullulauit, igni dedita, incendioque peritura.* Respicit autem Ambrosius fabellam aliam, quæ narrat Hydram ab Hercule igne subiecto necatam: hoc enim supplicio in hæreticos animaduertit Ecclesia. Adde etiam Cassianum in libro primo de Incarnatione, qui postquam fabulam proposuit ad hunc modum uenuste accommodat. *Ita etiam hæreses in Ecclesiis illius, quam Poëtarum commenta finxerunt, Hydra similitudinem referunt: istæ enim aduersum nos linguis feralibus sibilant: istæ uirus lethale iaciunt: istæ sectis capitibus renascuntur. Sed quia resurgente morbo, non debet cessare medicina, & quanto maior fuerit agritudo, tanto instantior debet esse curatio. Potens est Deus noster, ut quod Hydra illius Gentilium falsitas finxit, hoc in Ecclesiarum bellis ueritas peragat, ut ignitus sancti Spiritus gladius in extinguenda nouella hæresi omnes penitus medullas perniciose generationis exurat, ut tandem prodigiosa fœcunditas, morientibus uenis, parere desistat.* Hæc de Hydra. Alterum Gigantum fœtum Chimeram fuisse docet Nazianzenus: hanc hæresi quàm simillimam ipsa illius forma satis ostendit, nam Chimeram triforem, & ignem spirantem fabulæ comminiscuntur: tertia uerò illius proles Cerberus triceps: quæ duo hæresim, atque hæreticorum multiformes sententias optimè adumbrant. Ob eam causam hæc, & alia monstra in vno Iuliano contemplatur Nazianzenus orat. tertia. *Aqui Hydram nemo unquam lenem, & mansuetam esse dixit, quod nouem capita pro uno proferret: nec Pataticam Chimeram, quod tria, ac diuersa, ut maiorem terrorem afferret, aut illum apud inferos Cerberum, quod totidem, ac similia: aut Scyllam, æquoream pestem, quod sex in orbem, maximèque horrenda: & tamen superiores ipsius partes suaves, & humanas fuisse narrant, nec aspectu iniucundas (virgo enim erat:) at reliqua capita canina erant, & belluina, atque omnino perniciose, classes totas corripientia: nec quantum ad periculum ab opposita Charybdi quidquam differentia.* Hæc Nazianzenus in Iulianum Apostatam iactauit, ut quàm dissimiles illius de religione sententias his similitudinibus adumbraret, & infidelitati impietatem adiun-

Ambros.

Cassian.

Nazianz.

ctam esse monstraret. Quid plura? Reliqua certè seu fabulosa, seu vera, quæ de Gigantibus circumferri solent, hæreticis, seu falsis dogmatum assertoribus aptare facile ac pronum est: scilicet Gigantomachiam, seu eorum cum Ioue prælia montes montibus impositos, fulmina item à Ioue in ipsos iaculata, Briaræos, Centimanos, Cotos, Gyges, & Encelados anguipedes, unde constat eos in cœtu Gigantum commorari.

B

XVII. Qui diligit epulas, in egestate erit: qui amat uinum, & pingua, non ditabitur.

C

Qui diligit epulas, &c. Hebraicè. *Vir egenus, qui diligit lætitiã: & diligens uinum, & oleum, non ditabitur.* Chaldaeus, *Vir egenus est, & diligit lætitiã, & uinum, & unguentum, hic non ditabitur.* Translatio Septuaginta singularis est. *Vir egenus amat lætitiã: diligens uinum, & oleum ad diuitias.* Symmach. *Vir* (inquit) *egebit bonis, eodem sensu.* Aquila, Symmachus, & Theodotio cohærent cum Vulgatis.

D

Si sequamur translationem Chaldaicam, sensus est luculentus, *Vir egenus est, & diligit lætitiã, & uinum, & unguentum, hic non ditabitur.* Si quis nimirum egestate premitur, & delicias nihilominus impense diligit, hic certè nunquam ex paupere diues euaserit, nemo enim absque magna contentione, ac labore, & paupertate ad diuitias transit. Quid certius? Sed, ni fallor, hæc interpretatio obuiam valde, & vulgarem sententiam claudit, atque adeò tantisper languescere uidetur.

E

Septuaginta translatio obscurior est. *Vir egenus amat lætitiã, diligens uinum, & oleum ad diuitias.* Quæ uerba non vno sensu donari possunt. Primus erit eiusmodi. Homo ille, quisquis paupertate angitur, optat impensius paupertatis angores deponere, & lætitiã inire: & ob eam causam uini atque olei copiam expetit, ut ex his ditescat, & angoribus suis succurrat. Quod perinde est ac si dicat, Pauper non alia ex causa diuitias auidè exoptat, & conquirat, nisi quia hæc lætitiã mœrenti animo inspirant. Possuntque illa uerba, *diligens uinum, & oleum ad diuitias*, per quandam comparisonem edisseri, ut sit sensus. Propterea pauper opes cupit, quia hæc illi pro uino, & oleo: nam uini ad instar animum lætificat, & olei in modum eundem animum deliniunt. Et quidem appositè ad hanc sententiam diuitias cum uino Aristoteles composuit, apud Stobæum. *Ut ab eodem* (inquit) *uino alij inebriantur, alij læti, & placidi redduntur: sic à diuitiis alij aliter afficiuntur: nimirum alij curis, alij lætitiã implentur.* Eodem recidit alia Sorcratis sententia apud eundem. *Vina immurantur cum uasis: diuitiæ uerò pro moribus possidentium variantur,* sermone nonagesimo quarto, id est, sicut uinum in quibusdam uasis ocyus accessit: in aliis uerò in plures etiam annos incolume seruatur: sic etiam diuitiæ quosdam homines metu, curis, & mœroribus implent: alios

79

80

Stobæus.

verò lætitia, & suauitate perfundunt. Rursus A olei, ac diuitiarum non dispartatio. Plutarchus in vita Periclis. *Sicut oleum lucernæ infusum ignem alit lumine suo tenebras discutientem: sic etiam diuitiæ ampliores lætitiæ nutriunt, curas, & mærorem exterminantem.*

Plutarch.

Si autem isthæc displiceat interpretatio, locus sanè intelligi debet, non de nimia affluentia, sed de sufficientia diuitiarum opportuna: ita vt sensus sit, *Vir, egenus amat lætitiæ, diligens vinum, & oleum ad diuitias*, id est, vir, pauper, qui vini atque olei non plus desiderat, quàm id quod sibi satis est ad diuitias (nam vt aliàs non semel dixi, sola sufficientia, cupiditate ablata, diuitiarum nomine gaudet) hic, inquam, solus amat lætitiæ, hoc est, vitam cupit voluptatibus, ac deliciis plenam: nam quot B quot nimiam copiarum affluentiam affatim concupiscunt, non lætitiæ, sed curas, metus, mærores, & angores optare dicendi sunt. Vel si ad præmissam comparationem redeamus, ille sanè quisquis paucis contentus, opes ad victum opportunas tantummodo exoptat, huic quidem opes pro vino atque oleo futuras dixerim: nam vini in morem animum lætitiæ afficient, & olei ad instar lucem alentis, curarum, atque mærorum tenebras discutient. Est autem vtraque similitudo ad prædictam sufficientiam commendandam appositissima. Nam sicut vinum temperanter haustum cordi lætitiæ, & stomacho robur affert: idem verò intemperanter ebibitum ebrietatem, & veternum adducit: sic etiam diuitiæ paræ, ac sufficientes, voluptati sunt: at verò ingentes, & immodicæ opes hominem dementant, curisque, ac solitudinibus implent. Rursus veluti oleum parçè instillatum ignem ex elychino splendens alit; idem verò immodicè affusum ignem extinguit: Sic etiam diuitiæ non magnæ voluptatem innutrient; ingentes verò copiarum gaudium omne restingunt.

Cæterùm difficile est vulgatam nostram lectionem ad præmissas interpretationes vocare: tota enim ad decoctores spectare videtur. *Qui diligit epulas, in egestate erit: & qui amat vinum, & pinguis, non ditabitur.* In Primitiis est, *Qui diligit lætitiæ, &c.* Sed vt prior pars cohereret cum posteriori, noster Interpretes nomine lætitiæ eam intellexit, quæ epulis, ac comestationibus largioribus euenire solet. Itaque sensus sic restituendus erit. Loquitur Salomon de diuite, ac paupere, & de illo quidem sic fert. *Qui diligit epulas, in egestate erit*, id est, ditissimus quisque si lautioribus epulis, & splendidioribus conuiujs sese dedat, decoctis maximis facultatibus, in egestatem, & angustias decidet: *& qui amat vinum, & pinguis, non ditabitur*: Si quis scilicet est pauper, & indigus, & alioquin vino, & vnguentis gaudet, hic sanè nunquam aggestis facultatibus ditescet. Quasi dicat, omnem epulis lautioribus deditum hominem pauperem esse necesse est: nam is, qui olim diues erat, ocyus in paupertatem, & angustias veniet: is verò, qui prius inops fuerat, nunquam locupletatur. Per *vinum* autem, & *pinguis*, omnem splendidissimi conuiujs apparatus intelligi Salomon. In Primitiis est. *Qui amat vinum, & oleum*: nomine autem olei vnguenta significantur prætiosa, quorum vsum in conuiujs nemo ignorat.

XVIII. Pro iusto datur impius:
& pro recto iniquus.

Pro iusto, &c. Hebraicè ad verbum. *Propitiatio iusto impius, & pro rectis prauaricator.* Sept. hanc clausulam neclere videntur cum superiori, hoc modo. *Vir, egenus amat lætitiæ, diligens vinum, & oleum ad diuitias, circumpur-gatio autem iusti iniquus.* Aquila, Symmachus, & Theodotion: *Propitiatio autem iusti iniquus.* Chald. *In commutatione iusti tradetur iniquus: & pro rectis direptores.*

83

Locus iste difficilius habet explicatus. Prima interpretatio bene vetus, quam sequitur Beda, Hugo, Dionysius, & alij, sic habet. *Pro iusto datur impius: & pro recto iniquus.* Inter iniquum, & impium hoc interest (inquit Beda) quod impius dicitur ille, qui grauioribus sceleribus se se obstrinxit, scilicet infidelitatis, apostasiæ, aut similibus; iniquus verò, qui leuiora admisit delicta, *Ergo datur* (inquit) *pro iusto impius*, datur (inquam) ad supplicium, id est, propter mala, quæ intulit iusto, impius addicetur supplicio. Hac lege sæpe sapius ob martyrem persecutor neci deditus est, & Herodi mors Innocentium mortem attulit. *Rursus pro recto* (inquit) *datur iniquus*, alia de causa dabitur scilicet, id est, damnabitur: quia nimitum recti hominis exemplo ad pietatem induci non potuit. Itaque impius infidelis ob illata iustis damna: iniquus verò, seu quilibet in vniuersum improbus, ob despecta proborum exempla pœnas luet. Cæterùm hæc expositio non satis exprimit vim illius dictionis, *pro*, quæ significat vnum alterius vice subijci.

84

Secunda interpretatio Iansenij, & Rodolphi sic habet. *Pro iusto datur impius, &c.* vel vt habent origines: *expiatio, aut redemptio iusti impius*, id est, impij sapius ad instar obtinent prætij, ac redemptionis, qua ira Dei expiatur, & placatur. Puta, cum Deus urbem aliquam, aut Prouinciã ob communes causas punire decernit, tunc enim fieri solet, vt punitis impijs, ira Dei desæuiat, & probis omnibus parcat. Exemplum profert Iansenius secundi Regum c. vigesimo primo, vbi legimus famem illam, quæ populum Dei afflixit in diebus Dauid ob stragem editam in Gabaonitas à Saule, expiatam quidem, & redemptam morte septem filiorum Saulis: sic enim Dauid ad Gabaonitas. *Quid faciam vobis, & quod erit vestri piaculum?* id est, qua ratione iniuriæ vobis illatæ fiet satis, & crudelitatis à Saule admittæ quænam erit expiatio? Hebraicè. *Quid faciam vobis, & in quo אכפר Achapher*, id est, expiabo? nimirum ex radice *Chaphar*, vnde כפר *Chapher*, id est, *expiatio, & redemptio*, quæ vox in hoc loco occurrit, cui respondet apud Septuaginta *πεκαδωρα*, id est, *circumpurgatio*, eodem sensu. Et quidem ad hunc sensum allicit Iansenius illa verba Pauli primæ ad Corinthios capite quarto. *Tanquam purgamentis huius mundi facti sumus omnium peripse-*

ma. In Græcis enim sic habemus *ἡμεῖς καὶ ἡμεῖς* A
ἡμεῖς καὶ ἡμεῖς, id est, dum vexamur, dum cædimur, &
 morte afficimur per nos quidem, tanquam per
 acceptabiles hostias, mundus purgatur, & ira à
 Deo in illum concepta expiatur. Ad quam sig-
 nificationem vocari etiam potest *μετάνοια*, quæ
 pari ratione *lustramentum* à quibusdam vertitur:
 ita vt *omnium perisema*, perinde sit atque com-
 munitis omnium lustratio, & expiatio, eodem
 sensu.

85

Sed licet hæc appositè dicantur, tamen censeo
 vocem illam *μετάνοια* apud Septuaginta in
 hoc loco sumi quidem vulgari sensu pro sordibus,
 ac fæcibus: ita vt sensus sit cum superiori clausu-
 la coherens. *Vir egenus amat letitiam diligens vi-
 num, & oleum ad diuitias.* Virum egenum hîc B
 appellat Salomon sobrium, & paucis contentum,
 qui tantumdem olei, & vini ex iusto questu sibi
 prouenire cupit, quantum fatis est ad diuitias hoc
 est, ad sufficientiam (vt suprâ dixi.) Subiungit,
circumpurgatio autem iusti iniquus. Græcè *μετα-
 δαψυα* id est apud iustum sordet iniustus, qui per
 iniuriam opes cumulare satagit, id est, sordibus,
 fæcibusque plenus habetur, quisquis contra ius,
 fasque diuitias cogere contendit. Ita enim ferè
 auaros sordidos appellare consueuimus, vt aliàs
 obseruauim. Vel aliter *μεταδαψυα*, id est, *circum-
 purgatio iusti iniquus*, id est, iustum, ac probum
 hominem iniustus, atque improbus illatis dam-
 nis, ab omni sordis, si quam forte humanitùs con-
 traxit, eluit, ac purgat. Itaque illum planè æquità-
 tatis, & iustitiæ amatorem esse decernit Salomon,
 qui non solum contra ius fasque nihil in alios ag-
 git, sed etiam aliorum iniurias, & damna æquo a-
 nimo tolerat, quia per hæc sordes ipsius, si quæ
 sunt, expiantur: sordes autem appellat auaritiæ
 labes, ab his enim purus omninò, ac mundus est
 ille, qui non modò aliena contra ius non inuadit,
 sed etiam propria bona sibi ab iniusto eripi æqua-
 nimitè perfert

86

Ceterùm sit de Vulgata lectione si sermo,
 eius expositio mihi certè clarior videtur, quàm
 vt his adminiculis indigeat: sic enim habet, *Pro
 iusto datur impius: & prorecto iniquus.* Iteratio
 est, atque aded roboratio eiusdem sententiæ, id
 est, Ad Dei prouidentiam hoc spectat, vt impius,
 qui per fraudem iusto crimen aliquod imposuit,
 detecta fraude, talionem luat, & pro iusto addi-
 catur supplicio. Itaque Salomon (ni fallor) his
 verbis fraudulentis accusatoribus talionis pœ-
 nam minatur, futurum prædicens, vt reiectis
 dolis, eisdem ipsi pœnis subiaceant, quibus alios
 fraudulenter subiicere contenderunt. Atque hoc
 sibi vult etiam lectio originalis, *Expiatio, aut re-
 demptio iusti impius*, id est, impio tradito, iustus à
 supplicio eripitur ac redimitur. Sed enim talionis
 pœnam in falsos accusatores leges humanæ iustè
 admodum statuunt, quia eiusdem supplicij vica-
 rius esse meritò iubetur, qui infontem reum pe-
 ragens, sibi ipsi reatum attraxit. Quomodo autè
 diuina ultio tunc maximè elucescat, cum impro-
 bus accusator talioni subiicitur, alibi docui ex
 Chrysofomo, & aliis Patribus.

XIX. *Melius est habitare in terra deserta,
 quàm cum muliere rixosa, &
 iracunda.*

Melius est. Hebraicè *quàm cum muliere con-
 uentionum, & iracundiæ.* Septuaginta. *Me-
 lius est habitare in deserto, quàm cum muliere rixo-
 sa, & linguaci, & iracunda.*

Sententia est perspicua. Implacabilis vxoris
 mores taxantur. *Melius* (inquit Salomon) *est ha-
 bitare in terra deserta*, &c. Commemorare li-
 bet deserti molestias, & cum his conferre eas,
 quas vxor contentiosa marito suo faceffit. Pri-
 mò igitur in deserto solitudo est societatis huma-
 næ expers: hanc ergo Salomon præfert coniugio,
 cum vxor contigit rixosa. Quasi dicat præstat
 solum esse, & ab humana societate extorrem fie-
 ri, quàm sociam vitæ habere vxorem implaca-
 bilem. Et quidem meritò, quia solitaria, &
 societatis expers vita, etsi solatio mutæ con-
 uictus careat, turbarum certè nihil habet,
 pacata est, atque tranquilla: at vnica vxor im-
 mortigera totam vitam exturbat, & tranquilli-
 tatis, otiique locum nullum facit.

Rursus qui desertum solus incolit, cum fe-
 ris certè, ac immanibus belluis vitam agit: a-
 pud leones vtique, tygrides, vrsos, serpentes,
 dracones, & reliqua id genus animalia de-
 git. Nec melior est viri conditio, qui vxorem
 nactus est immortigeram: hæc enim leones, ac dra-
 cones vincit. Ecclesiast. vigesimo quinto. *Com-
 morari leoni, ac draconi placebit, quàm habi-
 tare cum muliere nequam.* Audi Chrysofomum
 ad hæc verba in homilia decima quinta de
 variis in Mattheum locis. *Equidem* (inquit)
*ego existimo nullam esse in hoc mundo bestiam
 comparabilem mulieri mala.* Quid inter qua-
 drupedia animalia leone seuius? Sed nihil ad
 hanc. Aut in serpentibus quid dracone atrocius?
 sed neque hoc quidem iuxta mulierem malam, &
 linguosam conferri potest. Nam, & leo, & draco
 in malo inferiores sunt. Adst pulatur huic sermo-
 ni meo Salomon dicens: *Commorari leoni, & dra-
 conis melius est*, &c. Ceterum hæc verba non
 sunt Salomonis, sed Syrach, quemadmodum, &
 illa, quæ Salomoni etiam adscribit Chrysofomo:
*Non est caput nequius super caput colubri, &
 non est ira super iram mulieris.* Subdit Chrysof.
*Scio ego, & affides blandimentis incantantium mi-
 tigari, & leones, & tygres, & pardos domita feri-
 tate mansuescere: non item mulier mala*, &c. Ex
 his ergo fit fatius esse in deserto cum feris dege-
 re, quam domi cum muliere contentiosa agere:
 cum constet illam immanitate sua immanissimas
 quasque fetas vincere. Ad hunc modum licet
 alias solitudinis, & deserti molestias colligere,
 & cum his conferre, quas vxor viro afferre solet.
 Peigo ad alia.

XX. *Thesaurus desiderabilis, & oleum in
 habitaculo iusti: imprudens homo
 dissipabit illud.*

THESAURVS, &c. Hebraicè. *in ha-
 bitaculo sapientis, & stultus homo deglo-*

tiet, vel, depascet eum. Septuaginta. *Theſaurus desiderabilis requiescet super os sapientis: imprudentes autem viri deuorabunt illum.* Chald. *Argentum desiderabile, & oleum in habitaculo iusti, &c.*

Ex Hebræis non nemo priora illa verba, *Theſaurus desiderabilis, & oleum in habitaculo iusti*, vel, *sapientis*, sic edisserit: propterea sapiens multa denique thesaurizat bona, vt ea posteris relinquat, quia olei etiam plurimum recondit in vigiliis, & lucubrationes quæ ad sapientiam parandam pernecessariæ sunt, Vnde rogatus quispiam quamobrem plus saperet, quàm vicini, ac socij, occurrit sic. *Quia ex oleo maiorem ipse questum feci quam vicini mei ex vino.* Sententia habetur apud Sto-

Cæterum hæc acutè potius, quàm solide dicuntur: sensus enim Parabolæ est luculentus. *Theſaurus desiderabilis, & oleum in habitaculo iusti.* Nomine olei non vnguenta (vt quidam volunt) sed vel oleum ipsum, vel in vniuersum, pingua quæque ad annonam, & victum intelligo, hac ratione. Vir sapiens, vel (quod idem est, vir iustus pecunias thesaurizat ex iustis lucris, & annonam etiam ex iustis prouentibus recondit, hæc enim est non minima prouidentia pars: ut imprudens, hoc est imprudens homo, *dispabit illud*, aut *deuorabit id est*, actutum omnia insument, nec futuris necessitatibus prospiciet. Itaque sobriam quandam, & minimè auarum bonorum asseruationem ad honestam prudentis hominis prouidentiam refert Salomon, & nimium effulos sumptus taxat, atque imprudentiæ vertit.

Poteſt etiam aliter locus iste exponi, ita vt per oleum misericordiam capiamus (vt passim alibi in scriptura) sensusque sit. *Theſaurus desiderabilis, & oleum in habitaculo iusti.* Quasi dicat, hæc duo simul in iusti hominis domo visere licet, thesaurum ingentem, hoc est, amplas, & inexhaustas opes; & oleum, id est, effusam misericordiam, vtraque enim inter se apprimè coherent: nam largior misericordiæ vsus piorum hominum fortunas cumulare solet (de qua theſi sæpè aliàs diximus.) Subdit Salomon, *Imprudens homo dispabit illud*: quia videlicet auarè recondens, ac piis largitionibus parcens, ocyus consumit, ac perdit. Originalis lectio, emphasim habet, *Imprudens homo depascet illud*. Pende (si libet) verbum *depascet*, & auari, ac misericordis discrimen: hic certè si multa sumens, & aliis plura impendens, res suas nihilominus non exhaurit: ille verò solus omnia deuorat, & consumit. Rationem ex ipsa pascantium animalium natura petere licet. Quia inter dentes, osque misericordis, & auari hoc interesse puto, quod inter dentes, oraque animantium: nam mitia quædam animantia, omnia videlicet lanigera, dentes, innoxios habent; atque adèd cum gramina attingunt, & demetunt, iterum rediuiua instaurantur, & repullulant: alia verò magis effera venenatos dentes habent, adèd vt quidquid graminum, aut herbarum attigerint, & demorderint, id statim enecent, ne iterum nouo partu regerminet. Igitur viri misericordis dentes mitissimarum pecudum innoxios dentes imitantur: quidquid depascuntur, & in suos, pauperumque vsus insument, id ex radice viua iterum germinat, atque adèd nunquam deficit. Auarus autem virulento

A præditus dente, immites belluas imitatur, aque adèd quidquid depascitur, deuoratque, id statim tabescit, & enectis radicibus areſcit. Aliud etiam inter eum, qui ea misericordia bona largitur, & eum, qui fortunas suas prophanis sumptibus profundit, discrimen obseruare licet. Misericors (inquit) pauperibus suorum bonorum copiam facit: prodigus parasitis, scurris meretricibus, & eiusmodi aliis, Sed quid inde? Quidquid pauperes Dei carpunt, id denuo reparatur: quidquid verò adulatores, parasiti, scurra, & in retrices attingunt, non amplius germinat. Quorsum hæc? Nouimus quidem agricolas legentem adhuc in herbis luxurantium inmodicum vitium immixtis oibus castigare, & cohibere solitos. Meminit Plinius libro decimo octauo, capite decimo septimo: *Luxuria* (inquit) *secretum castigata dente pecoris, in herba duntaxat, depasta sapiens nullam in spica iniuriam sentiunt.* Lege Theophrast. libro octauo, vterque enim ab oibus duntaxat, aliisque lanigeris eiusmodi agrorum luxuriam depascendam esse docet, & caprum, bouinum, equinum, aliorumque eiusmodi animantium dentem tanquam noxium, & venenatum taxat, Dicimus ergo viros misericordes, tanquam peritos agricolas, suarum facultatum luxuriam, nimiam scilicet affluentiam, oibus, hoc est, pauperibus depascendam, castigandamque offerre: atque adèd inde fieri, vt eorum fortuna ad eum modum depasta felicitus proueniant. Contra verò profusos decoctores capris, bobus, equis, hoc est parasitis, adulato-ribus, pellicibus, aliisque similibus opes suas deuorandas, & liguriendas tradere, qui ipsarum radices virulentis dentibus inficiunt, & exsiccant.

Dei lectione Septuaginta aliud iudicium ferendum est, quæ sic habet. *Theſaurus desiderabilis requiescit super os sapientis: imprudentes autem viri deuorabunt illum.* Videntur autem Septuaginta textus Hebræici verba omiſſe, & sensum tenuisse: nam eam pro thesauro substitit *אורח* *Othar*, quæ vox absconditum quid, & in abdito loco repositum sonat, ad secreti mysterij asseruationem reuelant. Itaque sensus est. in ore viri sapientis multa sunt arcana, & thesauri in modum in tuto reposita: viri autem imprudentes nihil cohibent, sed si quid illis secreti commissum est, actutum effundunt. Id sibi vult illud *deuorabunt illum*, id est, dissipabunt diffamabunt: nam thesaurum deuorare perinde est, atque illum dissipare, & insumere: secretum autem viro sapienti commissum, haud ineptè thesaurus dicitur: est enim thesaurus iuxta legum decreta, *vetus depositio pecunie, cuius nulla extat memoria.* Rursus thesauris asseruandis præfici olim solebant dracones, & serpentes (vt sæpè obseruau) serpens verò prudentiam adumbrat: secretumque, seu arcanum nil aliud esse dixerim, nisi veterem rei, aut sermonis commissi depositionem in animo viri sapientis, cuius (si fieri possit) ne memoria quidem subsit: hæc enim os ipsum assiduo ad dicendum stimulare solet. Hic autem thesaurus secreti tutus esse non potest, nisi illi serpentis ad instar prudentia incubet. Propterea subdit Salomon, *imprudentes autem deuorabunt illum*, id est, qui prudentia carent, illum commissi mysterij thesaurum dissipabunt, profundent.

Plinius.

92

93

Potest etiam translatio Septuaginta alio sensu donari, hoc modo *Theaurus desiderabilis requiescet super os sapientis*, id est, pretiosa, & inexhausta doctrinae affluentia in ore illius sita est ad erudiendos, commoneñdósque ignorantes: ceterum imprudentes viri *denorabunt illum*, id est, postquam omnia illius præcepta, omnemque doctrinam exhauerint, nihil addicent, aut proficiant. Id sibi volunt illa, *denorabunt illum*, id est, sine profectu, atque vsu aliquo insument. Obserua etiam doctrinam in ore sapientis thesaurum merito appellari: est enim thesaurus peruectus depositio pecuniæ, &c. vt constat non alios ad docendum idoneos esse, esse, nisi illos, qui veterem, & ex longo tempore collectam sapientiam, & doctrinam ad hoc munus afferunt: nam noui quidam, subiti, & extemporarij sapientes, ad alios erudiendos perquam inepti sunt. Lege Nazianzenum orat. 3. Apolog. contra Iulianum.

XXI. Qui sequitur iustitiam, & misericordiam, inueniet viam, iustitiam, & gloriam.

94

Qui sequitur, &c. Hebræa non dissonant. Septuag. *Via iustitia, & misericordie inueniet vitam, & gloriam.* Aquila, Symmach. & Theodot. conueniunt cum Vulgatis. Chald. etiã non abluat.

Sententia hæc interpretatione non indiget. Succedant memoriæ ea, quæ sapius diximus, scilicet iustitiam, & misericordiam seu gratiam, quoties simul coeunt, hanc vim habere, vt iustitia in debitis deferendis, misericordia verò in gratuitis donandis sita sit. Nam quod alij dicunt, omnem in vniuersum virtutem, tam quæ erga Deum, quam quæ erga homines versatur, his nominibus notari, neque huic, neque aliis plerique locis sine vi aptari potest. Sensus igitur huius loci est luculentus. *Qui sequitur iustitiam, & misericordiam* &c. Plerique ex Hebræo sic efferunt, *Qui persequitur iustitiam, &c.* Et quidem Salomon perseverantiam, & constantiam suadere videtur, quasi dicat. Qui non solum odit, sed etiam vrget, insequitur, imo, & persequitur ad finem vsque iustitiæ, & misericordiæ vias, is quidem ad ea præmia deueniet tandem, ad quæ istiusmodi viæ ducunt: hæ sunt vita, iustitia, & gloria. Hoc sibi vult translatio Septuaginta. *Via iustitia, & misericordie inueniet vitam, & gloriam.* Inter vias regias, & eas, quas inrisperiti vicinales vocant, hoc interest, quod ille nullibi sistant, ac pereunt, sed viatorem recta in urbem, aut oppidum ferunt: hæ verò vel in regias tandem desinant, aut si ab his discedant, non longo interuallo pereunt: idè à quibusdam non insulse, *viam mortuam* dicuntur. Ergo iustitiæ, atque misericordiæ via regia est, & basilica in cælum: qui huic viæ se, ac sua omnia committit, ipsa illum in cælestem Solymam regit, Reliquæ autem viæ, aut rationes viuendi, quæ post quæritus, & lucra pergunt, aut in illam misericordiæ, aut iustitiæ viam decurrant necesse est, aut aliter viæ mortuæ sunt, & pereunt, quia perituras res sectantur, & hominem ocys ad intentum perferunt.

95

Inueniet (inquit Salomon) *viam, & iustitiam, & gloriam*: hi sunt viæ illius basilicæ fines, *vita* diuturnior, seu longuïtas, hæc autem præmij

A pars ad hanc vitam (me iudice.) spectat *iustitia*, aliqui ad iudicium diuinum hanc vocem referunt, vt sensus sit: debitam sibi, ex iustitia suorum meritorum retributionem apud Deum nanciscuntur. Non reluctor. Cæterum nescio an aptius hæc etiam vox de humana iustitia capiatur, hoc modo, *Inueniet iustitiam*, id est, æquitatis suæ merito id obtinebit, vt nemo contra ius fasque aliquid in ipsum agat. Ad hæc *inueniet gloriam*: Plerique interpretes de gloria æternæ beatitudinis hæc accipiunt: sed vide an etiam ad externam, & temporalem gloriam hoc etiam spectet, id est, honorem, & communem apud homines æstimationem sibi parabit.

B

XXI. Ciuitatem fortiam ascendit sapiens, & destruxit robur fiducia eius

Ciuitatem, &c. Hebræice, *Et descendere faciet robur fiducia eius*. Chaldaeus concinit cum nostra, Septuaginta, *Ciuitates munitas ingressus est sapiens, & diruit munitationem, in qua confidebant impij.* D. Hieronymus in ca. 5. Amos. *Ciuitates robustas ascendit, &c.* & in c. 33. Ezech. *Ciuitates firmas ascendit iustus.* Aquila, Symmach. & Theodor. coherent cum Vulgatis.

96

Salomonis scopus idem est apud omnes interpretes: sed tamen scopum istum alij aliter collimant Sapienciam cum robore componit, & sapientie palmam addicit. *Ciuitatem fortium ascendit sapiens.* Verbum illud *ascendit*, non eodè modo expendunt interpretes. Rodolphus, & Iansenius ad vim referant, ac si dicerent, impetu facto inuasit, atque expugnauit. Cæterum si verbum illud ad vim spectare dicamus, sermo vtique erit de sapiente admodum, ac strenuo duce, qui paruum fortassis militum manum apud se numerans, astu, & stratagematis urbem ingreditur, & in ditionem suam transfert. Quantum verò scientia, peritia, & vsus rei bellicæ, robori, & lacertis præstet; multis probat Vegetius de re milit. lib. 1. ca. 1. Sunt etiam, qui sapientiam hic non ad artem militarem referant, sed ad religionem, & pietatem: quasi dicat: *Ciuitatem fortium ascendit sapiens*, id est læpè accidit, vt dux aliquis pietate potius, quam robore instructus, fiduciam suam in Deum conferens, fortissimis viris pulsis, urbem capiat, & sibi subiciat. Fauet hæc expositioni translatio Hieronymi. *Ciuitates firmas ascēdit iustus, &c.* Sed quantum ad bella conficienda religio & pietas valeat, non insulse docet Tullius in prima cōtra Rullum. *Quam volumus* (inquit) *Patres conscripti, ipsi nos amemus, tamen nec numero Hispanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pænos, nec artibus Græcos, nec deique huius gentis, ac terra domestico, natiuog; sensu, Italos ipsos, ac Latinos: sed pietate, ac religione, atque hac vna sapientia (quod Deorum immortalium numine omnia regi gubernarique perspeximus) omnes gentes, nationesque superauimus.* Hæc ille. Hinc nata illa apud Romanos familiaris positio: *Pro aris, atque focis pugnare*: sed hæc de falsa religione. Sanè vera religio Machabæos imbelles armavit, & exiguam eorum manum contra innumerabiles hostium copias audacem simul & victricem fecit.

Vegetius.

Cicero.

Cæterum licet hæc appositè dici queant: tamen reor in hoc loco non ducem aliquem rei militaris peritum, vel religione, pietateque insi-

97

gnem, sed doctum, sapientemque legatum, aut oratorem commendari, qui non bellando, sed suadendo fortissimos viros ad deditorem inducat. Itaque sensus erit: *Ciuitatem fortissimè ascendit sapiens, &c.* id est, sæpè accidit, vt eam urbem, quam confertissimæ militum phalanges, & cunei debellare, & subiugare non potuerunt, vnus aliquis legatus, aut orator eruditus ipsam adiens suis persuasionebus ad deditorem compellat: ita vt fortissimi viri, qui olim belli, & armorum vim facile fregerant, & repulerant, vnus viri oratione exarimati cedant, & arma deponant. Itaque (mi fallor) Salomonis mens, est eruditæ orationis potentiam exprimere, quæ tanta est, vt quoduis aliud robur facile infringat, & vim reundat. De hac re elegantissimè cecinit Poëta lib. 1. *Aeneid.* ad sedatam tempestatem similitudinem deriuans.

Virgil.

*Ac vultu magno in populo cum sæpè coorta est
Seditio, seuque animus ignobile vulgus,
Iamq; faces, & saxa volant, furor arma ministrat:
Tum pietate graue, ac meritis, si forte virum quem
Conspexere, silent, arrectisque auribus astant.
Ille regit dictu animos, & pectora mulcet, &c.*

Et Tullius lib. 1. de Oratore, eloquentiæ laudes cogens, inter alia sic habet. *Quid tam potens, tamque magnificum, quam populi motus, iudicum religionis, sensuque grauitatem vnus oratione conuertit. Quid tam porro regium, tam liberale, tamque magnificum, quam opem ferre supplicibus; excitare afflictos, dare salutem, liberare periculis, retinere homines in ciuitate? Quid autem tam necessarium, quam tenere semper arma, quibus vel rectus ipse esse possit, &c.* Ad hæc idem Tullius in Salust. *Cedant arma toga, concedit laurea lingua qui rogatus armatos, & pace bellum oppressi, aude mibi eloquentiam vt vitium obijcere:* Et lib. 1. de arte Rethor. *Eloquentia multa vbes sunt constituta, & plurima bella restincta.* Mitto alia.

Cicero.

XXIII. *Qui custodit os suum, & linguam suam, custodit ab angustiis animam suam.*

Qui custodit, &c. Hebræa non dissonat Sept. *Qui custodit os suum, & linguam, custodit de tribulatione animam suam.* Pro angustiis subest מצרות *Misfaroth*, ex radice צרר *Tsarar*, significat ligare, arctare, constringere, premere. Itaq; alij habent: *custodit à pressuris Alij torturis.* Ac demum alij de angustiis, & nixu parturientium fœminarum verbum illud captandum esse dicunt.

Sonus verborum est perspicuus. Suadet Salomon linguæ, & oris custodiam. *Qui custodit os suum, & linguam suam, &c.* Os linguamque simul adscribit (ait Caietanus) vt non verbis solùm, sed etiam nutibus parcendum esse diceret: sumit autem Caietanus os pro facie, cuius gestibus, atque nutibus colloqui non insolens hominibus est. Sed tamen hæc distinctio oris, ac linguæ, futilis videtur: propterea enim Salomon os, & linguam adiunxit, quia ore, atque lingua verba efformantur, quorum licentiam hac sententia coercere vult. Itaque sensus est. *Qui custodit os suum,* ne verba temerè effutiat, animam suam ab innumeris vendicat molestiis, angoribus, & pressuris, quæ ex verbis temerè depromptis homini accidere solent.

99

Hanc verò sententiam sic in vniuersum acce-

ptam aliqui speciatim de arcanis seruandis explicant, ad hunc modum. *Qui custodit os suum, & linguam suam,* id est, qui os suum, atque linguam accuratè obliquit, nec omissum sibi ministerium effundat, *custodit ab angustiis animam suam,* hoc est, plurimis illam eripit molestiis, & angoribus. Si autem hæc expositio non displiceat, crediderim Salomoni sermonem esse de illo, qui secretum sibi traditum celare serio apud se statuit, differtque omnino ab eo, qui vbi aliquid audiuit, aut nouit, totus quodammodo ad promendum animi sensum gliscit. Quem alibi cum muliere parturiente contulit Ecclesiast. cap. 19. *A facie* (inquit) *verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis,* id est, vir fatuus vbi verbum aliquod audiuit, ac mente concepit, non potest diutius continere; sed sicut mulier, instante partu, grauissimis doloribus tamdiu cruciatur, donec fœtum in lucem edat: sic etiam stultus tamdiu dolet, ac premitur, donec acceptum mysterium in palam det: ipse enim se quodammodo vrget, stimulat, premit. Itaque illud *custodit ab angustiis animam suam,* perinde est ac si dicat: liberatur quidem ab his angustiis, ac doloribus, quos illi experiuntur, qui tradita sibi mysteria celare non possunt. Neque solùm istiusmodi dolores reuelandi secreta imitantur parturientium mulierum nixum, sed etiam tormenta, seu torturas, quas fontes in questionibus pati coguntur. Nam (liceat sic dicere) ipse stultus semetipsum quodammodo in equuleum agit, ac funibus, neruisque reductis, ad reserendam, promendamque rem occultam vrget. Hinc Plutarchus in Moral. contra reuelatorem mysterij sic scribit. *Totus transluceat, totus effluit, & nullo cogente, veluti si questione interrogatus esset, arcana omnia manifestat.* Quapropter appositè admodum Salomon secundum alteram ex supra adscriptis lectionibus, *Qui custodit os suum, &c. custodit à torturis animam suam:* scilicet ab his torturis, quibus semetipsum ipse vrget, ac cruciat.

Eccles. 19

Plutarch.

Secunda interpretatio ad eos vniuersum spectat, qui nihil temerè, & inconsultè dicunt: colique pungit, qui absque delectu, quidquid in buccam venerit, loquuntur. Sed tamen illa verba, *custodit ab angustiis animam suam,* non vno interpretatur: Nam plures per eiusmodi angustias, eam molestiam, seu pœnitentiam accipiunt, quæ loquacibus euenire solet ex his, quæ temerè iactarunt. Hanc verò molestiam cum fœminæ patientis dolore, quem vox primitiua, *gemere,* significat, haud insulsè conferre licet. Nam vt ait Lucius Apuleius in lib. de dogm. Platonis. *Qui sunt leues, futiles, & importuni loquutores, quique verbis humidis, & lapsantibus deflaunt, eorum orationem bene existimatum est in ore nasci, & non in pectore.* Itaque verba nonnumquam ex ore, aliquando etiam ex pectore velut fœtum quandam nasci docet Apuleius: quam sententiam libauit ipse ex Platone, & ab vtroque alij, atque alij hauserunt. Sed in his Egidius Diaconus in lib. de Reg. Princ. sic addit. *Quoties oratio in lingua solium nascitur, pectus subito conceptam magno nixu pœnitentiã parit.* Id est. Quoties sermo incautè promittitur, is certe in lingua propterea dicitur nasci, quia velut inscia mente depromitur: cū verò lingua ad eū modū verba protulit, mēs, seu animus, pœnitentiã ingenti dolore tanquam ex abortu parturit: solent enim fœminæ ex vehemēti aliquo sonitu dissolui, & abortum pati. Sic etiam dicemus animam, lingua temerè, & inconditè sonante, ad

100

Apuleius.

Egi. Dia.

eundem morsum per aborsum pœnitentiam prædictam eniti. Salomon ergo sic ait, *Qui linguam suam, & os custodit*, hic sanè custodit ab angustiis animam suam, id est, ab his doloribus eam vendicat, quos molestissimus pœnitentiam aborsus afferre solet. Possimus etiam ad hanc sententiam aliam illius vocis *dis/aroth*, significationem allicere pro cruciatu, quem in equuleo adstrictis funibus fontes perpeti solent ut sit sensus. Is, cuius lingua nullius criminis area est, *custodit ab angustiis animam suam*, id est, ab ea, quæ ex temerè dictis euenire solet pœnitentia, animam suam immunem reddit: hæc enim pœnitentia scævi ad instar carnificis animam quodammodo in equuleum agit, & sui erroris lapsusque confessionem ab illa extorquet: cumque in aliis quæstionibus culpæ confessio cruciatum definiat, non ita in hoc animi tormento: nam post culpæ cognitionem, & confessionem arctius animam constringit, & feruētius illam cruciat.

101

Rursus alij per angustias animi in hoc loco alias molestias accipiunt, quæ ex verbis temerè & inconsideratè depromptis accidere solent: hæc sunt lites iniuriarum actiones, & alia eiusmodi, quæ læsi in contumeliosos intentant, his enim animus non parum angitur, & cruciari solet. Demum alij ad conscientia interioris angores, & morsus referunt: nam cum non ferè intemperans, & infrænata lingua multa peccet, mens utique rea in angustias, & maiores quam plurimos conicitur, à quibus sese eripit, quisquis linguæ, ac ori suo custodiam adhibet. Conscientia autem intimæ angustias, & terrores parientium, quos vox illa *Mis/aroth*, germanè significat, imitari quis neget? Habes hoc apud Itaiam cap. 26. *Sicut quæ concepit, cum appropinquauerit ad partum dolens: etiam in doloribus suis: sic facti sumus à facie tua Domine, concepimus & quasi parturimus, & peperimus spiritum, &c.* Extrema autem verba sic conuertunt Septuaginta. *Propter timorem tuum Domine in uero accepimus, & doluimus, & peperimus spiritum salutis.* Quæ verba de timore illo, qui mentem criminis conscientiam concutere solet, exponit Hieronymus: hic enim futuræ salutis partum ciet, & animam non sine ingenti dolore, ac nixu, ad probitatem, & vitam cum ratione conformem parientiam compellit. Quemadmodum enim accidere solet in grauidis fœminis, ut subito aliquo terrore, soluto ventre, partus celeritè moueatur: sic etiam in animis euenit, ut dum illos conscientia deterret, consternati quodammodo, & concussi probitatem ocyus pariant.

Isai. 26.

Quid plura? Dolores illi, seu angores, reæ, aut fontes conscientia, equulei cruciatibus perquam similes esse perspicuum est: de hac enim dici posset illud, quod de inuidia scripsit Horatius.

102

--- Siculi non inuenere tyranni
Tormentum manus.

Horat. lib.

1. Epist. 2.

Hunc etiam conscientia cruciatum, *rotam natiuitatis*, seu, *natuum* appellauit Iacobus cap. 3. Quæ verba de vulgari apud veteres tormenti genere capienda esse supra cap. 20. vers. 26. multis suasi: & quales, quàmque læuos cruciatu ex linguæ intemperantia animus subeat, perspicuè declarant: ait enim, *Lingua, qua constituitur in membris &c. Et inflimmat rotam natiuitatis inflammata à gehenna.* Vide plura in eo loco. Igitur ab hoc tormento, ab hac rota, aut equuleo, quem ob

A linguæ licentiam animus lubire cogitur, immis est ille, qui illam continet, & additis claustris coercet: *Custodit à toruris animam suam.* Sed quenam ex præmissis expositionibus alij præferenda sit, decernere lectori integrum relinquo.

XXIII. Superbus, & arrogans vocatur indoctus: qui in ira operatur superbiam.

103

Superbus, & arrogans Heb. *superbus arrogans, derisor* nomen eius, *faciens in ira superbiam.* Subest autem hic vox illa *derisor*, quæ *derisorem, pestilentem*, aut, *estilentiam* sonat. Hinc fluxit translatio Sept. *Audax, & arrogans, & ostentator pestilens vocatur: qui autem iniuriarum memor est iniquus.* Lucifer pro S. Athanasio. *Temerarius, & superbus pestilens vocatur.* Chaldaus verba commutat. *Derisor, tumidus, superbus, est nomen eius, faciens iram superbiam sua.*

Hunc locum non parum difficilem reddit ambiguitas nostræ translationis. Communis interpretum mens sic habet. *Superbus, & arrogans vocatur indoctus, aut, derisor*, id est, cum superbus famam, & sui nominis celebritatem quærat, hoc ferè assequi solet, ut vulgò indoctus, aut derisor appelletur: quæ nomina infamiam, & contumeliam sonant. Et quidem iuxta hanc expositionem, si cum Vulgato *indoctum* legamus, sententia huius energia talis erit. Omnis utique superbus hoc sibi arrogat, quod reliquis iudicio, atque prudentia præferri debeat, (hinc superbi vulgò dicuntur sublimis, aut altum sapere, iuxta illud. *Noli altum sapere, sed time*) Igitur Salomon contra vanam hanc tumidissimorum hominum iactantiam sic decernit. *Omnis superbus, & arrogans vocatur indoctus*; id est, omnis, qui de sua sapientia, prudentia, aut iudicio inaniter propria existimatione tumet, ab alijs vulgò indoctus, stupidus, & stolidus habetur: non solum quia communis hominum æstimatio ita fert, ut hi, qui ex superbia magnos sibi spiritus sumunt, apud omnes vilescant: sed etiam quia stulti, & insipientes plerumque nimio fastu turgent. Quapropter ex mea sententia verbum illud, *vocatur*, ponitur pro *est*, aut, *existit* quasi dicat: omnis superbus, & elatus homo, stultus planè, ac stolidus est. Addit, *qui in ira operatur superbiam*. Non solum stultitiam superbia coniunctam, sed etiam iræ, & furori docet Salomon (nil certius) quia superbi omnes vel leuiter læsi concitantur. Nam sicut membra liuida, & tumentia, quantumuis leuiter astricta dolent: sic etiam superbi ob leuissimas iniurias, aut molestias, iram concipiunt. Itaque iuxta præmissam expositionem duo vitia superbis agnata memorat Salomon, scilicet stultitiam, atque iram.

E

Quod si lectionem aliam sequamur, quæ ab Hebræis passim usurpatur, *Superbus, & arrogans derisor vocatur, faciens in ira superbiam*, sensus hoc modo instituendus est: Omnis utique homo fastu, & superbia tumens, derisor, id est, contumeliosus est: nam elatio ad iniurias, probra, & contumelias inferendas superbos maximopere urget: qui verò ad eum modum contumeliosus, & exprobator est, ob leuissimas iniurias sibi illatas furit, ac scruat. Itaque id superbis perquam familiare esse dicit Salomon, ut eorum mens ad irrogandas contumelias sit valida & prompta & ab

104

tolerandas infirma. Verba sunt Magni Gregorij in Moralibus alibi à me data.

205

Translatio Sep. alium etiam sensum reddere videtur. *Audax, & arrogans, & ostentator pestilens vocatur*, &c. Verbum *vocatur*, non tantum significat nomen istud arroganti indolentum, sed verè, & propriè talem esse. Quod aliàs me obseruasse, & quibusdam aliis testimoniis roborasse memini. Ergo Salomon (ni fallor) discrimen adnotat, quod inter eum, qui subito, & temerè ad vindictam iniuriarum excitatur; & eum, qui diuturna memoria illas apud se coquit & vltionem differt. Itaque ait, *Audax, seu temerarius, & superbus.* In Primitiuus est *in Zed*, quæ vox superbum, temerarium, atque adaudendum proiectum hominem sonat: atque adèd (vti sacris illis interpretibus solemne esse aliàs dixi) vtramque simul significationem expresserunt. Itaque ait, *Vir audax, qui temerè, & ex tempore ad vlciscendum sese proiicit, quod superbia, & arrogantia proprium est, pestilens, aut, pestilencia vocatur*, pestilens nimirum existit, seu pestis ipsa. Quia sicut pestis eos, quos affluit, aut perculit, ocyùs perimit: sic etiam ille quàm citissimè conceptum in alios furorem effundit. Vel aliter, *pestilens ipse est*: quia sicut is, qui peste afflatus est, non modo alios inficit, atque ipsis interitum inspirat, sed ipsemet etiam corruptus interit: sic etiam temerarius quilibet, extemporariusque vltor non modo illi, cui iniuriam dedit, sed etiam sibi ipsi damnum accersit: nam dum incauto, & imprudenti damnum, aut incommodum molitur, damni vti que illati relationem non euitat. Subdit, *Et qui iniuriarum memor est, iniquus, supple, vocatur*, id est, existit: nimirum qui iniurias non statim vlciscitur, sed eas memoria retinens opportunitatem vindictæ sumendæ expectat, is vti que iniquus, Græcè *μεγαλόψυχος*, id est, exlex est, & ab omniâ quitate, & iustitia valde remotus. Huius autem malitiam præfert Salomon, quia ille alius subitaneus, & improuidus vltor non ita iniustus existit: si enim dat etiam subinde recipit, refertque damnum: hic verò iniuriarum memor idèd iniustus magis, & iniquus, quia opportunitatem vlciscendi captans, ita certè aliis damnum infert, vt ipse nihil damni referat: quod certè passim vsu venit.

XXV. Desideria occidunt pigrum: noluerunt enim quidquam operari manus eius.

106

Desideria, &c. Heb. *Desiderium pigri interficiet eum, quia renuerunt manus eius facere*, Concinit Chald. Septuag. *Desideria pigrum interficiunt: non enim manus eius diligunt facere quidquam* Symmach. & Theodot. *Concupiscentia pigri interficiet eum.*

Locus iste haud difficilis est: potest tamen pluribus expositionibus donari. Ianfenius, Rodolphus, & alij passim sic serunt, *Desideria occidunt pigrum*, &c. id est, *Vir otiosus & feriator, tam diu in desideriis est, quandiu viuit, atque illum desiderantem mors occupat: nam cum manus ad laborandum non adiiciat, rei, quam impensè desiderat, compos nunquam fit.* Huius interpretationis energia in eo certè sita est, vt significet Salomon pigrum semper in desideriis esse (loquitur autem de fortunarum desideriis, seu vo-

tis, quæ pigros, & inertes cumprimis vrgent.) Interim autem dum desideriorum diuturnitatem, & longitudinem obseruat, eorundem etiam magnitudinem satis innuit: quia diuturnitas acuit desideria, hæc autem quod maiora sunt, eò magis desiderantium mentes cruciant: iuxta illud Magni Gregorij hom. 23. in Euangel. *Cuncta desideria dilatione crescunt, si autem dilatione deficiunt, desideria non fuerunt.* Rursus cum dicit, *desideria*, non autem *desiderium*, aliquid aliud significat: scilicet pigrum non vnus rei desiderio teneri, aut incitari, sed desideria in dies permutare: nam postquam vnâ aliquam rem votis omnibus expetuit, manibus ad illam assequendam minime satagentibus, aliam atque aliam per vices suas desiderare cogitur, atque inter ipsa desideria, & vota demùm obit.

Greg. Mag

Secunda interpretatio Salomonem non de diuturnitate desideriorum, sed de ipsorum magnitudine accipit, vt sit sensus. *Desideria occidunt pigrum*, id est, magnitudine sua ipsum enecant: iuxta illas dicendi formulas: *Fame, aut siti enectus sum.* Vel *fames aut sitis magnoperè vrget me.* Ita vt perinde sit, *Desideria occidunt pigrum*, ac si dicat, ipsum mirum in modum premunt, occidunt, enecant: ita enim dicimus *rem aliquam deperire*, id est, afflictim exoptare. Et quidem ita fit, vt inertia, & pigritia, desideria plurimùm excauat: nam sicut famem, sitimque exercitatio, & labor excitat; otium verò, & segnities hebetat: ita vicissim habendi desideria otium accendit, labor restinguit: omnis enim auiditas, quæ nulla ex parte expletur, in dies crescit. Cum ergo otiosi, & inertes laborem fugiant, qui solus habendi sitim, aut famem explere potest, hinc est, vt eorum cupiditas quotidianis incrementis gliscat.

107

Tertia denique interpretatio huius desiderij, quo pigri incitantur, vehementiam amplificat, sic enim habet, *Desideria occidunt pigrum*, id est, tantoperè ipsum vrgent, ac premunt, vt illum (liceat sic dicere) ad necem sibi inferendam adigant. Concinit cum hæc interpretatione locus alter Genes. 30, vbi sic Rachel ad Iacob, *Da mihi liberos, alioquin moriar.* Vide impotentiam desiderij. Græcus Isidorus, aliàs Pelusiota in Epist. 274. locum istum sic edisserit. *Ac proinde grauisimo mæore correpta Rachel se vim sua vitæ allaturam minabatur, nisi pareret. Da enim mihi liberos (inquit) alioquin moriar, hoc est, mortem mihi ipsi consciscam.* Ergo ad eundem modum de verbis præfatis discernere licet. *Desideria occidunt pigrum*, id est, ipsum tanta vehementia incitant, vt sibi nonnunquam mortem moliri, & machinari faciant per desiderij, ac votorum impotentiam. Nam cum solus labor habendi desideria complere valeat, malunt tamen emori, quàm se exercere. Subdit.

Genes. 30.

Isidor.

D

XXVI. Tota die concupiscit, & desiderat: qui autem iustus est, tribuet, & non cessabit.

Tota die, &c. Hebr. *Tota die concupiscit concupiscentiam: iustus tribuet, & non prohibebit.* Septuaginta. *Impius tota die concupiscit concupiscentias malas: iustus autem miseretur, & miseratur non parè.*

108

Septuaginta interpretes huius loci sententiam à superiori versu secernere, nec de pigro, & iner-

te, sed de rapio, aut avaro sermonem facere videntur, hoc sensu. *Impius tota die concupiscit concupiscitias malas*, &c. id est, auarus, & sordidus homo omni tempore afflictim opes, & fortunas concupiscit. Possumus autem hæc verba sic accipere, vt illud *concupiscit concupiscitias*, iuxta phrasim Hebraicam nihil aliud sibi velit, nisi, vehementer, & enixè concupiscit, ac deperit. Vel aliter, *concupiscit concupiscitias malas*, id est, res sibi nocivas, hoc est, fortunas, & opes noxias impensè cupit. Appellatur autem hæc mens *concupiscitias*, quia habitæ, & obtentæ cupiditatem incitant: quasi dicat, *sitit sitim, atque adeo quo plus haurit, magis sitit.* (verba sunt Chrysostomi) de hac thesi sæpe aliàs diximus.

Chrysost.

Appellat autem *concupiscitias malas* eiusmodi opes, id est, molestas, laboriosas, quia quod plura bona auarus sibi parit, eò plures sibi cumulat cupiditates molestissimas, atque grauissimas, cor, & animum excedentes. Contra verò, *Iustus miseretur & miseratur non parcè*, id est effusè, & liberaliter impendit bona sua. Supplenda est in hac clausula posteriori pars illa, *Tota die*, vt sit sensus: nullam diei partem absque beneficentia sibi abire permittit vir liberalis: is enim non minori auiditate bona sua impendit, quàm parcus, & illiberalis desideris suis obsequens, eadem afferat, & elaudit. Is (inquam) ille est, de quo dicitur in Eccl. *Particula boni doni non te praterit.* Pro quibus olim in vulgatis codicibus legebamus, *Particula bonæ diæ non te praterit.* Eam enim diæ partem auspiciatam, & felicem existimat liberalis, quam donando, & benefaciendo exerit: eam verò nigro calculo assignat, in qua nihil doni, aut beneficij ab ipso in alios profectum est. Sic Basilius Imperat. inter alia capita exhortationum ad filium Leonem dictata to. 5. Biblioth. Patrum, *Largire* (inquit) *miseri cordiam stipem egentibus, vt ipse tibi misericordiam allicias à Rege vniuersorum Deo. Nam in eo præcipue versatur pietas, si tua non habentibus benigne impartiaris. Eum ergo diem tibi periisse existimato, in quo nemini benefeceris, pro beneficijs, quæ à Deo illis die acceperris.*

Eccl.

St. Imp.

Noster autem Vulgatus locum istum cum superiori contextuit, atque adedè de inerte, & otioso homine exponendus est. *Tota die concupiscit, & desiderat*, Piger nimirum ille sedentariam, & otiosam vitam agens, totam diem desiderando consumit: hæc verò conduplicatio desiderij vehementiam significat. Potest etiam posterius illud verbum, *desiderat*, si sonum literæ sequamur, alium ad sensum allici, hoc modo. *Tota die concupiscit*, id est, impensè appetit, & *desiderat*, id est, deficit, vel non obtinet: nam verbum *desidero*, hanc vim habere solet, Cui expositioni adstipulatur etiam lectio originalis: nam vox *תאווה* *Thaauah*, quæ hîc latet, non concupiscitiam solum, sed etiam desiderium, aut

109

cauentiam rei adsignificat. Itaque viri inertis hanc esse miseram conditionem docet Salomon, vt per totam diem cupiditatibus ardeat, & nihil demùm obtineat.

110

Qui autem iustus est, tribuet, & non cessabit. Homo scilicet impiger, ac sedulus (hunc enim iustum appellat) bona industria, atque solitudine sua parca distribuet: & non cessabit. Alij quidem ita exponunt: liberalem bonorum suorum largitionem non intermittet. Alij non ita, sed *non cessabit*, id est, nunquam otiosus, ac deses erit. Huius verò sententiæ energia sic habet. Sedu-

lus ille, ac industrius homo, non sibi solum opportunas, & sufficientes copias parat, sed tantam bonorum vim labore, ac industria sua acquirit, vt alijs etiam liberaliter, & effusè imperitari possit. Et quamuis ad eam bonorum affluentiam peruenerit, nihilominus *non cessabit*, id est, à labore, & industria non desister. Sed magis Pauli documentum explebit ad Eph. 4. *Qui iurabatur, iam non furetur: magis autem labores operando manibus suis quod bonum est, vt habeat unde tribuat necessitatem patienti.*

Ad Eph. 4.

XXVII. Hostia impiorum abominabiles, quia offeruntur ex scelere.

Hostia impiorum, &c. Heb. *Sacrificium impiorum abominatio*, quanto magis quia in cogitatione attulerit illum. Pagninus: *quanto magis si in mala intentione*, &c. Chaldeus concinit cum Vulgata lectione. Septuaginta. *Hostia impiorum abominatio Domino: etenim inique offerunt eas.* Aquila: *quia cogitatio afferet illud, supple sacrificiis.*

111

Sacrificium, seu victima, vt Deo sit placabilis & accepta, plures condiciones requirit: hæ sunt, offerentis sanctitas, recta eiusdem intentio, & ipsius rei oblatae bonitas. Si qua verò ex his conditionibus absit, tota vitiatur, & inficitur hostia. Ergo iuxta varias lectiones, sacrificiorum, quæ ab improbis Deo litantur, vitia in alterius ex supra dictis circumstantiis, vel plurium defectum confert Salomon in hoc loco.

Pagninus duas condiciones, aut circumstantias impiorum hostiis deesse sua lectione significat: scilicet personæ offerentis iustitiam, & probitatem, & eiusdem rectam intentionem: sic enim legit, *sacrificium impiorum abominatio: quanto magis quia in mala intentione, aut cogitatione obrulerit illud.* Id est, cum hoc sacrificium propter offerentis improbitatem non omnino Deo placeat, tunc certè magis iniustum est, cum intentio illius praua existit. Dixi autem non omnino Deo placiturum esse, quia sola improbitas offerentis quâuis illi vitæ æternæ meritum auferat, non tamen omnino vitiat hostiam: nam improbi, si cætera adsint, bona etiam opera præstare possunt. Atque adedè aptè subditur nota illa prelationis: *quanto magis si mala intentione*, &c. id est, longè ab omnabilius, & ingratus Deo existit illud sacrificium, quod ex praua animi intentione, & destinatione proficitur; hoc enim nulla ex parte bonum, aut Deo gratum esse potest. Aliqui putant hæc verba contra illos pronunciata, qui vota, & sacrificia Deo nuncupant, vt ab illo criminum impunitatem, viuendi licentiam, & sælices in sceleribus suis successus, & progressus impetrent. Sed frustra lata, & vniuersalis sententia in eas angustias cogitur, cum potius absolutè & sine restrictione de qualibet finis non boni intentione in vniuersum accipi debeat: hæc enim, quæcunque sit, hostiam violat, & Deo iniustam reddit. Alij etiam sine lepore locum istum sic extulerunt: *sacrificium impiorum abominatio est apud Dominum, etiam quia in cogitatione mala attulerit illud.* Sed tamen cum particula *quæ* *Aph*, aliàs nota superiectionis esse soleat, certè in hoc loco hanc vim habere existimanda est.

112 Pagninus.

113 Septuag.

Septuaginta interpretes sic habent: *Hostia impiorum abominatio Domino: etenim inique offerunt eas: quæ translatio in prauam solum offerentium*

intentionem sacrificij ab impijs oblati vitium cōferre videtur: etenim iniquè offerunt eas. i. malè offerunt. i. mala, & deprauata intentione: nam cum in offerente deficit probitas, & sanctitas, tunc quidem malus offert: cum in re oblata bonitas desideratur, tunc sanè mala offert: cum intentio denique bona abest, tunc malè offert homo: si autem hæc omnia vitia in vnam & eandem hostiam coëant, tunc quidem dicemus hominem malum mala malè offerre. Ergo verba illa, iniquè offerunt, ad prauam offerentium intentionem pertinent.

Vulgatus noster huius sacrificij detestabilis vitium in rei oblata malitia posuit: sic n. habet, *Hostia impiorum abominabiles, quia offeruntur ex scelere.* i. quia ex sceleratè, & iniquè partis litanitur. Exultimo autem hîc non tantum sermonem esse de sacrificijs Deo ex religione libatis, sed etiam de eleemosynis, quæ ex beneficentia, & misericordia pauperibus impenduntur. De quibus sic Apostolus, *Beneficentia, & communionis nolite obliuisci: talibus enim hostijs promeretur Deus.* Mens ergo Salomonis hæc est. Siue Deo aliquid sacrificij nomine, siue pauperi eleemosynæ titulo offeratur, id certè si ex sceleratè, & iniuste acquisitis impendatur, illi iniustum, ac detestabile est. Imprimis n. sacrificia, & libamina quæ Deo offeruntur, propterea illi grata, & iucunda sunt (vt docet D. Thomas 2.) quia is, qui Deo ex bonis suis aliquid offert, illum quidem omnium authorem, & causam profiteri videtur: nam ex acceptis aliquid illi reddens, vniuersa eadem accepta referre videtur. Cum ergo ei, qui fortunas iniuste, & contra fas sibi peperit, Deus habendi author, & causa moralis non fuerit, sed magis diabolus ipse, qui (vt ex Chrysoft. alibi diximus) iniusti quæstus auaris author, & largitor est, meritò quidem oblatam hostiam repudiat & refutat, quia per illum impie admodum iniusti lucri author quodammodo exteriùs renunciat. Rursum idem S. Thomas docet, per sacrificia, & hostias aliud etiam obsequium Deo deferri: is. n. qui mactat hostiam, vitam pecori adimens, & neci illud tradens, ad Deum vtique vitæ, ac necis ius omne spectare eo officio significat. Ergo displicet Deo hostia, & victima furto ablata: quia quod exteriùs sacrificium renunciare, & innuere videtur, scilicet Deum vitæ, ac necis arbitrum esse, id certè eludit, ac fallit furtum, & alienæ rei distractio. Qui enim alienam rem furto sibi usurpat perinde cum Deo agere videtur, ac si vitæ, & necis arbitrium penes illum non esset: & quasi nunquam ipse moriturus, & suarum rerum rationem nulli redditurus foret. Adde etiam, ei, quem propriis spoliat fortunis, vitæ subsidia eripiens, mortem etiam quodammodo molitur.

115

Eccles. 14.

Quod si hîc hostiarum nomine propria, atque vera sacrificia intelligas, supra cap. 15. versu 8. verba quædam his similia expendimus. Vide ibi plura. His autem adnecte verba Ecclesiast. 14. *Dona iniquorum non probat. Altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum, nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis.* Iniquos autem appellat iniustos rei alienæ usurpatores, qui videlicet ex iniquè partis hostias Deo mactant: subdit enim, *Qui offert sacrificium ex substantia pauperis, sicut qui victimat filium in conspectu patris.* Nā cum Deus ob singularem in pauperes prouidentiam eorum pater dici soleat, quicumque bona ab ipsis ablata Deo voti causa exsoluit, perinde facit, ac si filium vnicè dilectum, & hæredem, in parentis sui oculis necet. Sicut enim fieri non potest, vt parè-

A ti filij mors non valde displiceat: ita etiam impossibile est, vt Deo talis hostia prorsus inuisa non sit. Pauperem autem ab eo, qui bona illius diripit, mactari quodammodo, & neci dari probat Ecclesiast. subiectis verbis. *Panis egentium vita pauperum est: qui defraudat illum, homo sanguinis est: qui auferit in sudore panis, quasi qui occidit proximum suum: qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt.* i. cōsimiles valde. Ille ergo qui ex his, quibus pauperes, aut mercenarios ad eum modum defraudauit, sacrificia, & hostias Deo libat, perinde facit ac si Deo vidente, filios ipsi gratissimos confodiat, quod tanti parentis pietatem mirum in modum lædere necesse est.

Eccles.

D. Chrysoftomus in hom. de misericordia, & duabus mulieribus viduis. tomo. 5. locum etiam istum de eleemosyna intelligit, quæ ex iniuste quaesitis impenditur: sic enim habet: *Qui etsi pauperi tribuat, hoc magis deterior si ab eo tollit, quod tribuat alij, & esuriens panem esurientem pascit. & nudum spoliis vestiat alienis, cum scriptum sit. Qui offert sacrificium ex substantia pauperis, sicut qui victimat filium in conspectu patris sui.* Vt ergo huius sententiæ vim. Pater ideo vnicè dilecti filij necè grauius dolet, quia patres semetipsos in filiis diu viuere, ac vitæ suam in eorū vita contineri autumant: atq; adeo qui filio manus affert, parentis ingulū quodammodo petere videtur. Puta igitur Christum in pauperibus per singularem erga ipsos gratiam peculiari modo esse, ac viuere. Subest huius rei author Paulus 2. ad Corinth. 4. vbi postquam dixit: *Aporiamur, sed non destituimur,* subdit: *Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris: semper enim nos, qui viuimus, in mortem tradimur, vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali.* Nam licet plures ista verba ad præmium vitæ æternæ referant, tamen Chrysoft. Theophil. & alij Patres Græci aliter exponunt ad hunc modum. De nostra vtique vita naturali, & corporea, tam ob assiduas persecutiones, quam etiam ob summam inopiam quotidie actum esset, nisi Christus ipse illam tueri voluisset: nam vti non in animis solum nostris per gratiam, sed etiam in corporibus, & carne aliquo modo se viuere ostendat, corpora etiam, carnemque per suorum fidelium eleemosynas nutrit, ac seruat: nam quod fideles, ipso suadente, & gratia ipsius suffulti præstant, hoc ipse præstare dicitur. Itaque Paulus sic ait: propterea toties ob inopiam, & rerum ad vitam tuendam opportunarum defectum in discrimen corporalis vitæ adducimur, vt ea ratione beneficio suo necessaria ad victum, vitamque suppeditans ostendat Christus (si fas est ita loqui) corpora etiam nostra de vita illius viuere. Quorum hæc? Quia Christus, vt ex dictis constat, in pauperibus suis speciali modo viuut, scilicet illos, quorum vita ob summam inopiam quotidie in discrimen vocatur, quotidianis emolumentis alens, & in dies viuos esse iubens, propterea ipsorum parens meritò appellatur atq; etiam inde fit, vt qui eos ablatis rebus necessarijs perimit, modo supra scripto, non ipsos tantum, sed Christum etiam in ipsis viuentem, & agentem quodammodo vita priuare dicendus sit. Redeo igitur ad sententiam. *Qui offert sacrificium ex substantia pauperis, sicut qui victimat filium in conspectu patris.* Sicut enim parens filij mortem propterea dolet, quia cum filio pariter se commori existimat: ita etiam Christus illatam pauperi necem per bonorum defraudationem grauius fert, quia cum in illo

116
Chrysoft.

2. Cor. 4.

C per mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris: semper enim nos, qui viuimus, in mortem tradimur, vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Nam licet plures ista verba ad præmium vitæ æternæ referant, tamen Chrysoft. Theophil. & alij Patres Græci aliter exponunt ad hunc modum. De nostra vtique vita naturali, & corporea, tam ob assiduas persecutiones, quam etiam ob summam inopiam quotidie actum esset, nisi Christus ipse illam tueri voluisset: nam vti non in animis solum nostris per gratiam, sed etiam in corporibus, & carne aliquo modo se viuere ostendat, corpora etiam, carnemque per suorum fidelium eleemosynas nutrit, ac seruat: nam quod fideles, ipso suadente, & gratia ipsius suffulti præstant, hoc ipse præstare dicitur. Itaque Paulus sic ait: propterea toties ob inopiam, & rerum ad vitam tuendam opportunarum defectum in discrimen corporalis vitæ adducimur, vt ea ratione beneficio suo necessaria ad victum, vitamque suppeditans ostendat Christus (si fas est ita loqui) corpora etiam nostra de vita illius viuere. Quorum hæc? Quia Christus, vt ex dictis constat, in pauperibus suis speciali modo viuut, scilicet illos, quorum vita ob summam inopiam quotidie in discrimen vocatur, quotidianis emolumentis alens, & in dies viuos esse iubens, propterea ipsorum parens meritò appellatur atq; etiam inde fit, vt qui eos ablatis rebus necessarijs perimit, modo supra scripto, non ipsos tantum, sed Christum etiam in ipsis viuentem, & agentem quodammodo vita priuare dicendus sit. Redeo igitur ad sententiam. *Qui offert sacrificium ex substantia pauperis, sicut qui victimat filium in conspectu patris.* Sicut enim parens filij mortem propterea dolet, quia cum filio pariter se commori existimat: ita etiam Christus illatam pauperi necem per bonorum defraudationem grauius fert, quia cum in illo

E

suprà scripto modo viuat, in eodem etiam ipsum eo modo emori necessum est, quo viuere existimatur.

117

Rursus vt pauperis spoliatio cum filij amantissimi morte cohæreat, addendum est alia etiam de causa illatam filio necem parenti tantopere ingrati esse, quia scilicet bonorum suorum legitimo hærede priuatur. Cogita ergo pauperes speciali iure ad Christi hæreditatem vocari, Iacobi secundo. *Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, hæredes regni?* Nam licet eiusmodi pauperes per bonorum defraudationem maturius sublatis, sorte hæreditaria regni, ac vitæ æternæ non priuentur, tamen maiorem illam sortem amittere dicendi sunt, quam si diutius uiuerent, per voluntariam paupertatis tolerantiã assiduus promeritis attingerent: atque ad eò quod ad eam maiorem sortem spectat, sublato per iniuriam paupere, Deus ipse legitimo hærede priuari quodammodo dici potest. Pergo ad alia.

Iacob. 2.

XXV 111. *Testis mendax peribit:
vir obediens loquetur victorias.*

Testis mendax. Heb. *Testis mendaciorum peribit: sed vir audiens in finem loquetur.* Caiet. & alij Heb. *Et vir audiens semper loquetur.* Chaldaus: *Et vir bene audiens rectè loquetur.* Septuag. *Vir autem obediens custoditus loquetur.* Græcè *οὐκ ἀσσοῦνος*, anceps vox est: potest enim in passiuã significatione, & in actiuã exponi, quapropter correctior textus ad passiuã significationem retulit; Complutensis verò, ac Regius, ad actiuã reuocauit, atque ad eò sic extulit. *Vir obediens seruaturus loquetur.* Aquila, Symmachus, & Theodotio. *Ad victoriam ibit.* Alij, *constanter, viriliter, fortiter loquetur.* Sed vnde tam varia posterioris homistychij lectio? Hanc lectionum dissimilitudinem peperit vox quædam grauida, scilicet *לנצח* *Lenetsach*, de cuius vi multa interpretes ad inscriptionem Psalmorum, vbi Hieronymus passim *vincenti*, aut *victori*. Septuaginta, *in finem*. Chaldaus, *ad laudandum* Alij, *in sæculum*, vel *in perpetuum*, nescio an aliter etiam alij. Fluit sanè vox illa ex radice *נצח* *Natsach*, id est, *viciis, prauauit, fortiter egit, & ad finem perduxit.*

119.

His constitutis, tota huius loci difficultas in eo versatur, vt prius hemistychium cum posteriori ad amissim cohæreat. Igitur recentiores Hebræi, vt partem vtramque inter se concilient, quilibet iuxta eam lectionem, quam sequitur, peculiarem sententiam comminiscitur. Primò ille alius, quisquis est, apud Caietanum sic habet. *Testis mendax inaudita apud se fingit, atque ad eò tandem aliquando detecta veritate pro meritis punitur. Vir autem audiens semper aut fortiter loquitur.* Id est, qui testatur ea tantùm quæ audiuit, is sanè semper idem loquitur, ac sibi per omnia similis est, nunquam à seipso discedit, & quia veritati hæret suæ, audacter, & fortiter rem asseuerat. Nam secundum eius expositionem posterior pars non opponitur priori, vt per se liquet. Quapropter vt sensus posterioris clausulæ aptus sit, priorem alia interpretatione donari oportet. *Testis mendax peribit*, id est, deficiet, si iurimum testimonium illius exactius discutatur ab his, quæ prius asseuerauerat. Tandem locum facit huic

A expositioni verbum *נצח* *lobad*, quod in primitiuis subest; ex radice *Abad*, id est, *peribit*, aut *perditus est*. Itaque licet conuertere, *Testis mendax perdecet*, & ad significationem vulgarem apud nostrates sermonis vocari hoc modo. *Et testigo falso se perdera en loque dice*, id est, sibi minimè constans erit. Nam iuxta Hispanum idioma tunc aliquis inter dicendum dicitur *perder se*, cum sermonem vrgere, & ad finem perducere non potest. Huic ergo ex aduerso respondet sententiã posterioris illius partis. *Vir autem audiens semper*, aut, *in finem loquetur*. Quapropter ad hanc alliciendã sunt omnes illæ translationes suprà adscriptæ: scilicet *semper, in finem viriliter, fortiter in perpetuum, in sæculum loquetur*, aut si quæ aliæ id genus ab Hebraizantibus confictæ sunt. De teste autem vacillante, & timido sæpè aliàs diximus.

120.

Sed vt ad Vulgatam lectionem propiùs accedamus, Iansenius non vnã tantùm expositionem contulit in hunc locum: nam primò sic habet, *Testis mendax peribit*, qui videlicet conuictus in iudicio pœnis falsorum testium subiacebit: *sed vir obediens loquetur victorias*, id est, qui legi diuinæ paret, atque ad eò mendacia hac lege interdicta etiam cauet, vincet tandem, atq; suas, exactis controuersis, ac litibus, quas in iudicio obtinuit, victorias enarrabit. Subdit aliam magis appositam interpretationem ad hunc modum. *Testis mendax peribit*, id est, qui in alium falsum testimonium dicit, conuictus demum pœnas luet: *vir autem obediens loquetur victorias*, id est, qui probus est, ac legi diuinæ per omnia paret, ab omni malo vendicabitur, quod falso testimonio illi parabatur, & de hoste suo serio triumphabit. Placet hæc expositio: sed tamen cum in Primitiuis ad verbum sit, *vir autem audiens loquetur victorias*, suspicio quædam incessit animum verbum illud *obediens* ad eundem sensum alligi debere. Addo etiam olim lectum, *vir obediens*. Ita habetur in codice manuscripto perantiquo, qui seruatur in Bibliotheca nostra Murtiana: sic enim sensus simplicior, & antithesis luculentior euadit ad hunc modum. *Testis mendax peribit*, id est, qui alium falso testimonio petit, detecta falsitate pœnas dabit: *et vir audiens, vel obediens*, tale testimonium contra ipsum, *loquetur victorias*, id est, comperta veritate triumphabit. Itaque antithesis est inter dicentem falsum testimonium, & illud audientem.

121

Cæterum nescio quis scrupulus adhuc reliquus est: nam cum Vulgatæ lectioni nullam vim afferre animus sit, hæc autem absolutè habeat, *vir obediens*: atque ad eò de obedientia in vniuersum loqui videatur, iterum hæc verba ad trutinam vocare, & de viro obediante interpretari libet. *Testis mendax*, &c. Strabo itaque ac Beda testem mendacem cum hîc appellari volunt, qui se Deo seruire ex sua professione testatur, & tamen dicta factis minimè exequitur: atque huic expositioni omnino acquiescit mens. Ergo per testem mendacem cum intelligo, qui falsum testimonium in aliquem dicit, & à superiore, ac iudice iniquam aduersus illum sententiam extorquet. Ait ergo Salomon; eiusmodi testis falsus, etsi ad horam vincere, & de aduersario suo triumphare videatur: tandem aliquando peribit, ac suæ falsitatis pœnas dabit: *Vir autem obediens loquetur victorias*, id est, qui iniquam sententiam à superiore latam æquo animo fert, & eidem humiliter paret, tametsi ab aduersario suo victus, & eiectus videatur,

videatur, tamen illi victorias demum suas enunciare, & prædicare licebit: vel quia detecta fraude, amissam gloriam recipiet, & in falsum testem pœna recidet: vel certè quia iniustæ sententiæ parens, & acquiescens, nobilem admodum à semetipso victoriam reportat. Lege Greg. lib. 35 Moral. cap. 10. vbi hæc Salomonis verba pendens sic scribit. *Hinc per Salomonem in ostensione obedientia dicitur: Vir obediens loquetur victorias: vir quippe obediens victorias loquetur, quia dū aliena voci humiliter subdimur, nosmetipsos in corde superamus.* Hæc ille de obedientia in vniuersum. Licet ergo quælibet erga superiorem obsequentia sui ipsius victoriam adducat, longè tamen gloriosior, ac splendidior est illius victoria, qui superiori iniquè contra ius fasque iubenti ad nutum parat, & cum innocens sit, pœnis haud meritis acquiescit. Paulus ad Rom. 8. cum aduersa quædam commemorasset, quæ sibi partim à Deo, partim ab hominibus euenerant, subdit. *Estimatis sumus sicut oves occisionis. Tanquam oves* (inquit Gregorius vbi supra) *quia etiam seua minantibus, aut etiam irrogantibus paremus:* nam ouem ibi obedientiæ symbolum esse multis contendit. Paulus verò sic addit: *Sed in his omnibus superamus.* Græca habent *ὑπερβικῶντες*, id est, *superuincimus.* Nota emphasim huius verbis, non vincimus tantum, sed superuincimus: nam ea victoria, quam seuera, & acerba imperantibus parentes adipiscimur, nobilissima est, & communis victoriæ leges excedit. Dicimus enim illum planè seipsum vincere, qui iuste imperanti, aut pro meritis punienti libenter obsequitur: at illum, qui superiorem contra ius fasque imperantem, aut infonti pœnas infligentem sustinet, non modò vincere, sed superuincere dicimus. Hinc Petrus in 1. Canon. c. 1. seruos sic alloquitur, *Seruis subditi, estote in omni timore Dominis, non tantum bonis, & modestis, sed etiam discoloris. Hæc est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias patiens iniuste. Quæ enim est gloria, si peccates, & colaphizati suffertis, sed si benefacientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum.* Hæc ille, fidelibus suadens, vt iniusta etiam crudelium dominorū imperia sustineant: hoc enim cum prius gloriosum est, ac nobile. Quapropter merito Salomon de illo, qui ad hunc modum parat, & falsi testis iniuria à se uero iudice damnatus acquiescit, *loquetur* (inquit) *victorias.*

Non solum obediens vir nobilissimam hanc victoriam, aut superuictoriam (si licet dicere) à semetipso refert, sed etiam reliqua omnia vincere, ac sibi substernere dicendus est. Imprimis. n. subditi obedientia & obsequium superiores ipsos vincit, eorumque seueritatem ad lenitatem traducit. Hinc est illud Curtij lib. 8. quod vulgò circūfertur. *Obsequio mitigantur impetra, & Principum seueritas in māsuetudinem vertitur civium obedientia.* Rursus obediens aliam victoriam accommodat Gregorius Magnus in 1. Reg. lib. 2. cap. 10. Cum hominibus pro Deo subijcitur, superbos spiritus superamus. Cæteris quidem virtutibus Dæmones impugnamus, per obedientiam vincimus, victores ergo sunt, qui obediunt: quia dum voluntatem suam aliis perfectè subiiciunt, ipsi quidem lapsis per inobedientiam Angelis dominantur. Quid plura? vir obediens Deum ipsum vincit, atque illum mancipat, & quodammodo ab obsequio sibi præstandum compellit. Audi Pseudo Augustinum ad fratres in eremo ferm. 61. de obedientia. *Sciendum* (inquit) *fratres, quod quanto modo erimus ipsi obediens superioribus*

A nostris, tanto erit Deus obediens orationibus nostris, Denique idem Augustinus in Psal. 70. obedientiam tanquam victricem palma donat. Sola (inquit) *obediens tenet palmam, sola inobediens inuenit pœnam.*

Venio ad lectionem Septuaginta, quæ reliquas difficultate vincit: *Vir autem obediens custoditus loquetur*, sic habet correctior textus, cuius lectio cæteris præferenda est Sed quoniam modo hæc posterior pars cum priori pugnet, non satis allequor, meam nihilominus suspicionem adscribam. Præmittere autem oportet verbum, *loquetur*, in sacra Pagina nonnumquam idem esse, ac *vivere*, seu *vitam agere*. Sic obseruauit in hunc locum Vatablus. Aduocat autem Pauli testimonium ad Heb. 11. *Defunctus adhuc loquitur*, id est, adhuc viuit, & superstes est. Accinit etiam locus

B alter Genesis. 1. vbi illa verba, & factus est homo in animam viuentem, Chaldaus sic ad verbum extulit, *Et factus est homo in animam loquentem.* Mitto alia, Rursus pro illis verbis, *vir obediens*, in Græcis iacet *obaudiens*, ita vt non ad obsequium, sed ad humilem auditionem spectet. Ergo sensus erit. *Testis mendax peribit*, id est, qui temerè ad falsum testimonium in aliquem dicendum profilit, sui sceleris pœnas referet: *vir autem obaudiens* (sic lego) *custoditus loquetur*, id est, qui eiusmodi testimonium contra se dictum constanter audit, securus utique, & incolumis ager. Hoc sibi vult illud, *custoditus loquetur*, opponiturque illi verbo, *peribit*: custoditus nimirum, id est, tectus, asseruatus, vel assertus. Itaque Salomon his verbis falsos testes coercet & ipsos sibi interitum moliri dicit cum ex aduerso illi, quos ipsi calumniis suis opprimere voluerunt, salui plerumque, & incolumes euadant.

C Vel aliter verba Septuaginta ad Vulgatæ sensum benignè allici possunt, hoc modo: *vir autem obediens custoditus loquetur*, id est qui cum reus à falso teste peractus fuit, iniquæ sententiæ parat, non equidem *peribit*, sed Dei prouidentia seruatus *loquetur*. i. viuis, ac superstes erit. Vel aliter, *loquetur*, nimirum qui prius, lata sententia, tacere, & illam admittere coactus est, postea detecta fraude, eloqui, pro se dicere, ac publicè apud iudices semetipsum purgare poterit. Itaque verbum illud *loquetur* conferendum est cum illo *obediens*, vel *obaudiens*. Ita enim olim more comparatum fuit, vt reus conuictus tacere iuberetur, & sententiā latam silentio ipse acceptare. Adi Brissonium in formulis ad iudicium spectantibus.

D Quod si aliter legas, & Regiam Complutensemque translationem teneas, alius euadit sensus: *vir obediens seruaturus loquetur*. Liceatque cum Strabo, & Beda per falsum testem eum accipere in hoc loco, qui à semetipso dissentiens dicta factis minimè exequitur. Huic ergo ex aduerso opponitur *vir obediens*, id est, vir probus, qui *seruaturus loquetur*, hoc est, quod dicit, ad illud utique seruandum, & opere ipso exequendum statim sese accingit. Sed tamen hæc minora sunt.

XXIX. Vir impius procaciter affirmat vultum suum: qui autem rectus est, corrigit viam suam.

*V*ir impius. Hebraicè *Vir impius roborat facies suas: & rectus ipse parabit viam suam.*

Chald. *Impudens facie est vir impius. lxx. Impius vir imprudenter subsistit facie: rectus autem ipse intelliget vias suas.* Theod. *Vir impius affirmabit faciem suam.* Ac pro illis verbis, *corrigit faciem suam* Aquila & Symmachus, *parabit, aut, expediet viam suam.*

Rodolphus, hunc locum cum superiori nece-
te contendit, atque ad eum illum de falso teste ad
hunc modum exponit. *Vir impius procaciter affir-
mat vultum suum*, id est, falsa contra proximum
asserens procaciter insistit: & cum aliis falsa
qui dicunt facie ipsa suæ falsitatis non leuia argu-
menta prodere soleant (mendaces enim timent
semper, facies autem ex metu exalbescit) hic fal-
sus testis *vultum suum procaciter affirmat*, & fal-
situdinis nec leue aliquod indicium in facie prodit.
Qui autem rectus est, intelliget viam eius (sic leg-
git Rodolphus) id est, iustitia, & integritate præ-
ditus iudex, illum nihilominus, ac mendacia illius
rectè caller. Vel aliter iuxta nostram lectionem,
Qui rectus est, corrigit vias suas, id est, vir pro-
bus verum semper testimonium affert, & à veri-
tate nec latum vnguem deuiat. Hæc Rodolphus
nō satis clarè, sed tamē prior illa interpretatio vim
affert textui: atq; ad eum meritò ab aliis refutatur.

Rodolph.

Aliam magis appositam subnectit idem Ro-
dolphus. *Vir impius procaciter affirmat vultum suum.*
Is videlicet, qui improbitati se addixit, magna
siue constantia, siue impudentia, scelera admittit
vultum affirmans. i. minimè illum auertens, vul-
go *sin voluer à tras*, hoc. n. respicientiæ signum
est. Contra verò *qui rectus est, corrigit viam suam*
i. pedem refert, & in rectam, honestamque ratio-
nem viuendi sese facilè restituit.

125

Cæterum hanc vniuersalem sententiam reli-
qui interpretes coercent, atque in hoc loco latum
discrimen à Salomone adnotari volunt, quod
inter impios, & rectos intercedit, non quidem
in vniuersum, sed cum à superioribus monentur,
aut corripiuntur: ita vt sensus sit. *Vir impius pro-
caciter affirmat vultum suum*, id est, cum à Præ-
latis monetur, aut corripitur, non cedit, sed vul-
tum affirmat, vulgò *hæc rostro*, id est, obstitit con-
tra, & reluctatur. Hoc sibi vult etiam translatio
Septuaginta. *subsistit facie*, id est, contra monen-
tem immobili vultu hæret, ita vt nullis adhorta-
tionibus conuerti, & reuocari possit. Ex aduerso
autem *rectus corrigit viam suam*, id est, admoni-
tus, aut correptus itatim cedit, & ad frugem bo-
nam sese recipit.

Cæterum vt huius interpretationis (quam re-
liquis præferendam esse censeo) vis, & energia
magis eluceat, varietas lectionum obseruanda
est. Nam illam vultus affirmationem Vulgatus
ad procaciam, seu peruicaciam refert. habet. n.
Procaciter affirmat vultum suum. Chaldæus impu-
dentia adscribit: sic enim vertit, *Impudens facie
est vir Impius.* Septuaginta verò imprudentia tri-
buunt, sic, *Vir impius imprudenter subsistit facie.* Ec-
sanè hæc tria vitia singula quidem proprio, & pe-
culiari modo vultum aduersus monentes affir-
mant. Primò igitur procacitas ex proprietate sua
summam quandam conuictandi, irridendi, &
exprobrandi licentiam significat: idè procaci-
tas linguæ tradi solet. Cicero in Salust. *Non enim
procacitate linguæ vitæ sor des eluatur*, & apud alios
passim. Ergo cum vulgatus ait. *Impius procaciter
affirmat vultum suum*, perinde est ac si dicat: vir
improbis non tantum monenti validè obstitit,
sed etiam vultu ipso, & gestibus irridet, expro-
brat, conuictaturque. Nihil autem solemnus est

Cicero.

A his, qui correptiones detrectant, quam ad eum
modum suos cohortatores verbis aspernari, &
illudere. Hos autem cum similis eruditè, & falsè
contulit Plutarchus in Moral. Nam quemadmo-
dum simia hominum insultantium sibi gestus imi-
tantes ipsos derident, & sic demum eorum ira in-
risum soluitur: sic etiam quidam dum reprehen-
sores suos nutibus insultis aspernantur, eorum
seueritatem inanem, & deridulam reddunt.
Rursus impudentia vultum affirmat, non alia sa-
ne ratione nisi quia impudentia frontem exterit,
& callos eidem obducit; ideòque obiurgationi-
bus ictus non cedit. Huc spectat illud Hierem. 3. *Hierem. 3.*
Frontis meretricis facta est tibi, noluit erubescere. Et
apud Ezech. *Domus Israël attrita fronte est.* & du-
ro corde Denique vultus illa affirmatio ad impru-
dentiam refertur: prudentia enim ita suadet, vt
caput, faciesque ab ictibus vindicetur: ideòque
serpenti prudentia datur, quia caput tegit, & re-
liqua membra percutienti offert. Adde etiam obi-
urgationes, & reprehensiones in faciem ipsam
intendi. Sic enim Paulus de Petro ad Galat. 2. *Ad Gal. 2.*
Restitit ei in faciem, quia reprehensibilis erat. Ergo
qui aduersus reprehensionem ictus, faciem, &
frontem affirmat. & non potius illam occulit, &
suffundit, imprudens est. Duo sunt animantia,
quæ fronte ictus excipere, ac reddere solent,
hæc sunt, Aries, atque Taurus: vtrique verò
cum eo modo petunt, aut petuntur, oculos clau-
dunt, vt constet id totum prudentia, & prou-
dentia profus aduersari, quod clausis oculis pe-
ragi oportet.

XXX. Non est sapientia, non est prudentia,
non est consilium contra
Dominum.

XXXI. Equus paratur ad diem belli: Domi-
nus autem salutem tribuit.

E Quus paratur, &c. Hebr. *Equus paratur in
diem belli, Domini est salus.* Chald. *A Do-
mino autem salus. lxx. à Domino autem auxilium.*
Omnes in idem recidunt. Hic locus duplici ratio-
ne exponi potest. Aut enim iuxta literæ sonum
verba accipere, aut sonum ipsum verborum ad al-
legoricam significationem traducere integrum
est. Si ergo in literæ sono hæreamus, alloquitur
Salomon Imperatorem, aut Ducem, suadetque
illi, vt antequam bellum ineat, Deum sibi propi-
tium, & placabilem reddat. Nam vti bella re-
ctè & fœliciter gerantur, duo imprimis neces-
saria sunt: peritia rei militaris in Duce, robur,
atque fortitudo in exercitu. Ait ergo Salomon,
*Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium
contra Dominum.* Sensus autem sic habet; Qui-
cumque bella administrat, Deum sibi promere-
ri, & placare imprimis debet: nulla enim rei mi-
litaris peritia, nullus astus, nulla stratagemata-
rum excogitatio, aut compositio, Deo aduersan-
te, ad victoriam parandam aliquid potest. Id si-
bi vult illud, *contra Dominum*: nimirum cum
Deus contrarius est. Subdit, *Equus paratur ad
diem belli: Dominus autem salutem tribuit.* Certè
in equis, atq; equestri militum cuneo robur exer-
citus continetur. Est ergo perinde ac si dicat,
Quantumuis Imperat. Equos, equitesque fortif-
simos, & instructissimos, ad prælium moueat,

126

non tamen propterea de victoria certus esse debet, sed Deus insuper ab illo appellandus est, eiusque auxilium enixè postulandum: ipsius enim est salus, incolumitas, & victoria. Hanc esse huius loci germanam expositionem reor. Quid autem certum magis atque exploratum est, quàm bella propitio, & auspice Dei numine administranda esse?

127
Gregor.

Cæterùm si ad allegoricum sensum præmissa verba traducamus, ante alios producendus est D. Gregor., qui lib. 31. Moral. cap. 10. sic serit. *Equi nomine preparatio recte intentionis accipitur, sicut scriptum est: Equus paratur in diem belli. Sed Deus salutem tribuit, quoniam contra tentationem quidem se animus parat, sed nisi adiuvetur de super, salubriter non decernat.* Itaque Gregor. equi nomine animum ipse accipere videtur, qui antequam in certamen, & prælium cum forti aliqua tentatione ruat, equi in modum comparari, instrui, insterni, & expediri debet, ut sessorum, id est, ratione excipiat, hæc enim manus cum hoste confert, victoriamque ex Dei beneficio, & gratia reportat: nam *Domini est salus.* Hoc tamen à Gregorio dissidet. Hugo Card. qui equi nomine factis aptè corpus intelligit: locum autem sic edidit, *Equus paratur ad diem belli,* &c. Hominis scilicet est corpus suum ad bellum edomare, instruere, & insternere, ut rationem veluti sessorum excipiat, ac tunc demum illud equi in modum ad prælium edocti in discrimina inferre: sed postquam quis ex Dei gratia, & beneficio corpus suum ad eum modum comparavit, *Domini est salus, & victoria,* id est, ab ipso auxiliatore paratur. Subdit atem Hugo, *Preparatur autem ad*

Hugo.

bellum equus iste tempore persecutionis in tribus. Primo in assuetudine laboris, doloris, famis, sitis, frigoris, & cæterarum eiusmodi molestiarum, ne cum in bellum venerit, solo sonitu buccina terreatur. Secundo preparatur virtute, & animositate sessoris: equus enim sub strenuo sessore strenuior est. Tertio preparatur armorum munitione, ne ad singula iacula vulneretur. Arma voco hic fortitudinem, patientiam, audaciam, quibus contemnitur mors. Tunc vero equus hic expeditus, & comparatus ad sonitum buccinae exultans dicit Vah, & audacter in occursum pergit armatus. Hæc ille. Lege Ambrosium in lib. de Isaac & anima cap. 8. ubi multa de equo ad hanc allegoriam facientia, & cap. 4. ubi etiam non pauca serit.

Plerique etiam interpretes ad hunc locum per istiusmodi equum Doctorem sacrum innui volunt. In his Gregor. Nam post verba supra adscripta sic atexit. *Equi etiam nomine sanctus quisque prædicator accipitur,* &c. Hic ergo non ex tempore producendus sed edomandus, cicurandus, insternendusque est ad bellum, hoc est, ad debellandos Christi aduersarios: *Equus enim preparatur ad bellum:* sed non ideò certa salus, *Dominus enim salutem tribuit.*

Ad extremum Caietanus non hominem, non animam, aut corpus, aut aliquid aliud speciale equi nomine captandum esse docet: sed in vniuersum ea similitudine hoc notari, quod *preparare est hominis, saluare autem, aut vincere, solius Dei.* Huic autem expositioni assuenda est doctrina illa de gratia comitante, & consequente, quam alibi non semel inculcauimus. Præfatas autem allegorias persequi superuacaneum duxi.



CAPVT XXII.

SALOMONIS.



MELIVS est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ: super argentum & aurum, gratia bona. 2. Diues & pauper obuierunt sibi: vtriusque operator est Dominus. 3. Callidus vidit malum, & abscondit se: innocens pertransiit, & afflictus est damno. 4. Finis modestiæ, timor Domini diuitiæ & gloria, & vita. 5. Arma & gladij in via peruersi: custos autem animæ suæ longè recedit ab eis. 6. Prouerbiū est: Adolescens iuxta viam suam, etiam cū senuerit, non recedet ab ea. 7. Diues pauperibus imperat: & qui accipit mutuum, seruus est fœnerariis. 8. Qui seminat iniquitatem, metet mala, & virga iræ suæ consummabitur. 9. Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur: de panibus enim suis dedit pauperi. Victoriā & honorē acquireret qui dat munera: animam autem aufert accipientium. 10. Eūce derisorem, & exhibit cum eo iurgium, cessabuntque causæ & contumeliæ. 11. Qui diligit cordis munditiā, propter gratiam labiorum suorum habebit amicum Regem. 12. Oculi Domini custodiunt scientiam: & supplantantur verba iniqui. 13. Dicit piger: Leo est foris, in medio platearum occidendus sum. 14. Fovea profunda os aliens: cui iratus est Dominus, incidet in eam. 15. Stultitia colligata est in corde pueri, & virga discipline fugabit eam. 16. Qui calumniatur pauperem, vt augeat diuitias suas dabit ipse ditiori, & egebit. 17. Inclina aurem tuam, & audi verba sapientium: appone autem cor ad doctrinam meam. 18. Quæ pulchra erit tibi, cū seruaueris eam in ventre tuo, & redundabit in labiis tuis. 19. Vt sit in Domino fiducia tua, vnde ostendi eam tibi hodie. 20. Ecce descripsi eam tibi tripliciter, in cogitationibus & scientia: 21. Vt ostenderem tibi firmitatem, & eloquia veritatis, respondere ex his illis, qui miserunt te. 22. Non facias violentiam pauperi, quia pauper est: neque conteras egenum in porta: 23. Quia iudicabit Dominus causam eius, & configet eos, qui confixerunt animam eius. 24. Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioso. 25. Ne forè discas semitas eius, & sumas scandalum animæ tuæ. 26. Noli esse cum his, qui defigunt manus suas, & qui vades se offerunt pro debitis. 27. Si enim non habes vnde restituas, quid causæ est vt tollat operimentum de cubili tuo? 27. Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. 29. Vidisti virum velocem in opere suo? coram Regibus stabit, nec erit ante ignobiles

CAPVT XXII.

SALOMONIS.

I. *Melius est nomen bonum, quam diuitia multa: super argentum, & aurum gratia bona.*



MELIUS est nomen, &c. Hebr. ad verbum, *Eligibilis nomen prae opulencia: prae auro, & argento gratia bona.* lxx. etiam eodem modo conuertunt, *Eligibilis*, &c. Aquila, & Theod. *ἐπιλεξιμὸν*, i. *Eligendum*, aut e-

lectum: omnia in idem recidunt.

Initio igitur decernere oportet, quid *nomen*, quid *gratia bona*. Hugo Cardinal. per *nomen bonum* beneficium adoptionis in filium Dei accipi posse, vel potius bono nomine illum gaudere dicit, cuius nomen in vitae librum adscriptum, & relatum est; quod reliquis bonis externis anteponendum esse docet Beda, sic: *si quis, ait, totum mundum vniuersum lucraretur merito totum contemneret, ut eius nomen scriberetur in caelis, eiusque memoria inter sanctos, & Angelos fulgeret aeterna.* Idem verò per gratiam bonam, eam, quae iustificat animum, intelligit, ut huius gratiae, atque eius nominis sit coherentia, & concensus. Itaque iuxta praedictam acceptionem locus iste sic ordinandus est, *Melius est nomen bonum quam diuitiae multa.* &c. i. Praestat nomen alicuius in vitae libro exceptum esse, quam diuitiarum immentam vim obtinere: dignius praeterea est gratiam Dei inire, quam auri, argenti que cumulos numerare: utrumque satis notum, quod per breuis ratio euincit apud Chrysof. hom. 23. ad populum, *Praestat enim tuis certum ad regnum caeleste hereditate adita capeendum, quam exigui census praesens possessio.* Et quidem secundum eam nominis, & gratiae bonae acceptionem sic comparanda est energia huic sententiae, ut Salomonis verba cum Chrysof. doctrina cohareant: Praestat scilicet in librum vitae adscribi, & gratiam apud Deum inire, quam opibus auro, & argento inestimabili copia affluere, ex eo certe, quia illa ius ad aeternum regnum certissimum praebent; haec verò exigui admodum temporis mensura hominem locupletant.

Sed etiam idem Hugo, Iansen. Rodolph. Caiet. & alij per nomen bonum bonam utique famam, aut estimationem capiendam esse dicunt, per gratiam verò benevolentiam, & fauorem, quo quis vulgo placet, atque probatur, his assentior. Itaque Salomō ista duo cum diuitiis confert, ac praefert bonum nomen, & gratiam. *Melius est nomen bonum, quam diuitiae multa.* Comparatio verò sic ineunda est. Melius longe est boni nominis ac famae exigua quaedam pars, quam copiosae admodum diuitiae. Nec caret emphasi lectio originalis, quae ad verbum sic

B habet, *Eligibilis nomen, quae opulencia.* Itaque vox illa *bonum*, abest ab originibus, quae noster ideo inferuit, ne vox illa *nomen* anceps esset ad famam atque atque infamiam: quam lectionem praetulerunt etiam lxx. igitur aiunt, *Eligibilis est*, &c. Quibus verbis prudentiam adnotat, ad quam spectat inter res eligendas decernere, & unam alteri praeferre. Finem etiam praescribit, nam cum omnis electio sit mediocri ad finem, cum dicit, *Eligibilis est*, ad aliquem finem intendere debere non obscure insinuat, ad quem consequendum praestabilis est nomen, fama, & gratia bona, quam diuitiae immensa. Hic autem non est alius quam honestas virtutis; nam cum alias ob causas bonum nomen opibus anteferri debeat, vel ex eo maxime quod diuitiae vitis plerumque inferuire solent: at bonum nomen virtutis, & honestatis non comes solum, sed etiam satelles, defensor, ac vindex est.

C Caeterum si bonum nomen cum diuitiis in vniuersum conferamus, haec certe multis aliis nominibus eidem cedunt. Primum, quia eo magis bonum aliquod homines beare dicendum est quod diuturnius: atqui diuitiae cum homine ipso depereunt, & ad alios transferuntur; fama verò post mortem ipsam perennat, imò potius ipsa nominis celebritas obeunte homine vires recipit, atque eò maior ac dignior habetur, quo certius est, ipsam olim post mortem nulla dedecoris nota denigrari posse. Secundum quia diuitiae extra hominem sunt, & nullum internum bonum continent, at bonum nomen etsi ab aestimatione, & opinione hominum pendeat: tamen in virtute, ac recte factis fundatur. Mitto alias boni nominis praestantias.

D Atque illud interim animaduerto, quod quemadmodum lectio illa originalis, & lxx. *Eligibilis est bonum nomen*, &c. peculiarem habet energiam, ita etiam Vulgata cum ait, *Melius est bonum nomen*, &c. nam dum melius esse dicit, aperte innuit hoc ita diuitiis praefendum esse, ut quoties alterius discrimen subire necesse est, diuitiarum omnium iacturam potius boni nominis vel leuem notam incurtere oporteat. Quapropter appositè ad hanc interpretationem subdit.

E *Super argentum, & aurum gratia bona*, i. fauor & benevolentia civium pecuniis anteponi debet: sed dum pecunias gratiae cedere affirmat, non obscure innuit, eas non solum contemnendas, sed etiam profutendas esse, ut haec gratia facta tecta que sit. Nam diuitiae ingentes ferè populi odium, inuidiamque conciliare: addo etiam, insidias, & pericula possessori suo struere consueverunt. Quapropter quicumque hominum gratiam inire cupit, aut pecuniis opibusque omnino carere, aut easdem profuse erogare debet, nam qui caret, inuidiam odiumque vitat, qui verò expendit benevolentiam eorum largitionibus promeretur. Quapropter cum Salomon ait, *Super aurum, & argentum*

gratia bona, perinde est ac si dicat, *bona super aurū* & *argentum gratia*, (nam vox illa *bona* non coheret cum gratia, tanquam adiectiuum cum substantiuo, sed vicem agit comparatiui, iuxta modum loquendi Hebraeis familiarem: ita ut *bona per aurum*, & *argentum gratia*, tantundem valeat ac *melior auro*, & *argento gratia*. Sic inquam Salomon decernit longè præstabilius esse, auro, & argento carere, vel quia illud prorsus non habeas, vel quia illud liberaliter, & effuse expendis, quàm cuius gratia, & fauore, ex his enim alterum tibi conuenire omnino necessum est.

II. *Diues, & pauper obuauerunt sibi: vtriusque operator est Dominus.*

Diuēs, & pauper, &c. Hebr. *Faciens omnes ipsos Dominus*. Chald. & lxx. à nostra interpretatione non abeunt: illi autem voci *obuauerunt sibi*, subest quidem in Primitiuis נִפְגַּשׁוּ *Niphgashu* ex radice *Phagus*, i. occurrit, vel obuiam iuit: aliquando ad gratiam, & concordiam, nonnunquam etiam ad contrarietatem, & pugnam referri solet.

Huiusigitur loci non vna facies. Rodolphus illi verbo obuauerunt hanc vim inesse dixit. i. sibi inuicem occurrerunt. Finge, inquit, tibi duos, quorum alter ad sublime fastigium ascendit, alter ab illo actus in præceps ruit, hi sane sibi mutuo occurrunt, vtrique verò suæ fortunæ Deus auctor existit, nam, & diuitem auxilio suo ad verticem eleuat, & pauperem similiter à vertice deponit. Sed quid inde? sane inde fit diuitem non propterea extollendum iri, nec pauperem similiter deiici, aut despondere animum debere, quia vtraque fortuna à Deo est, ac propterea quamlibet sua sorte contentum esse oportet, & vicissitudinē, seu commutationem rerum, aut timere aut sperare. Potest autem vrgeri verbum illud, *obuauerunt sibi mutuo*, aut *inuicem*, ita ut significet supra dictam vicissitudinem, quasi dicat, ea est diuitiarum inconstantia, ut pauper diuesque per vices quasdam sibi ipsis in decliu rerum humanarum præcipitio obuiam veniant: nam qui nuper è fastigio deiectus altero ascendente decidit, rursus illo decidente surgit, & ad superiora conscendit, & sic per vices sese excipiunt, *sed vtriusque operator est Dominus*, i. vtriusque sortem Deus ideo facit, ne alter alteri inuideat, ne alter alterum despicat. Frustra hinc multa de diuitiarum inconstantia, & conuersione. Hanc expositionem leuiter insinuat Rodolphus, & vti à me declarata est satis accommodatè verbis aptatur.

Secunda interpretatio est Caiet. Hugonis, & illam præferre videtur Iansen, quæ sic habet. *Diues & pauper obuauerunt sibi*, i. sibi mutuo contrarij sunt, sed inter vtrumque Cardinale hoc interest, quod Caiet. de oppositione, quæ inter ipsosmet itatus ex natura rei versatur, non de effectiua contrarietate accipere videtur hoc sensu, Diues vtrique, & pauper duæ sunt personæ inter se ex conditione sua contrariæ, & sub eodem hominum genere à se inuicem valde distantes, *sed vtriusque operator est Deus*. Quasi dicat, duas istas res tanto dissidio inuicem confligentes Deus ipse condidit. Quapropter nec diues suas opes sibi sumere, & arrogare, nec pauper etiam ogestatem suam incurfare, & sibi propterea minus placere: nec rursus

qui hunc vel illum adspicimus vni potius quàm alteri deferre debemus. Et quidem cum Deus vtriusque pauperis scilicet, ac diuitis auctorem se esse, & formatorem gloriatur, nescio qua ratione ex pauperis efformationem magis esse ferri potest. Obserua igitur verba illa, *vtriusque operator est Dominus*, sic germanè restitui, *vtriusque formator est Dominus*, sic adnotat hic Iansen nam verbum נָצַח *Ghosech*, quod hic subest, propriè significat formare, aptare, aut polire, & ad statuariam vel pictoriam artem genuinè spectat, quamuis latiori significatione ad omnem aliam actionem, aut operationem notandam assumi soleat. Ita igitur lego, *vtriusque formator est Deus*: iam nunc expendo quantum interfit inter eum, qui nudam statuam, aut vestitam ex marmore effingit, aut etiam nudam imaginem, aut pulchrè vestibus ornatam penicillo exprimit. Sicut. n. statuarius pictorque maiorem suæ artis peritiam tunc produnt, cum nudas statuas aut formas elaborant, nã membrorum, & neruorum aptam compaginem, & cõformationē ad viuum exprimere difficilius longè est, quàm vestes versicolores auro gemmisque ornatas pigmentis adumbrare, aut ferro in sculpere; ita etiam Deus longè melius artis suæ seu potius omnipotentiae facultatem, & gloriam nobis commendat, cū pauperem sua sorte contentum nudum, & rebus omnibus destitutum, & orbatum condit, quam cum diuitē copiis affluētē auro gemmisque insignem effingit. Nil certius; nam paupertatē, eiusque iniurias constanter ferre arduum magis, ac difficile est, quàm diuitiis non abuti: quamuis diuitem etiã ita se demisere gerere, ut inter circumfluētes copias non extollatur, & factu intumescat, maximæ gloriæ sit; atque adeo diues eiusmodi inter præstantissimam Dei opera meritò censetur à Salomone, cum ait, *sed vtriusque operator, aut, formator est Dominus*.

Ad hæc potest aliter translatio ista, vel similitudo, quæ à pictore petita est ad Chrysostr. sententiã transferri, qui de diuite viuo, aut picto sic scribit, cui etiam pauperem adiungit. *Nec. n. cū pictos in tabella diuites videmus dignos admiratione putamus ut nec mendicos isthic exaratos, miseros, sint picti licet vni nostris diuturniores: faciliusque pictus in tabella diues, quàm viuus in rerum natura consistat. Nam in centesimum saepe annum tabella durat, cum tamē qui tam belle sibi diues placet sepe vnius anni spatio rebus omnibus exuatur.* Hæc verba citantur in similitudinibus. Centuria 1. Quibus verbis Chrysostr. hoc sibi vult, diuitias, & paupertatem nō esse vera bona aut mala, sed adumbrata: non viuia, sed depicta, & fucata. imo formis ipsis depictis leuia magis ac fluxa. Nam picturæ ad ceterissimum annum indeletæ peruenire solent, diuitiarum autem saepius vnius anni periodo dilabuntur. Atque adeo nec diuitias esse suspiciendas, nec paupertatem esse vituperandam. Ergo ad hunc sensum translata Salomonis sententiã sic habet. *Diues, & pauper obuauerunt sibi, vtriusque operator*, vel potius, *formator est Dominus*, id est, diues, & pauper siquidem sibi inuicem obuertentur, & è regione vnius alter ponatur, contrarij videntur, alter enim felix, & beatus: alter verò miser, & infelix vulgo censetur. Sed tamen si res exactiùs æstimentur, vtriusque formator aut depictor est, Deus, atque adeo diues non viuus, sed pictus, pauper item non verus, sed adumbratus: Quapropter nec diues beatus, nec pauper miser, quæ admodum picti, & adumbrati hominis nulla est, aut felicitas, aut miseria. Ad hanc sententiam

Rodolph.

6
Caiet.
Hugo.
Iansen.

7
Chrysostr.

pertinent etiam verba eiusdem Chrysoſtomi in A Homil. quarta, de Lazaro. *Quemadmodum, inquit, conſpicientes in parietem pictum diuitem, aut pauperem, nec illi inuidemus, nec pauperem deſpicimus, eo quod quæ videmus umbra rerum ſunt non veritas, ſic & diuitiarum, & paupertatis naturam, ſi pernouerimus, liberabimur à perturbatione, quæ ex harum vnaquaque in nobis gigni ſolet. Hæc enim omnia quamuis umbra fallaciora, neque quidquam habent ſublime, neque præclarum, &c.*

Tertia interpretatio huius loci ad hunc modum conformari potest, *Dives, & pauper obuiaverunt ſibi* (hæc verba æqualitatem quandam ſonant.) Hunc ad ſenſum aliqui vocant illa verba B

Pſalm. 84.

Miſericordia, & veritas obuiaverunt ſibi, id eſt, eiufmodi duo attributa in Deo æqualia ſunt, vnum alteri non cedit. Ergo ad eundem modum Salomon, *dives inquit, ac pauper ſibi mutuo obuiam ſunt: nec enim pauper vt diuiti deferat proſterni aut de via decedere, ſed ex aduerſo illius itare, & contra illum pergere debet.* Reddit autem rationem ſubiectis verbis, quia *vt cuiusque operator eſt Deus*, id eſt, quia vtrumque Deus æquali potentia condidit, & æquali gloria donauit. Audi Chryſoſt. num ad illa verba Pſalm. 48. *ſimul in vnum dives ac pauper*, vbi de hæc diuitum ac pauperum æqualitate luculenter differit. *ſimul in vnum dives ac pauper.* Nullum ardeat auditorem, ſed vniuerſa doctrina, ex æquo profunditur, & pauperi, ac diuiti menſa communis exhibetur. Poſtquam enim dixit, *id quod omnes vult, eos videlicet eſſe terrigenas, & filios humanum.* Quæque terrigena, & filij humanum, & communem eſſe naturam, oſtendit tunc quæ ex rebus ad hanc vitam pertinentibus videbat eſſe, differentiam: in æqualitatem verò oratione ſua excludit, communiter omnes vocans: *ſimul in vnum dives ac pauper.* Eſt enim communis noſtra natura, communiter omnes voco, communis noſtra mater, communiter voco: communis noſtra ciuitas eſt orbis terrarum. Sed ſi ex paupertate, ac diuitiis differentiam aliquam, & inæqualitatem introduxiſtis, at qui eam quoque rurſus eicio, non diuites quidem vocans pauperes autem expellens, ſed, & hos, & illos. Et non ſolum modo hos, & illos, (verbi gratia) hos, id eſt, diuites priores, illos verò, id eſt, pauperes poſteriores, ſed ſimul in vnum, vt ſit communis conuentus, communis oratio, communis etiam auditio. Licet ſis dives ex eodem luto natus es, idem tibi fuit cum paupere ingreſſus, & idem ortus: & tu humaniſ filius es, & ille. Demum ex præſcriptis, ſic conficit Chryſoſt. num. *Cum ergo quæ ſunt præcipua, & magis oportuna, & honore æqualia ex æquo habeatis: cur propter umbras, & ſomnia intumeſcis ex his quæ nihil ſunt communia diſtinguens, communia nature, communia ortus, & generationis, communia aſſinitatis & neceſſitudinis? Cur amictum exteriorem adducis, vt diſtinctionem ex eo efficias? Non fero, nõ patior, & ideo voco te cum paupere ſimul: ſimul, inquit, in vnum dives, & pauper.* Hæc enim Chryſoſt. num, cui accinit etiam Diuus Auguſtinus de verbis Domini, ſermo de vigefimo quinto, qui eſt de diuite, & Lazaro, aduertit, inquit, *ſanctitas veſtra opulentiam diuitis, & indigentiam mendicantis, vnum vobis eſt uentem, & alium fame deficientem: ambo quidẽ homines, ambo carnales, ambo mortales, ſed nõ ambo æquales, & poſt pauca. Audiãt nũc diuites, qui nolũt eſſe miſericordes, quia vna omnes naſcimur lege, vna viuimus luce, vnum ſpiramus aërem vna quoque extinguemur omnes morte, &c.*

Chryſoſt.

Auguſt.

Cæterum licet præſcriptæ interpretationes non ſint ineptæ, præſtat quidem, me iudice, quarta ex-

poſitio, quam in hunc locum coniecit Auguſtinus in libr. Homiliarum Homil. decima, tertia, vbi ſic ſcribit. *Pauperes egere voluit Chriſtus, ſed propter nos. Omnes pauperes, quos videtis, potuit illos Chriſtus paſcere, quomodo per coruum Heliam paſcit: tamen cum, & ipſi Helie ſubſtraxit coruum, vt à vidua paſceretur, non Helie præſtitit, ſed vidua: Quando ergo Deus pauperes facit, quia ipſe non vult vt ipſi habeant, quando, inquam, facit pauperes, probat diuites: ſic enim ſcriptum eſt. Pauper, & dives occurrunt ſibi. Vbi ſibi occurrerunt: in hac vita: natus eſt ille, natus eſt, & iſte inuenerunt ſe, occurrerunt ſibi. Et quis fecit illos ambos? Dominus: diuitem quidem fecit unde pauperem adiuuaret, pauperem unde diuitem probaret. Pro viribus ſuis vniſquiſque faciat. Hactenus Auguſtinus, ex quo iſtiusmodi ſententia elicitur, *Dives, & pauper obuiaverunt ſibi* id eſt, alter alteri obuiam amice proceſſit, vt alter alteri ſuppeticas, & auxilium ferret: propterea enim vtrumque fecit Deus vt ſeſe mutuis operis iuuarent. Auguſtinus quidem hanc mutuam operarum, & auxiliorum corrogationem ad eleemoſynam, & miſericordiam referre videtur, vt ſit ſenſus: *Vtriusque operator eſt, Dominus.* Quasi dicat, diuitem ideo fecit Deus vt pauperi neceſſaria adminiſtret, pauperem verò ideo condidit, vt diuiti ſuppeticas beneficentiæ opportunitas, atque adeo beneficentiæ fructus capiat, vel etiam ideo pauperem eſſe iuſſit, vt hic neceſſariis emolumentis à diuite acceptis diuiti neceſſaria ad ſalutem exoraret: diuitem verò, vt hæc illi conferret. Sic idem Auguſtinus in ſermone illo 25, de verbis Domini. *Dives, inquit, ac pauper duo ſibi ſunt contraria, ſed iterum duo ſibi ſunt neceſſaria: nullus indigeret, ſi inuicem ſe ſupportarent, & nemo laboraret ſi ſe ambo iuuarent: dives propter pauperem factus eſt, & pauper propter diuitem factus eſt. Pauperis eſt orare, & diuitis erogare.**

Sed licet hæc verba de miſericordia aptè admodum explicentur, poſſunt tamen in vniuerſum de aliis auxiliis, quibus pauperes ac diuites le mutuo ſubleuant, exponi. Non minima enim diuine prouidentie pars fuit ad ſocietates hominum concinnandas ſic conditiones hominum diſtribuiſſe, vt hi pauperes atque illi diuites ſint, vt i ſibi alij aliis mutuas operas impendant. Igitur huius loci, me iudice, genuina ſententia ſic habet. *Dives, & pauper obuiaverunt ſibi, vt videlicet vnã ſimulque viuerent, & mutua ſibi auxilia præberent. Et vtriusque operator eſt Dominus,* ita enim ea, quæ in ipſo eſt rerum humanarum prouidentia poſtulabat, vt ſocietas, & concordia eſſet inter homines. Quid certius? Audi Chryſoſt. num in Homil. 34, in Epistolam 1. ad Corinth. *Neque enim diuitibus ſolum opus habent pauperes, ſed etiam diuites pauperibus, & illi quidem magis his, quàm hi illis, & vti hoc videas manifeſtius, faciamus, ſi ita videbitur, duas ciuitates, alteram quidem diuitum ſolum, alteram verò pauperum: & neque in ciuitate diuitum ſit vllus pauper, neque in ciuitate pauperum ſit vllus dives: ſed vtraſque exactè expurgemus, & videamus vtra magis ſibi poſſet ſufficere. Ergo ſi in illa quidem locupletum ciuitate nullus erit opifex, nullus adificator, Non faber, non ſutor calcearius, non piſtor, nec agricola, non faber ararius, non funium contextor; quis enim ex diuitibus hæc unquam tractare voluerit, cum etiam hi, qui hæc tractant, cum euaserint diuites, non ſuſtineant afflictionem, & miſeriam, quæ ex his exiſtit operibus? Quomodo ergo ſtabit hæc ciuitas? data, inquit, pecunia, hæc ement à pauperibus. ſibi*

ita

Chryſoſt.

ergo non sufficient, si illis opus habent. Quomodo autem domos edificabunt? an hoc etiam ement? sed non est ea huius rei natura, necesse est ergo illic vocare artifices, legem violare, quam tulimus, diximus enim, nemo sit intus pauper. Haecenus Chryso-
Aristot. stomus. Et quidem ob eam causam Aristoteles merito inculcat, & carpit Socratis, Platonisque Respublicas, quorum alter omnes ciues æquali fortuna donauit, ita vt neuter altero egeret. Nam si ita, inquit, res se haberet, non essent utique artifices, fabri, & agricolæ, qui propterea eiusmodi artibus sese addicunt, quia paupertas illos compellit. Alter verò opes, ac fortunas communes omnium esse iubebat; in tanta verò, inquit, conditionis ac fortunæ æqualitate nemo facile adduci posset, vt artes quasdam minus honestas, sine quibus vita duci nõ potest, exerceret, sed potius omnes ad ea quæ maximè gloriosa sũt, id est, ad Reipublicæ administrationem adspirarent. Hæc ille spectata tantum politica administratione, de qua ibi agit, atque adeo Polit. lib. secundo, capite tertio, sic demum infit. *Necesse est duas ciuitates in vna esse ciuitate, & eas inter se contrarias, aliam scilicet pauperum, aliam verò diuitum.* Quapropter urbem similem esse dicit harmoniæ, quæ ex inæqualibus vocibus constat. Et rursus alibi non aliter homines plebeios, ac pauperes, cum opulentis ac nobilibus permisceri oportere affirmat, quàm panis cum aliis lautioribus cibis, nam sicut alij cibi sine pane deuorati acescunt, & nihil boni succi habent; panis item solus sine aliis eduliis stomachum immodicè replet, atque onerat, ac digeri distribuique non potest: Ita etiam in vna ciuitate diuites, si pauperes abessent, apud se quidem tabescerent, & nihil Reipublicæ præstarent; ac rursus pauperes sublatis diuitibus Rempublicam grauarent, ac regere moderarique non possent. Redeo ad Salomonem, cuius verba nouo schemate replicari possunt. *Diues, & pauper obuiauerunt sibi, sibi inuicem contrarij sunt:* ita enim certè accidit, vt pauperibus diuites inuisi, & rursus diuitibus pauperes hostes sint, de quorum inimicitis latè Aristot. lib. 4. Polit. cap. 1. atque eò spectauit cum dixit. *Necesse est duas ciuitates in vna esse ciuitate, & eas quidem inter se contrarias.* Quamuis igitur duæ istæ hominum conditiones inter se dispares adèd, & contrariæ sint, tamen *utriusque operator est Deus,* atque in eo summa ipsius prouidentia enitescit quod contraria in concordiam adducit, & ex illis integram, & consonam vnus ciuitatis, aut Reipublicæ harmoniam temperat. Alias verò mysticas expositiones huius loci legere licet apud Hugonem.

III. *Callidus vidit malum, & abscondit se: innocens pertransit, & afflictus est malo.*

Callidus vidit, &c. Heb. *simplices transgressi sunt, & multabuntur.* Reliqua concinunt; pro calido autem seu astuto, subest hinc vox illa גָּהָרִים *Gharom*, de cuius vi, ac significatione sæpe aliàs diximus, quæ ex quorundam Hebræorum sententia, propriè eum astutum adsignificat, qui in serpentibus viget, de quo Genes. 3. *Serpens autem erat Gharom. i. callidior cunctis animantibus terræ.* Chald. *insipientes transferunt, & multati sunt.* lxx. verò locum istum alium ad sensum transtulerunt.

A *Callidus videns malignum punitum valde ipse eruditur: imprudenter autem prætereuntes damno affecti sunt.* Aquila, & Theodot. *Vidit malum, & abscondit se,* sicut nostra.

Imprimis ergo adnotare oportet, voces illas *callidus*, atque *innocens*, nec non illas, quæ his subiacent in Primitiuis, valde ancipites esse, & tam in bonam, quàm in malam partem rapi solitas: *callidus* enim prudentem æque, & astutum sonat, *innocens* verò eum, qui culpa vacat, candidum scilicet, ac simplicem; nec non stolidum ac stupidum hominem notat. Hæc sanè alibi obseruauit, vbi exempla non pauca dedi, quibus fidè huic obseruationi facerem. Rursus pro voce illam *malum*, subest Heb. מַלְאָמַ *Raghah*, id est, *malum*. Nam si verbum ex verbo restituas, locus sic efferrendus est, *callidus vidit malum: occurrit autem duplex* Hebraici idiomatis propria phrasis: imprimis enim apud hos fœmineum genus iacet pro neutro, quo ipsi carent. Hinc fluxit nostra lectio, *Callidus vidit malum, & abscondit se*, deinde solemne est eisdem fœmineum genus vsurpare pro masculino, sed tam maximè cum viris aliquid fœmineum, & molle tribuitur, vt alibi ex Hieronymo animaduerti. Hinc etiam manauit translatio lxx. *Callidus videns malignum punitum, &c.*

His ergo præiactis locus iste triplicem ad sensum vocari potest, primus est Bædæ, Hugonis Dionysij, & aliorum, qui cum vocem illam *callidus*, in malum verterint, illam verò *innocens*, in bonum, sic locum istum edisserendum putant, *Callidus vidit malum, & abscondit se*, i. vir improbus, qui per astum, & Hypocrisim honestatem simulat, & prauitatem dissimulat, vbi malum aliquod, miseria, aut infortunium pro fide aut honestate sibi inferendum præuidit, statim sese propripit, & in tuto ponit, *innocens autem pertransit, & afflictus est malo*, is scilicet, qui vacat crimine, & simplicitate, candoreque animi præditus est, interritus pergit, & dummodo fidem aut probitatem tueatur suam, quæuis discrimina securus adit, & ærumnis, cruciatibus, ac morti sponte sese offert. Itaque hoc inter simulatorem, & candidum fidei honestatisque cultorem interesse dicit, quod ille ærumnis petitus sese abscondit celatque, hinc verò palam, & publicè eisdem sese offert. Huc spectant insignia quædam verba Nazianzeni oratione 20. in laudem Basilij. *Tam cum* Nazianz. *aliis, inquit, quædam cognomenta sint vel à parentibus accepta, vel à seipsis, hoc est ex propriis vitæ studiis institutisque comparata: nobis contra magnæ res, & magnum nomen erat Christianos palam, & esse, & nominari, itaque ea re magis efferebamur quàm Gyges palæ annuli conuersione (si quidem hoc fabulosum non esset) per quam Lydiorum tyrannidem occupauit.* Expende sententiæ venustatem, Gygem annulum habuisse fabulæ perhibent, ea vi præditum vt pala ad ipsum conuersa illico sese absconderet, & humanis aspectibus eriperet. Ait ergo Gregorius, nobis sanè gloriosum erat Christianos propalam, & esse, & dici, atque ea re magis efferebamur, quàm Gyges palæ annuli conuersione, qua sese humanis oculis suffurabatur: non enim nobis is animus aut mens inerat, vt fidem nostram, & professionem celaremus, sed magis vt eam publicè in omnium hominum frequentia & oculis venditarem: quasi diceret. Cæli regnum à Christianis, non vt à Gyge Lydiorum imperium, occultata fide, aut probitate per simulationem capessendum est, sed publica, & celebri eiusdem ostentatione. Sed libet nunc iuxta hanc

interpretationem vocem illam *Charom*, libræ committere, quæ, vt nuper dixi, germanè de serpentis astu enunciari solet. *Callidus vidit malum, & abscondit se*, astutiæ videlicet serpentinæ æmulus: serpens enim cum vere tepente astateque calente in apertum prodire, & hinc inde excurrere soleat, vbi frigore autumnii temperiem soluere, & hiemem sauire sensit, ac tutum in latebras illabitur, & ibi tandiu hæret, donec eundem iucunda veris tempestas iterum inuitat vt ex latebris in apertum prosperat. Non aliud certè vafri simulatoris ingenium, qui secundis faustisque rebus suã aut fidem aut honestatem publicè celebrat, vsurque; at verò fortuna reflante, & persecutionis hyeme ingruente, in latebras abit, & abscondit se, innocens, &c.

13

Secunda expositio est Caietani, Iansenij, & Rodolphi, qui per *callidum* virum intelligunt prudentem, & cautum, nomine autem *innocentis*, stolidum, & insipientem hominem accipi volunt, atque adeo sic locum exponunt, *Callidus vidit malum, abscondit se*, id est, vir prudens per suam vtique prouidentiam futura attingit, atque adeo mala imminetia mente præit, & antequam ipsum impetu suo inuoluant secedit, ac sese in tutum vèdicat. *Innocens verò pertransit, & afflictus est malo*, id est, stultus videlicet ac imprudens homo futura incommoda non præuidet, atque adeo ipsum inuadunt. Sed obseruandum est verbum illud, *pertransit*, quod aliqui ad transgressionem legis referunt, ita vt simile sit hæc illi sententiæ: *sapiens timet, & declinat à malo, stultus transiit, & confidit*, id est transgreditur, perpetratque scelus. Alij rursus perinde esse dicunt, ac ultra progreditur; vt sensus sit, Cum virum cautum ac prudentem sapiens mali ingruentis præfugium ab inceptis reuocare soleat: stultus contra cæpta semper vrget, & dum malum incidens non prænoicit, ab ipso malo sapiens abripitur, & inuoluitur. Potest etiam ad hanc viri sapientis prouidentiam aliquis etiam serpentis astus aduocari, *Callidus vidit malum, & abscondit se*. Notum est illud, serpentem imminetia capiti ictus reliqui corporis obiectu, & oppositu declinare: itaque serpenti non alia sese occultandi ratio magis propria est, quàm vt caput abscondat, atque eo tecto reliqua exponat. Hominem ergo prudentem ac fortem hæc, & non alia sui occultatio decet. Tunc enim se satis contentum, & absconditum iudicare debet, cum caput occultat, etiam si reliqua in discrimen vocentur, siue capitis nomine Christus Dominus capiatur, siue Dei gratia secundum Augustinum, siue fides, & religio, secundum Athanasium, vel si placet, honor, & bonum nomen, secundum Plutarchum: hoc enim bonorum omnium externorum caput censetur etiam ipsi vitæ præferendum. Sed illud in hoc serpentis astu præcipuè obseruandum est, quod alia quotquot se occultere, & abdere parant aliqua alia re indigent à semetipsis diuersa qua se contegant, serpens autem ipse quidem seipsum occultat etiam in aperto, dum reliquum corpus capiti obtendit. Adhuc nobilem hanc prudentiæ partem, in temetipso latebræ tuæ sint, nec opus tibi sit ad latendum etiam in publico alio vtique quam te ipso, ad interna animi tui penetralia te recipe, & inibi serpentis ritu delitescere, & tutum esse licebit. Ad hanc sententiam traxit non nemo illud etiam Gygis commentum, qui annuli pala ad se conuersa latebat in publico. Nam ideo, inquit pa-

A lam ad seipsum conuertere solitum finxit quisquis fabulam inuenit, vt moneret inde viros sapientes vt in semetipsis recessus, & penetralia ad latendum quærerent. Addo etiam, ideo hanc occultandi facultatem annulo ab antiquis fortasse traditam, quia olim annulorum forma erat anguis in circulum sinuatus, & extremam caudam ore admordens, cumque eadem species esset anni in se redeuntis symbolum, ideo is qui digitis inferebatur, circulus, dictus est annulus, quasi paruus annus, annuli ergo pala serpentis caput erat, atque huius ad se conuersione celabatur Gyges. Quorsum? vt notum esset sapienti, & cauto viro, non aliam sibi latendi industriam adamandam, & vsurpandam esse, quàm eam, quæ serpenti familiaris, & propria est.

B

Tertiam interpretationem offert translatio LXX. quæ sic habet. *Callidus videns malignum punitum valde ipse eruditur, imprudentes autem prætereuntes damno affecti sunt*: sententia est luculenta; Viro prudenti, & sapienti hunc astum dat Salomon, vt alienis damnis communitus sua redimat, & vt aiunt, *es carmienta en cabeza agena*: è contra verò imprudentum, ac stolidorum hominum stuporem inculat, qui conspectis etiam aliorum fontium ærumnis, ac suppliciiis cæpta maleficia vrgerent, ac demum grauissima supplicia experiri coguntur. Nobilis admodum hæc prudentia, & calliditas ex alienis malis, & ærumnis erudiri, & periculum sibi acquirere. Addo etiam illam serpentis astum æmulari, nam vt alibi ex Magno Alberto transcripsi, hoc etiam ad serpentis cautam prudentiam spectat, quod si aliquis serpens fuste percussus, & enectus ligno suspensus in aperto exponatur, reliqui toto tractu serpentes diffugiunt, & alias plagas quærunt. Aptè igitur Salomon *callidus*, id est, *gharum*, is scilicet, qui serpentinam prudentiam nactus est, *Videns malignum punitum*, hoc est fontem aliquem suorum scelerum pœnas luere, valde ipse eruditur, id est, inde eruditus, edoctusque sibi cauet.

14
Sept.

IV. Finis modestiæ timor Domini, diuitiæ, & gloriæ, & vitæ.

D *Finis modestiæ, &c.* Hebræ propter mansuetudinem timor Domini, opulentiæ, & vitæ; sic habet Pagninus, subest autem pro causali illa, propter, in Primitiuis vox *קָהָב* *Ghekeb*, quæ non solum causalis vim habet, sed etiam calcaneum significat, & per similitudinem finem cuiusque rei notat, aliquando etiam mercedem sonat, quod hæc in calce operis donari consuevit, quemadmodum etiam apud Græcos *τέλος*, id est, finis, ad operis etiam compensationem significandam asciscitur. Rursus pro voce illa *modestiæ*, iacet in originibus *גְּחֵנָה* *Ghanuah*, mansuetudinem, humilitatem, & modestiam sonans. Pagninus ergo in Lexico sic conuertit. *Finis humilitatis timor Domini*. Reliqui Hebraizantes, *Finis mansuetudinis*. Noster vocem vsurpauit latius patentem; nam *modestiæ* à modo dicta, atque adeo cum modum elationi imponit, humilitas, cum modum iræ præscribit, mansuetudo: ac demum cum diuitiis voluptatibusque modum figit, temperantia appellatur: Chaldaus ergo sic transtulit. *Mercies mansuetudinis timor Domini*. LXX. verò sic habent. *Progenies sapientiæ timor Domini, & diuitiæ, & vitæ*. Qui pro *modestiæ* sapientiam adscripserunt,

15

& pro calce progeniem aut partum, eodem sensu, quamuis schemate dissimili.

16

His prælibatis adhuc circa syntaxim, & Grammaticam constructionem huius loci dissidium aliquod distrahit interpretes, nam quidam sic verba ordinari volunt. *Finis modestia, & timoris Domini diuitia, & gloria, & vita.* Itaque duas illas virtutes quæ maximè inter se coherent, scilicet modestiam, seu potius humilitatem, & animi demissionem, timoremque Domini adiungunt, atque his mercedis nomine diuitias, gloriam, atque vitam respondere affirmant. Placet hæc constructio Ianfenio, Rodolpho, & aliis, eamque procul dubio lectio originalis sua ambiguitate capit, sed tamen cum illam trãslatio Vulgata minimè recipiat, audienda non est. Posset tamen aliter verborum series conformari, & ad sensum superioris translationis trahi, quam præfati interpretes reliquis præferendam esse censuerunt, si videlicet dicamus hîc figuram illam admitti, quam metatesim vocant. atque adeo nominum casus esse commutandos, ita vt quemadmodum verba illa Iacob. 1. *Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio,* permutanda sunt hoc modo, *apud quem non est transmutatio, nec vicissitudo obumbrationis.* Sic etiam nostra translatio, *Finis modestia timor Domini,* ad eundem modum permutetur. *Finis timoris Domini modestia, seu mansuetudo,* &c. Et quidem ita res habet, nam timor Dei humilitatem, & modestos mores animo immittit, & exultantes eiusdem motus compescit. Sit ergo hæc prima, imo potius germana translationis nostræ interpretatio, *Finis timoris Domini modestia, vel humilitas, vel mansuetudo.* Vtique timor Domini modestiam efficit, siue modestia pro humilitate, siue mansuetudine sumatur. Ad humilitatem spectat pro illud, *Timor Domini super omnia se superposuit,* Ecclesiastici vigesimo quinto, vt scilicet omnia pondere suo, & grauitate deorsum premat, & ad ima deiiciat, ne eandem factus, & arrogantia attollere possit. Nam in Græcis est *ὑπερβαλεν*, i. superiecit se vel incedit. vt scilicet omnia superprimeret; sit autem à verbo *ὑπερβαλεν*, *ὑπερβολή*, seu Hyperbole. quæ ab Aristotele sic definitur, *Eminentius superiecitio.* Nota est huius figuræ natura, quæ ad res supra modum augendas, aut imminuendas eleuandasque per significationem excessus ineunda est. Ergo cum audis, *Timor Domini super omnia se superposuit,* vel *ὑπερβαλεν*, sic accipe ac si dicat, sic se rebus omnibus imposuit, vt ipsas, liceat sic dicere per hyperbolem, imminuat atque eleuet: ab hoc timore naturæ familiares illæ sanctissimis Patribus dicendi formulæ, quibus se per hyperboles deiiciebant. Diuus Franciscus se peccatorum omnium maximum iactabat, Paulus se Apostolorum minimum dicebat, & alij alia his similia vsurpare consueuerunt, quæ ad hyperbolicum sensum referenda sunt. Huic etiam interpretationi non parum inferuit Originalis lectio, in qua pro sine calx aut calcaneus subest, ita vt liceat conuerttere. *Calcaneus timoris Domini humilitas, aut modestia,* id est, timor Domini humilitate sibi adiuncta veluti calcaneo quodam omnia proterit, & sibi subternit, hoc enim calcaneo caput serpentis, id est, arrogantia, & elatio premitur, & cum audis illud, *Timor Domini super omnia se superposuit,* puta illam hoc calcaneo, id est, humilitate rebus omnibus insistere. Denique succedat, memoriæ, id quod alibi de

Iacob. 1.

A lupi calcaneo ex Plinio adscriptimus, eam scilicet vestigiis suis imprimere vim, vt sicubi equus eadem calce suo presserit illico rumpatur, ac ceperet. Quandam ergo huic adsimilem timori Dei aduersus elationem vim, & potentiam tradendam esse affirmare ausim, nam vbiicumque timor iste humilitatis sibi agnatæ calce vestigia fixit superuenientis elationis (quæ equus passim adumbrare solet) tumor dirumpitur, & omnis superbia detumescit. Huic vero superscriptæ historiæ, quam de Plinio decerpimus de naturali historia libro vigesimo nono, capite vigesimo, fidem facit Cōradus & rationē, pariter offert, quia equus vbi lupi vestigia carpere cœpit, ob naturæ sagacitatem hostem subodoratus, metuque percussus tantos spiritus proflare incipit, vt subita inflatione nonnumquam corrumpatur. Hæc ille, quæ in superbiâ aptissimè cadunt, hæc enim ex vestigiis ab humilitate in animo impressis timorem Dei principem ipsius aduersarium suspicata, atque, liceat sic dicere, ipsum Dei timorem timens, maioresque sibi aduersus illum spiritus sumens sua se ipsam inflammatione rumpit.

B Sed redeo ad sententiã, post illa verba, *Finis timoris Domini humilitas,* subnectit, *diuitia, & gloria, & vita,* quæ sic reliquis asluenda sunt. Timor domini humilitatem parit, diuitias, itē gloriã & vitæ diurnitatem, vel potius, timor domini humilitatem producit, idem verò timor mercedis loco diuitias, gloriã, & vitæ perennitatem capit. Quapropter cum vox illa *ghekeb*, quæ hîc subest, *finem*, atque *mercedem* sonet (me iudice) hoc in loco vtrâque significationem sortitur, & quatuor illis modestiæ, diuitiis, gloriæ atque vitæ, prout vnaquæque postulat, accommodata est vt sit sensus, *Finis vtrique ac merces timoris domini est modestia, diuitia, gloria & vita: modestia nimirum finis est, diuitiæ autem, gloria & vita merces eidem respondens.*

C Quod si per modestiam morum lenitatem & mansuetudinem capiamus, sensus etiam euadet non infulsus. *Finis timoris domini mansuetudo* (seruanda est enim eadem verborum configuratio) id est, timor Dei mansuetudinem tandem producit, fræuictes efferosque animi motus in lenitatem vertit. Memini sane me ex Aristotele de partibus animalium exceptum supra adscripsisse id quod nunc rescribendum putauit, scilicet animalia quædã valde timida difficilius cicurari, & ad mansuetudinem traduci, sæpe enim vidimus ex animantibus leones, tygridesque mites fieri, lepores autem non ita, ex auibus etiam Aquilas Hierofalios & id genus audaces quasdam alites, cicures passim conspiciamus, turtures autem, passeris, & aliæ quædã timidiores auiculæ nullis popysmis mansuescunt. Ratio autem est in promptu, quia illa, quæ timidiora sunt, neu sese cicuranti omnino credant, timor ipse in causa est: cum cõtra audacioribus illis ipsamet audacia fiduciam inspiret. Si ergo hæc ita se habent, qua demum ratione fieri potest, vt timor Dei efferos hominum animos ad mansuetudinem traducat? Huius rei rationē nobis offert ipsa timoris Dei natura, per quam non consternatur, & deiicitur, sed magis erigitur, & acuitur hominum animus: qui enim Deum ex animo timet, confestim reliqua omnia timere desinit, supra ca. 14. *In timore domini fiducia sortitudinis, atque filii eius erit spes* Eccl. 34. *Qui timet dominum nihil trepidabit, & non pauebit, quoniam ipse est spes eius.* Huc spectat etiam illud Aug. in Psalm. *Timor præsens securitatem generat sempiternam; time non formidabis.* Ergo cum timor Dei homini for-

187

Augustinus

titudinem & audaciam inmittat, omnemque aliū degenerem timorem auferat; hinc est, vt illum deposita feritate mansuescere, & lenire faciat. Legge Augustinum serm. 214. de tem. vbi postquam verba illa expendit *timor Domini spes fortitudinis*, sic demum absoluit: *discat timere, qui non vult timere, discat ad tempus esse sollicitus, qui semper vult esse securus: nam sicut in bona valetudine fames non fastidio sed cibo pellitur, ita in bona mente timor non vanitate, sed charitate pellendus est: discute ergo conscientiam tuam, & time Deum, quisquis timere iam non vis.* Et post pauca omnem hunc sermonem de timore Dei ad mansuetudinis doctrinam transfert. *Qui enim (inquit) alium sapit & ideo non timet, usque perniciose non timet, neque enim pius, & mitis est, qui non timet, sed elatus, & ferox non nouit dicere, in domino laudabitur anima mea, audiant mites, & iucundentur: Quid enim boni amat, qui forte hoc ipsum propter hoc ipsum amat, nihil timere. Potest enim hoc ipsum sibi persuadere non sanitate, sed immanitate, verbi gratia. Est aliquis audacissimus latro, quanto peruersè fortior, tanto periculosè crudelior est, qui propter ipsum amorem suum, quo amat nihil timere ingentia facinora moliat, vt quod amat excerceat, & excercendo correoret, quanto eius fuerint maiora commissa, tanto maior erit non timentis sauitia.* Haec tenus Augustinus, qui eleganti oratione ostendit per timorem Dei mites ac suaues mores hominum reddi, è contra verò per timoris defectum eosdem ad sauitiam & immanitatem exacui. Latronis autem exemplum appositissimum est. Aliud etiam exemplum per contrarium sensum ad hanc etiam doctrinam commendandam transtulit neotericus Ecclesiastes ab equo sternaci & indomito, qui cum ob ferociam, & animositatem sessorem dorso, & frænum ore nusquam eatenus excepisset, sic demum cicuratus & mansuetudine donatus fuit, Productus est in circum, & tunc cum ferocissimè hac illac excurrere exultabat immisus contra illum leo, equus autem vt erat animosus, calces obuertit, illisque audacter impactis feram conuertit. Ceterum conceptus olim ex leonis præsentia timor equi immanitatem sic perdomuit, vt iam deinceps deposita feritate mitis, ac lenis sessorem, frænumque non repudiaret, & in gradiendi, currèndique vsum sui omnibus copiam faceret. Ex quo etiam exemplo licet dispicere, quantum timor Dei ad delinendos animos valeat, vt posita ferocia mansuetudini & mititati restituantur: sed de his satis.

19.

Succedat illa etiam translatio, quam de humilitate nuper expendimus, & si quidè licet pro *Fine calcaneum* subrogare, sic demum cum Caietano legamus, *Calcaneus timoris Dei mansuetudo*, accipe ergo non insulsam totius loci expositionem; Rerum vtique possessio pedis, calcisque impositione captatur: hinc *possessionem* à pedum sessione aut positione dictam ferunt. Iam intelligis quò tendam. *Calcaneus*, inquit Salomon, *timoris Dei mansuetudo est*, qui timor Dei in iustis atque probis hominibus per mansuetudinem, quam sibi adiunctam habet velut imposito calcaneo rerum omnium possessionem capeffit. i. hanc enim Christus dominus testimonio suo mitibus detulisse videretur Matthæi 8. cum ait, *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram*, nimirum sua ipsius mansuetudine veluti calcaneo illam terentes possessionemque captantes: Iuxta quam interpretationem aptè admodum subnectuntur illa verba, *dimittit, & gloria & vita* & quidem non

A ineptè alia etiam de causa mansuetudini calcaneus datur, quia calce vestigia premuntur, & via teritur: nulli autem hominum vestigia sua tenacius virtuti affigunt, atque adeo eiusdem viam tritam & apertam aliis capiendam offerunt quàm mites. Hinc est illud Psalmi 24. *Diriget mansuetos in iudicio, docebit mites vias suas*, nimirum alij vestigiis eorum insistant, & quam ipsi extruerint viam carpant. Est etiam non nemo, qui similitudinem hinc ductam putat à gregibus, seu armentis, in his enim cicures quidam ac mansueti boues aut arietes præunt, & reliquam multitudinem ducunt, qui vulgo dicuntur, *manfos*, quos scilicet ad id munus pastor multis modis edocet atque erudit. Non aliter, inquit Psalter, *docebit mites vias suas*, &c. vt hi reliquis præire possint.

B Alias verò expositiones, quas interpretes, verborum tantummodo sonum sequentes tradunt, libens omitto, quia & parum idoneas sententias continent, & ab ipso literæ sono minime recedunt.

20

De translatione LXX. ad extremum aliquid subscribere libet. *Progenies sapientie timor Domini, diuitia, & gloria, & vita*, sed cum al às timor Domini sapientie initium, caput, exordiumque dicatur, verba LXX. per metathesim eodem modo transposita & permutata fuisse credo, ita vt sensus sic confirmari debeat. *Progenies timoris Domini sapientia, &c.* id est, timor Domini sapientiam parit, hoc est, bonos mores, vitamque cum ratione, & honestate conformem, hæc enim hinc, quemadmodum etiam sapè alibi in hoc libro, nomine sapientie notatur. Quam verò aptè vitæ honestas & probitas, timoris Dei partus, seu proles dicatur, constat ex illo Isa. cap. 26. *Concepimus & quasi parturimus, & peperimus spiritum salutis, &c.* quæ verba Septuaginta sic restituerunt. *Propter timorem tuum Domine in vtero concepimus, & parturimus, & peperimus spiritum salutis tuæ, quem fecimus super terram.* Quis enim non videat partus, dolores & cruciatus aptissime in timorem Dei eiusque motus quadrare? sed de his aliàs diximus cap. 3. vers. 8. Posteriora autem illa verba, *diuitia, & gloria, & vita*, eodem modo huic sententie aptanda sunt, quo aliàs eas cum superioribus adstrinximus.

Septuag.

I sai. 26.

V. *Arma, & gladij in via peruersi, custos autem anime sua longè recedit ab eis.*

A R M A & glady, &c. Hebrei. *Spina, & laquei in via peruersi custodiens animam suam*, &c. sic enim textus habet. *צַנִּימִים וְלַחֲמִים*, *Tsanim, Phachim*, vtraque autem vox anceps est, *Tsanim* quippe, spinas, tribulos, & scuta sonat, eadem enim est ratio *סן* *San*, masculini, & *צנח* *Tsanach* fœminæ. Addit Rabi David posse etiam conuerti, *frigora* ad hunc modum. *Frigora & laquei in via peruersi.* Rursus vox illa *Phachim* in singulari *פח* *Phach*, si fluat ex radice *פח* *Phuach*, laqueos sonat, si tamen eadem referatur ad radicem *נפח* *Naphach*, id est, *sufflare*, aut *conflare*, gladium igne conflatum significare potest. LXX. ergo sic conuertunt. *Tribuli & laquei in viis peruersis; qui autem custodit animam suam abstinebit se ab eis.* Aquil. *Symmach. & Prod. recedet ab eis.* Chaldeus. *Pedica & laquei in via peruersi.* Sed ex tanta lectionum varietate sententia quidem parum diuersa euadit.

21

Ergo Rabi David, & illi quoque adhærens Leui, locum istum iuxta eam lectionem, quam ipsi præferunt, ad hunc modum exponunt. *Frigora & laquei in via peruersi*, id est in via viri peruersi, seu ambulantis per viam peruersam, occurrit frigoris iniuria, quæ ipsum maximè difficilem reddit. Nulla etiam tempestas viatori grauior asperiorque videtur quàm cum frigus riget. Metaphora autem (ni fallor) ducenda est ab his, qui præalta, niuosa, gelûque rigentia montium cacumina superare volunt; his ergo adsimiles sunt peruersi homines vias iniquitatis conficientes. Quemadmodum enim (liceat sic utrosque conferre) sæpè ac sæpiùs accidit, vt his, qui per eiuſmodi niuosos, gelidòsque montes viam regunt, sæuiente frigore sanguis concreſcat, ita vt congelati rigentes hæreant omnino, vltraque pergere aut retrò conuerti non possint, atque adeò inter ipsa frigora miserè pereant: sic etiam cum peruersis hominibus agi crediderim qui viam iniquitatis non solum difficilem, & arduam, sed etiam niuosam agentes, congelata, seu refrigerante charitate inter ipsa suorum scelerum frigora rigidi pereunt: sed tamen vt constet à quonam frigore miseri isti viatores emori cogantur, audiendus est Augustinus ad illa verba. *Ante faciem frigoris quis sustinebit.* Psalm. 147. *In faciem, inquit, frigoris eius; eius? Dei, vnde est eius frigus? Ecce deserit peccatorem, ecce non vocat, ecce non aperit sensum, ecce non infundit gratiam, hoc est frigus illius.* Est post pauca. *Ante faciem frigoris eius sustinebit? Ergo desperatio est, absit, sequetur enim, emittet verbum suum & liquefaciet ea, &c.* lege ibi plura. Hoc igitur tam exitiale & mortiferum frigus in via peruersorum semper riget. Quod si pro peruerso superbum legas, sic enim ante correctionem in plerisque Vulgatis codicibus erat, *Frigus in via superbi*, aptior erit comparatio. Hunc enim elatio, fastusque semper ad sublimia tollit, & per altissimos vertices regit, vbi niues ac frigora, imò nulla superbia ipsa frigidior glacie subdit Augustinus. *Quomodo enim quasi cumulos niuis erigit glacies, sic stultos erigit superbia, &c.* Sed tamen addit Salomon. *Frigora, & laquei in via peruersi.* Certè his, qui per niuosos vertices vias suas regunt, nihil magis ad frigoris vim declinandam vtile quàm nullibi hære, aut consistere, nam & motus ipse calorem acuit, & à frigido in apricum transfert. Non solum ergo frigora in via peruersorum sæuire dicuntur ad congelandum, sed etiam laquei ad detinendos, cunctandosque viatores: hinc certior interitus: ea propter, *qui custos est anima sua recedit ab ea*, id est, viam hanc deserit, & ad virtutis viam sese transfert.

Secunda expositio petenda est ex translatione LXX. & aliorum, qui sic restituunt. *Tribuli, siue spina, & laquei in via peruersitatis: qui autè custodit animam suam abstinebit se ab eis.* Caietan. & Rodolphus, per tribulos diuitias, eo enim nomine à Christo donata sunt, per laqueos verò fallacias & fraudes accipi volunt, quibus opes parantur, ita vt sensus sit. In via hominis peruersi, aut in via peruersitatis, & improbitatis, duo sunt, quæ homines probos, pios, & animorum suorum curam habentes maximè ob ea deterrent, nimirum diuitiæ quæ innumerabilium curatum aculeis mentes cõfigunt, isthæc enim spinæ sunt. *Quis enim (ait Gregorius) mihi crederet, si diuitias spinas interpretarer, quia istæ pungunt, illæ delectant? & tamen spinae sunt, quia cogitationum suarum punitione mentem*

lacerant, cumque ad peccatum pertrahunt quasi inflicto vulnere cruentant. Ac rursus fallacia fraudèque, quibus opes aut retinentur, aut parantur, laquei sunt, his enim veluti laqueis ac pedicis, hominem per eam viam gradientem obstringi necessum est. Sed licet hæc non ineptè dicta sint, tamen alium ad sensum translatio LXX. vocari potest, qui mihi accommodatior videtur *Tribuli, & laquei in viis peruersitatis, &c.* nimirum in via improbitatis, ac malitiæ. i. in vita turpi, moribusque sceleratis duo maxima incommoda experiri licet, tribulos scilicet, ac laqueos, illi quidem pungunt, isti verò tenent, & obstringunt. Hæc enim est improbitatis natura, quæ partim aculeis suis malè sibi consciam mentem configit & fauciãt; partim voluptate sua non illiciti solùm, sed illigat, astringitque. Eapropter, *qui custodit animam abstinebit se ab ea*, vt vtrumque incommodum vitet.

De nostra verò lectione aliud iudicium est. Beda & Hugo Cardinalis sic habent, *Arma & gladij in via peruersi.* id est, verba & facta mala, vel, *arma & gladij*, id est, potentia & opulentia sæcularis. Quapropter qui sollicitè animam suam assèruare vult, ab his incommodis longiùs amoueri studet. Eadem scribit Iansenius, qui nostræ etiam Vulgatæ lectioni illam aliam translationem asſuit, *spina, tribuli, &c. & laquei*, & de peccatis accipit, quibus impiorum conscientia, aut tanquam gladiis confoditur, aut tanquam spinis pungitur, aut tanquam laqueis illigatur.

Sed tamen, ni fallor, alia fuit nostri interpretis mens, obseruare autem oportet pro illis verbis, *custos anima sua*, in primitiuis esse, שומר, *Sumer*, quæ vox *excubitorem*, ac *vigilem* sonat. Quapropter, me iudice, Vulgatus interpret *ab excubijs*, quæ in hostium cõfinito ad speculanda aduersariorũ arma præficiuntur, similitudinè huc trãtulit, ait enim, *Arma & gladij in via peruersi: custos autem anima sua, longè recedit ab eis.* scilicet armis. Sensus autem sic habet. Quemadmodum excubitor è specula hostes armatos eminus contemplatus dato signo fugit ad suos, sicque eorum arma, gladiosque declinat: ad eundem modum tibi finge. In via peruersitatis arma sunt, gladij, hostes scilicet ex insidijs aggredientes, multi videlicet viti improbi, qui probos quosque captiuos ducere, & ad se transferre summo studio cõtendunt. Ergo qui vigilat, & pro anima sua tuenda excubias agit, videt eminus eorum vim, ac fraudes, atque adeo, ad suos nimirum ad piorum, iustorumque factionem confugit, & aduersariorum arma, gladiosque declinat. Sic intelligo illa verba. *Longè recedit ab eis*, id est, à longè videt, & longius recedit. Vel si placet, tute tibi alio modo hanc sententiam conforma, dum modo in similitudine excubitoris hostis à longè speculantis persistas. Potes similiter hæc verba non de aliis hominibus improbis, sed de ipsis dæmonum hostiliter sæuientium armis accipere, de quibus sic Chrysoſtomus Homilia tertia, in capite 1. *Genes. Idcirco nobis est opus magna vigilantia, quoniam & cõtinnuum nobis est bellum, & inducia nulla, propter quod & Paulus dicebat, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & potestates, &c.* Licet etiam hostium loco vitia ipsa capessere, semper aduersus hominè arma sua mouet, atque adeo aduersus illa excubitor animus semper aduigilare debet. Denique plæraque alia, quæ de excubijs diximus supra cap. 4. vers. 23. in hunc locum transferre licet.

VI. *Prouerbiū est: adolescens iuxta viam suam, etiam cūm senuerit non recedet ab ea.*

25

Prouerbiū est. Hæc priora verba desiderantur in originibus & vnde huc ascita sint non satis decernunt interpretes, sed post correctionem Clementis haud dubitandum est eam esse partem facti textus minime expungendam. Ergo primitiua sic ad verbum. *Initia puerum super os via sua, etiam cūm senuerit non recedet ab ea.* Caietanus. *Assuefac puerum.* Pagnin. *Imbue puerum,* alij demum, *Dedica, aut innoua.* Omnia in idem recidunt. Chaldaus. *Erudi adolescentem.* Itaque omnes noui interpretes duo asserunt, scilicet illa verba Vulgati textus, *Prouerbiū est,* non respondere Hebr. tum etiam prius illud verbum, *Initia,* sed tamen non satis attentè ab illis consideratum & dictum est; nam illud verbum, quod ipsi ita restituerunt, *initia, dedica,* &c. in originibus est, *Chanoch,* quod influit à radice *Chanach,* est autem aut Zibui, seu imperatiuus, aut Benoni, seu participium eiusdem verbi: hæc enim duo tempora homonyma sunt. Cum ergo verbum *Chanah* significet, *dedicare, assuefacere, imbueri, nouare,* sane hoc discrimen Vulgatum inter, ac reliquos interpretes intercedit: illi quidem vocem præfatam ad imperatiuum referentes, sic restituerunt. *Dedica vel assuefacio puerum,* &c. noster verò participium esse ratus, sic ad verbum vertendum existimauit, *dedicatum est, assuetum est,* id est tritum, & vulgo vsurpatum. Verba igitur omittebat, ac sensum retinens aptè conuertit, *Prouerbiū est,* ac deinde subiunxit. *Adolescens iuxta viam suam,* &c. ex quo demum factum, vt sententia luculentior euaderet, nam iuxta Vulgatam lectionem anceps manet, & tam de mala, quàm de bona pueri institutione capi potest, vtraque enim ad senectam vsque transmitti solet, cūm recentiorum interpretum translatio de bona, honestaque eiusdem educatione accipi debeat. Sed ad alia peramus.

26

Adolescens iuxta viam suam, &c. Hebraicè, *super os via sua.* Vatab. *in biuio via sua,* integer locus abest à textu LXX. correctiori: sed in quibusdam alijs Græcis codicibus adscribitur hoc tenore. *Dedicatio iuuenis secundum viam eius, etiam cūm senuerit,* &c. in Complutenſi verò ac Regio. *Dedica puerum iuxta viam eius, & quamuis senuerit, non recedet ab ea.*

His ergo sic constitutis, sententia loci est adeo luculenta vt interprete non egeat; aliqua tamen expendere libet, quæ illi splendorem asferre possunt. *Prouerbiū est,* id est, paræmia aliàs vulgata, & vsu trita. Nam cūm alias huius libri sententias Salomon ipse inuenerit, & constauerit, hanc certè ex familiari vulgi sermone asciuit, & in librum suum coniecit, vt supra in Isagoge huius commentarii adnotauimus.

Adolescens iuxta viam suam. Heb. *super os via* Non vnum interpretū iudiciū de hoc hemistichio. Ex Hebræis aliqui (vt est apud Clarium) cūm sic translulissent, *Imbue puerum iuxta os via,* sic verba ista edisserunt. Puerum non statim infusa affatim doctrina implere velis, sed iuxta os via id est, sic illi eandem doctrinam instilla, prout os illius capere potest; ducta scilicet metaphora à

Tom. 2

A vasculis, quorum ora in angustum coguntur, qua vsus est Plutarchus in libello de officio auditoris, vt doceret, pueris non subito infundendam, sed paulatim instillandam esse doctrinam; nam illis vasculis adsimiles subito infusam ipsi effundunt: instillatam verò hauriunt, & continent. Sed desiderabis fortasse hic nodum huius partis cum posteriori, *etiam, cūm senuerit, non recedet ab ea,* potest tamen sic laxiùs adstringi. Puerum quidem ab initio erudi, & eam, quæ captui illius accommodata est doctrinam trade, inde enim fiet deinceps, vt discendi desiderio inardens, etiam cūm senectam attigerit, aliquid audire, & addiscere gaudeat. Sed tamen hæc non valdè cohærentia sunt.

Meliùs Vatablus, qui verba illa, *super os via,* paraphrasticè edisserens, sic habet. *Instituere puerum iuxta biuium via sua,* nec ineptè, nam *os via,* ipsius initium, & aditum sonat: ei autem qui viam virtutis adire, & ingredi parat, semper ex aduerso vitii semita sese carpendam offert, tandiuque in biuio est, donec alteram arripuerit. Ergo iuxta eam translationem talis euadit sensus: Puerum in virtutis biuio adhuc hærentem priusquam deerret, & viam latam capeſſat, quæ ducit ad mortem, in angustam virtutis semitam inferre cura, nam quam semel tunc rapuerit viam ad canos vsque tenebit. Pende huius præcepti maximam vtilitatem, pueris quidem vbi rationis lux mentem ipsorum irradiare cœpit, duplex statim illa via sese offert, alia quidem lata per plana incedens, alia verò angusta per incompta, & difficilia pergens, illa vitii, hæc virtutis, illa allicit, ista deterret. Ne ergo puer in ea ætatis ac morum facilitate latam illam, iucundamque vitij semitam, natura ita suadente, quæ suoptè nutu ad malum pendet, sequatur, magistro atque præceptore tunc maximè indiget. Rursus eo tempore cum neutram expertus est, facile in eam inferri se sinit, quæ maior est, nam si fortè vitiorum viam semel arripui, cum retro auerti & confectum spatium remetiri opus sit, difficile admodum adduci potest, vt reduces ad virtutem passus regat. Huic certè biuio virtutis, ac vitii, aptari possunt quæ de Pythagoræ littera cecinit Maro, & quæ de Hercule Prodicus scripsit apud Xenophontem.

27

Non est etiam prænitendum aliorum consilium, qui appositè ad ea quæ nuper diximus, docent, Salomonem aptè ad nodum dixisse, *iuxta os via,* nam oris nomine angustum illius viæ aditum significare voluit: ac rursus inter hanc angustam & arctam virtutis viam, latumque & spatiosum virtutum iter, hoc interesse dicunt, quod illa quidem ab ore angusto incipit, sed latissimos exitus habet: hæc verò cūm conuerso latissimè patentes aditus habeat, demum in os definit: siuis enim illius viæ oreus ipse est, cui Salom. supra os dedit, cum ait: *& deglutiamus eum sicut infernus vinum,* & Il. 5. *Dilatavit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vlllo termino.* Ne igitur pigeat, & adolescens, illud primum, *os via,* ad virtutem tendentis adire, ne in extremi istius oris fauces, angustiasque deuenias. Sed ex hac oris acceptione accedit lux splendorque isti sententiæ, nam statim subdit, *etiam cūm senuerit non recedet ab ea.* Vix quippe ad virtutem perangustum est initium, atque ideo oris nomen fert; deinde verò in progressu latiùs patet. Aptè ergo Salomon ait puer qui ab ineunte ætate oris illius angustias transmittit, ea difficultate superata, nullo negotio reliquam viam ad senectam vsque conficiet. Interim

28

Q

etiam admonet, per eos istud arctissimum viæ bonæ pueros penetrare oportere nam *par eius angustia*, quæ paruulos, & tenellos laxè (vt ita dicam) capiunt, adultos iam, & grandæuos nullo modo aut vix, peruadere queunt.

Caiet.
29

Denique Caietanus speciali etiam sensu donauit, illa verba, nam cum legat, *Assuefacito puerum super os viæ suæ*, sic demum inquit, Monet Salomon, vt non differatur instructio pueri, sed ore viæ eius, id est, tunc cum ad eius animum ingressus patere incipit, iam inde assuefiat virtuti: quamuis enim non sit capax doctrinæ, est tamen capax consuetudinis. Hæc ille, qui per illud *os viæ*, aditum ad illius animum intelligit, nam in pueris omnis ad animam via præclusa est quoad illam rationis vsus aperiat. Mens ergo Salomon. iuxta hanc interpretationem sic instituenda est. *Assuefac puerum super os viæ suæ, & cum senserit*, id est, cum primū puer per rationis vsuram aditum ad animum referauerit, illum iam tunc ad exequendam virtutem acue & exerce, nam eo tempore cum nondum aliquas virtuti contrarias consuetudines, habitusque hauserit, facile honestati assuefiat, illamque in mores transferet, ex quo fiet, vt cum senserit non recedat ab ea.

Caterum præter hanc expositionem, quæ videtur germana ipsius Caietani mens, aliam etiam à reliquis diuersam ipsa illius verba offerre videntur: ait enim, Cum puer doctrinæ capax non est, quia rationis vsus deficit, idem consuetudinis capax est, atque adeo bonis actionibus, verbis, ac moribus assuefici potest. Itaque ante rationis vsuram ad virtutis vsu, vel sola assuetudine puerum edoceri posse docet Caietanus, nam assuetudo etiam rationis expertia ad ea, quæ supra ingenium, naturamque sunt, exercet, ac comparat. Appositè igitur ad dicta potest Salomon. sententia noua interpretatione donari. *Assuefacito puerum super os viæ*, præpositio illa, *super*, aut antecedentiam, aut excessum sonare videtur, ita vt sensus sit: Puerum antequam ad os viæ perueniat, id est, antequam vitam rationis participem agere incipiat, ad virtutem sola assuefactione erudi: vel *super os viæ*, id est, supra captum illius, assuefaciendo ad virtutum opera exerce. Nam quæ ea ratione puer à teneris hausit, ad extremam senectutem traducet. Nec mirum si pueros, antequam ad rationis participium venerint, assuefactione iuuari dicamus, cum constet plantas, & alia etiam inanima consuetudine quoque proficere. Hinc est illud Maronis, qui de plantarum prima facione sic cecinit,

Virg.

Ante locum similem exquirunt, ubi prima pareretur.
Arboribus seges, & quo mox digesta seratur,
Mutata ignorent subito ne semina matrem,
Quin etiam cæli regionem in cortice signant,
Et quo quaque modo steterit, qua parte calores
Austri nos tulerit, qua terga obuenteret æxi
Restituant: adeo à teneris consuescere multum est.
Plato autem ex plantis ad puerorum educationem maturam exemplum deriuat. *Consentaneum enim est*, inquit, *primam de ipsis iuuenibus curam suscipere, vt quam optimi euadant; quemadmodum decet agricolam nouellarum plantarum primam curam agere.*

Plato.

31

Sed licet hæc omnia non insulsa sint, tamen vt litteræ ipsius vim teneamus certe, *os viæ*, nihil aliud sibi vult nisi eiusdem aditus & initium; est enim modus dicendi solemnissimus admodum Hebræis, *os* pro aditu vel initio, atque adeo sincera ipsius sententiæ interpretatio in promptu est. In-

A *strue*, vel, *imbue puerum super os viæ*, id est, in aditu vel exordio vitæ. Reliqua verò quæ hæcenus diximus, quædam schematum configurationes sunt. Nostra verò translatio à reliquis hoc tantum dissidet, quod, vt supra animaduerti, anceps est ad vtramque pueri educationem notanda; ait enim. *Adolescens iuxta viam suam etiam cum senserit*, &c. id est, iunior qui viuendi aliquam rationem iam inde à puero, iniuit, siue honestam, siue turpem, eam quidem ad vsque senium constanter vrgebit. Itaque illud, *iuxta viam suam*, sic accipiendum est, iuxta viam illam, quam ipsemet vsu fecit suam, vel quam ipse terendo ab initio aperuit. Et quidem huic instituto aptari potest similitudo à feris accepta, quæ, vt obseruatum est à Venatoribus, (Gesnero teste in Ceruo) suam quæque semitam sibi propriam aperit, ac per eandem semper in sua viuaria, aut speluncas sine errore aliquo it, reditque, ita vt per raro priori dimissa aliam sibi, aut ipsa referat, aut ab alia iam tritam carpat. Ex quo demum fit, vt feræ assidua eiusdem semitæ repetitione sui notas, & odorem in ipsa relinquunt per quas sagacitas canum easdem persequitur, & assequitur. Ergo hac in re haud dissimile hominum ingenium, singuli ab initio propriam sibi semitam, aut viuendi rationem vsurpant, & ab ea deinceps nullis dehortationibus arceri, & in aliam induci possunt. Atque hinc fortassis accepta similitudine Salomon ait. *Adolescens iuxta viam suam etiam cum senserit non recedet ab ea*, facitque hæc similitudo locum alteri expositioni, qua verba illa primitiui textus iuxta *os viæ* donare licet: ita vt *os viæ*, non eiusdem initium sonet, sed *os viuarii* aut *cavernæ*, in quod *via*, aut *semita* defertur: *os*, inquam, *viæ*, id est, foramen, aut recessus, à quo semita exit & in quem redit, (nam *os*, pro foramine in scripturis passim occurrit.) Itaque sensus erit. *Adolescens iuxta os viæ suæ etiam cum senserit*, &c. id est, quemadmodum fera semitam aut cavernam viam, quam circa serobem aut suam aperuit, nunquam deinceps deleat, ita etiam adolescens ab ea viæ, & viuendi ratione, quam primoribus gestis sibi extriuit, nunquam amplius discedit. Commendat hanc expositionem vox נַחֲשׁוֹר *Naghar*, quæ hic adolefcenti subicitur, quæ, vt admonet Rabi David in libro Rad, communis est pueris & ferarum hinnulis, imo aliqui ferarum propriam magis esse volunt: nam radix, themaque illius vocis propriè significat rugire, aut fremere, & de feris germanè dicitur, atque adeo catellos ferarum נַחֲשׁוֹר *Negharim*, propterea appellari volunt Hebræi, quia cum necdum ad prædas agendas idonei sint, rugitu, ac fremitu à parentibus cibos exposcunt, pueros autem ea voce ideo notari autumnant, quia ante rationis vsuram brutis quodammodo adsimiles sunt.

Sed ad priores lectiones redeamus, in quibus aliquid præterea contemplari libet: hæc sunt, *imbue, initia*, aut, *in noua, assuefac, dedica, erudi puerum*, singulas percurram. Pagninus, *imbue puerum* concinit eum illo carmine Horat.

32

Horat.

Quo semel est imbuta recens seruanit odorem
Testa diu.

Rursus verbum imbuo ad tincturam spectat, atque adeo potest etiam huic lectioni aptari similitudo, quam de lanarum tinctione commentus est Hieronymus ad Lætam de filia institutione. *Difficulter eraditur quod rudes anni perbibere, lanarum conchilia quis in pristinum candorem reducet?* Et statim Flacci sententiam attexit. *Recens*

testa diu & saporem retinet, & odorem, quo semel imbuta est

Secunda lectio habet, *initia puerum*. Hæc proprie ad militarem attem spectat, milites enim tunc initiari dicuntur, cum arma primum accipiunt nam ex verbo חָנַח *Chanach*, חָנַיִח *Chanih*, qui tyronem, significat ad bellum nuper eductum. Genes. 14. Quod cum audisset Abraham captum videlicet Loth, fratrem suum, numeravit expeditos vernaculos suos trecentos decem & octo, expeditos, inquam id est, à se initiatos & recens instructos ad bellum. Illud ergo, *initia puerum*, sic per similitudinem potest exponi: sic puerum ab initio instrue, quem modum tyronem aliquem militem, & quidem milites statim à pueris ad arma capessenda, edocendunt. Cassiodorus. lib. 1. Epist. 24. Theodoricum inducit ita Gothos adhortantem. *Produce iuvenes vestros in Martiam disciplinam, nam quod in iuuentute non discitur, in matura ætate nescitur*. Vegetius etiam l. x. c. 4. *Incipientem pueritatem ad delectum cogendam nullus ignorat: non enim tantum celerius, sed etiam perfectius imbibuntur quæ discuntur à pueris*. Audiendus etiã Diodorus, qui de Belearicis, eorumque peritiis in lapidando sic scribit: *Ita recte lapides propellunt, ut raro effugiat ictum appetitus locus. Quod eis continuis à purissima usus præbet, à matribus ad id certamen coactis imponunt enim supra erectum lignum panem signum quod iactu petant, neque ante cibum capiunt, quæ panem lapide ictum pro cibo sumant, &c.* Ad hunc modum adolentes à pueris edocendi, & ad pugnam cum vitis gerendam, & in ætatis illo tyrocinto ad omnem virtutem exercendi iuxta Salomonis præceptum, *initia puerum, &c.*

Tertia lectio habet, *assuefacio puerum*. Aristoteles lib. 2. Ethicor. ad Nicom. *Non parum, inquit, refert, quinimo, id est, quod rem, causamque continet, homines à pueris ibi & id est assueferi*. Concinit etiam Plato lib. 2. de legibus, ubi sic de pueris decernit. *Disciplinam, inquit, appello virtutem, quæ puerorum animos continere potest; voluptas enim & dolor, amor, & odium, quam rectè fieri potest, antequam ratione moueantur, in animos eorum influant, ut facilius cum ad ratiocinandum pervenerint, convenienter rationi omnia peragant*. Ac sic demum absoluit. *Assuefiant ergo à pueritia dolore, ac voluptate rectè moveri, ut à principio usque ad extremum vita oderint, quæ odisse oportet, & ament quæ amanda sint*. Hactenus Plato, cuius verba luculenter admodum traditam à nobis supra expositionem de puerorum assuefactione ante vsuram rationis illustrant, & compent.

Quarta translatio habet, *Innova puerum*: & quidem ni fallor, lectio ista ad agros pertinet, qui novari dicuntur, atque inde novalium nomen fluxit. Verbum etiam, *Chanach*, ad eam etiam significationem spectare non dubito. Quomodo autè pueri agri in modum recentius profcindendi, arandi, & novandi sunt, diximus supra ad illa verba, *Multi tibi in novalibus patrum*. cap. 13. vers. 25 lege ibi plura.

Quinta demum lectio habet, *Dedicatio puerum*, seu, *Dedicatio pueri est*. &c. sumitur similitudo à templo aut Basil. altaris, quod expiatur, ac Deo consecratur: in ea significatione occurrit etiam verbum *Chanach*. 1. Regum cap. 8. vers. 1. 63. & 2. Paral. cap. 7. vers. 5. Psalm. 30. Nchem. 12. vers. 27. Num. 7. vers. 15. & alibi & ad pueri institutionem translata significat, illum à teneris Deo, virtutisque dicandum & sacrandum in, & quidem iunioris animum domum ac templum Dei esse

A erudicè admodum commo Chrysostomus in Homil. de Anna, & Samuelis educatione. *Annon absurdum est nos domum ruinam minui autem suicire, pecunias impendentes, fabros accersentes, denique nihil non facientes: domum autem Dei (nam Dei domus esse debet adolescentis anima) ne vulgari quidem dignari cura? Vido ne idem audias quod olim audiere Iudei, nam illi postquam è captivitate templum materiale conspicientes neglectum, priuatas aedes suas exornarunt, a Deo Deum exasperarunt ut mitteret eis prophetam, qui famem minaretur, magnamque rerum necessariorum penuriam, & hanc comminationis causa eloqueretur. Vos quidè in domibus vestris undique habetis mansiones, in domus autem mea deserta est. Quod stillus templi neglectus tantam excitavit iram numinis, multo magis huius templi neglectus ad iracundiam provocabit dominum, si quidem hoc templum tanto est illo honorarius, quo plura habet sanctimonie symbola. Ergo qui tibi filium genuisti, atque adeo templum Dei excitasti non diutius ducas, sed statim illud dedica, & Dei optini, maximo obsequio addicito, dedica, inquam, puerum. Exple Chrysostomi præceptum, qui ante verba præscripta sic præmittit. *Si mater fueris ad Anna exemplum consecra filium tuum Deo, & in templum adducito, quin ipsum potius templum Deo Regale para. Membra vestra, inquit Apostolus, corpus Christi sunt, ac templum sancti Spiritus, qui est in vobis. Ergo quàm primum sacrari & dedicati Deo debent. Audiendus est Ambrosius de Virg. lib. 2. nam quod ibi puellis scribit, id etiam de pueris eodem modo pronuciari potest. *Virgo, inquit, Dei domus est, munus parentum, sacerdotium castitatis: Virgo matris hostia est, cuius quotidiano sacrificando vis diuina placatur, &c.* Ecce dedicata onis integram formam, quam tibi offert Ambrosius: tute tibi illam expende.**

VII. Dives pauperibus imperat, & qui accipit mutuum, seruus est feneratoris.

D Ines pauperibus, &c. Hebr. *dives in pauperes dominabitur, & seruus mutuantis viro commodanti*. lxx sic habent, *dientes pauperibus imperabunt, & famuli propriis dominis feneratoribus*. Symi. & Theodotion concinunt cum Vulgata, Chaldei etiam non dissonat.

Huius quidem loci, si sonum litteræ spectes, videtur insulsa sententia, atque adeo alij aliter (alem, & leporem, illi accersere adnuntur. Beda & Hugo Cardinalis allegoricè exponunt ad hunc modum. Qui virtutibus, doctrinaque prætiues est, imperat his, qui in earum rerum penuria existunt, & qui accipit mutuum, id est, qui verbum Dei præcepta, monitaque salutis à doctoribus audit, is eadem velut mutuo, & commodato accipit, atque adeo seruus est feneratoris, debitor scilicet, est implendi quæ audit, has enim vsuras doctor ipse suo ab illo exigere potest. Audij Chrysostomum oratione 5. contra Iudeos ad illa verba, *Oportuit dare pecuniam meam ad mensam. Ostendit, inquit, quod postea quam audieris (hæc enim est pecunie depositio,) qui accipit doctrinam, vsuram facere oportet doctori tanquam domino repetituro. Usura autem doctrina nihil est aliud, quam operum exhibitio. Ergo quoniam nos quoque deponimus pecunias in aures vestras necesse est ut vos reddatis vsuram Domino: & Homil. 41. in Genesim aliam etiam vsuram huic accumu-*

Chrysof.

lat. Quocirca, inquit, dilecti cum vobis concredita dinumerauerimus (scilicet verba Dei) vobis necessum erit duplicem asserre laborem, tunc quod numerata custodienda sunt, vt fixa maneat: tunc quod vsurarum loco operandum est, vt alijs communicentur, & multos in viam virtutis inducant, vt bisariam vobis lucrum accrescat, tum pro salute vestra, tum pro aliorum utilitate. Mitto aliam minus lepida eiusdem Hugonis allegoriam.

Caiet. priorem partem cum posteriori sic cōponendam esse dicit, vt altera sit alterius similitudo, hoc modo. Quemadmodum diues dominatur pauperibus, ita mutuans dominatur, insultatque accipienti mutuū, quia nimirū accipiens mutuū in ipsa mutui deprecatione, & acceptione pauperem agit. Itaque energia huius sentētiæ hæc est, iuadet Salomon vt quoad fieri possit mutuū non petamus, quia tantum est diuitum supercilium, vt quoadmodum in pauperes, ita etiam in eos qui ab ipsis commodatos nummos accipiunt, contumeliosè inuēhi soleant; Nam cum pecunias commodant, sic superbè cum illis agunt ac si eas ipsis ad eorum leuandam penuriam gratiosè donarent, & cum eisdem repetunt, maiori fastu ipsis mutuanti- bus tanquam seruis abuti consueuerunt, tunc vel maximè cum ultra sortem vsuras exigunt. Audi Basilium in oratione de diuitiis, & paupertate. *Canes inquit, ubi aliquid acceperint subito mansueti fiunt, at fenerator magis, ac magis irritatur, non enim latrare cessat. Etia si te iure iurando obstringas, fidem non habet, perscrutatur interna commercia, tua curiosè inquirat, uxore presente pudore affectum, coram amicis contumelijs onerat, in foro minus iactat, vitam denique tuam intolerabilem efficit.* Et Homil. in Psalm. 14. eadem fermè verba vsurpat, ad extremum verò sic inquit. *In ipso foro gulam obtorto collo profocabit, adorna enim tibi vitam, ne vita quidem ipsa viuibilem:* ac demū subdit verba petita ex hoc loco. *Nam is, qui mutuo sumpsit, seruus est eius, qui ei mutuū dedit: nec solum seruus, sed seruus mercede conductus, crudelem seruitutem seruiens.* Sic habet translatio Erasmi, sed, me iudice, sentētiā non attingit interpres, atque adeo melius sic verteret. *Sed seruus mercedem soluens crudelem seruitutem seruiens; id est, seruus oblato præcio immanissimum Dominum sibi emens: nam cum alijs serui à Dominis, aut conduci, aut emi soleant, is qui fœnore se obstrinxit, è conuerso intolerandum Dominū sibi ipse pecunijs comparat suis: & quemadmodum heri seruos suos ex certa pecunia in menses, aut in annos conducunt, sic vice versa hi qui vsuras sustinent in menses quoque aut in annos prædictis Dominis suæ seruitutis præcium constitutum appendunt.* De hac etiam seruitute paulò ante Basilium sic scribit. *Talia consingens vsurarius miserum inescat, libellisque alligat, & supra illam urgentem paupertatem libertatem ipsam ei adimit.* Et in Psalm. 14. sic rursus fatur. *Ne recipias euerrentem te feneratorum, ne te veluti prædam quandam exquiri, & vestigari patiaris. Auctoratus enim feneratori, & quodammodo stipendiarius seruus eris, inenitabile ferens seruitutem.* Et quidem illa verba, *stipendiarius seruus eris,* eodem sensu donanda sunt. i. stipendia Dominò pendens, & infra. *Liber vides nunc solem. Quid miser hanc tibi libertatem inuides?* Hæc de expositione Caietani, quæ mihi satis apta videtur.

Rodolph.

Rodolphus aliò Salomonis mentem deriuat, putat enim his verbis diuitum factum coerceri, qui pauperes contra ius fasque sibi obseruire cogunt, adeo vt illos ad fœnera sibi pendenda seruiliter obstringant: cum contra fieri oporteret, vt pauperes qui

A sapientia, & prudentia valent, imperiū in diuites exercerent. Itaque humanæ æstimationis, opinio- nisque iniuriā à Salomone inculari affirmit Rodolphus, quæ imperij habenas diuitibus tradit, pauperesque illis non seruos solum, sed soluendis vsuris stipendiarios addicit. Et sanè vel ex eo imperium hoc iniustum censeri debet, quia dedecet maximè, vt diuites, qui opibus ipsi degeneri admodum obsequio seruiunt, eorumque mancipia sunt, in homines ingenuos ac liberales potestatem habeant. Potius isthæc potestas imperiumque pauperibus deferendum erat, qui cum diuitiis ipsis imperare, easque sibi subijcere nouerint, idonei certe videntur, vt in eos etiam qui diuitiis obseruiunt ipsi imperium exercent: acuta expositio, sed non admodum solida.

B Melius Iansenius, qui loci istius energiam in eo ponit, vt Salomon locordiam hominum excitet. vt sua potius industria studeant sibi fortunatum satis ad victum comparare, quàm vt per inopiam cogantur diuitibus inseruire. Debet autem ad hanc sententiam locus iste traduci ad hunc modum. *Diues imperat pauperibus,* à diuitiis enim hoc sibi ius in pauperes donari putat, vt illis imperare & seuerè admodū insultare possint. Quid certius? *Et qui accipit mutuū, seruus est fœnerantis,* i. si ad ius illud, quod dices sibi ob diuitias assumunt, accedit aliud commodati, aut mutui, ad quod accipiendum pauperes sapius necessitas compellit, tunc quidem durissimum in illos imperium exercent, pauperesque ipsi crudelem admodum subeunt seruitutem. His ergo admonitus quisquis hæc audis, vt iugum istud excutias, tuæque vitæ conditio tam crudelibus Dominis minimè obnoxia sit, id cura, vt industria, & labore tuo victum quæras, fortunatumque satis ad viuendū parias.

C Caterum licet hæc aptè dicta videantur, mihi sanè reliquis præferenda videtur expositio, quam nobis offert translatio LXX. sic n. habet. *Diuites pauperibus imperabunt, & famuli proprijs Dominis fœnerabunt.* Est autem solemne his interpretibus pugnam, antithesimque inter duas eiusdem sentētiæ partes, cum forte obscurior est, sua translatione eruere, vt nullibi Salomon sibi similis non sit. Sensus igitur sic conformandus est: diuites quidem durum admodum imperium in pauperes exercere cōsueuerunt, eosque sibi seu famulos, seruosque substernunt. Sed Dei prouidentia sæpè accidit, vt hi, qui prius serui erant, & crudele diuitum imperium sustinebant, commutata fortuna diuitias naçti Dominos suos datis fœnori pecunijs sibi obstringant, atque eo iure tanquam famulis seruisque abutantur. Et quidem iuxta hanc interpretationem mens Salomonis est, diuites perstringere ne seueri, & crudeles erga pauperes sint, ne illos cōtra ius fasque opprimant, ipsique fortunæ conuersionem minitatur, per quā sæpè accidit, vt diues in angustias recidat pauperque in diuitem euadat: atque adeo illi acceptas iniurias remetiatur. Ad hanc expositionem translationem Vulgatam non tam cogere quàm inuitate etiam licet. *Diues pauperibus imperat, & qui accipit mutuū seruus est fœnerantis.* Ita n. hæc verba capere oportet, vt postertus Hemistichium ad diuites intendatur, eis suarum in pauperes iniuriarum vicem interminans: quasi dicat. Diues pauperibus durè admodum imperare solet, is tamen si saperet meminisse vnquam deberet eum, qui ab altero datam fœnori pecuniam accipit, creditori suo in seruum addici, atque adeo fortunæ conuersionem extimesceret, nequando ipsum ad hanc miseram seruitutem ne-

cessitas ipsa adigat. Quid plura? Hanc expositionem commendat sequens versus. qui cum hoc me iudice, innodari debet, cuius sententiam attingit Rodolphus.

VIII. *Qui seminat iniquitatem, metes mala, & virga ira sua consumetur.*

Qui seminat, &c. Heb. *Seminans iniquitatem metes calamitatem, & virga ira eius consumer, supple eum.* Pagnin. *deficiet lxx.* *Qui seminat mala metes mala, plagam autem operum suorum consummavit.* Theod. *Qui seminat iustitiam metes iniquitatem.* Aquil. *Damnum.* Sym. inuertit verba. *Qui seminat iniquitatem metes iustitiam.* Leuissimum est inter omnes translationes dissidium.

Quia ergo prouerbum istud superiori assuendum esse nuper dixi, germanam illius interpretationem præmittam. Salomon ergo rationem addit propter quam diues ille, qui pauperibus abutitur in seruos, eosque dura seruitute exercet, rerum commutationem conuersionemque vereri debet, hæc aut est, quia *qui seminat iniquitatem, metes mala.* Repetitio autem eiusdem nominis, qua vsi sunt Sept. emphasim habet, *qui seminat mala, metes mala,* significat enim eos, qui proximis mala inferunt, sæpius eadem mala substinenda ab eisdem vel ab alijs ex Dei prouidentia compelli. Allegoria verò leporem habet, *Qui seminat mala, &c.* Significat n. eum qui in aliquem iniurias iacit non quidem aliquid sterile, & infæcundum, in sterile, similiter, atque macrum solum, quinimo semen spargere in terram vberem. Quod quidem aperte constabit si fecundi seminis in fertilem tellurem iacti conditiones dispiciamus: Imprimis enim semen talis est naturæ, vt similem sibi partum edat. Frumentum, n. frumentum etiam progerminat, & hordeum similiter hordeum: sic inquit Salomon. *Qui seminat mala, metes mala.* i. similia mala: & in eo præcipue sita est huius sententiæ energia, Salomon. n. diuitibus iniuriarum, quibus pauperes oppræsserunt, rationem minitari vult, vt ex dictis constat. Rursus in semine aliquid aliud contemplari licet, tellus, quæ illud excipit, eadem ipsa messem refert; ita etiam in molestijs quibus pauperes à diuitibus vexantur euenire docet Salomon vt non modo eandem ipsi experiantur miseriam, & seruitutem, sed etiam ab eisdem, quos ipsi ærumnis contriuerunt, vt supra etiam exposui. Denique seminis parua quantitas longè maiorem agricolæ messem reddere solet: ita etiam cum diuitibus agendum esse docet Salomon, si verba superiora penitus inspicias; nam cum præmississet diuites pauperibus contra fas imperare, subdit eos commutata fortuna duriores longè seruitutem subituros ea, quam ipsi pauperibus imponebant, s. commodati ac fœnoris seruitutem, qua nulla maior, aut seuerior esse potest, vt supra ex Basilio decreuimus; cui seruituti hoc proprium est, vt pro paucis aucta forte sementis more multo plura restituat.

Ad hæc, cum ait, *metes ea,* auget istorum diuitum miseriam, quos ipsa necessitas eò compellit, vt ipsimet post fortunæ conuersionem sponte ea mala sibi demerant, quæ prius in alios sparserant, videlicet mutuum, creditum, vsuras, fœnora, & eam, quæ ex his efficitur, seruitutem. Subdit Salomō.

Et virga ira sua consumetur. Sensus quidem perspicuus est, significat. n. eos diuites eadem virga percutiendos, qua ipsi pauperes contriuerunt. Sed tamē vnde istæc virgæ metaphora trahatur decer-

tere necessum est. Potest n. primò ad potestatem & imperiū referti, virga. n. in sacris, potestatis insignie, & symbolum est, nil certius, & secundum hanc acceptionem non sine lepore sensus ad hunc modum conformari potest, *virga ira sua consumetur.* durissimum illud imperium, quod in pauperes exercebant, commutata fortuna iurare cogentur; ipsi. n. (liceat sic dicere) virgam deponent, eamque pauperes sibi sument, ac demum illis acceptarum iniuriarum vices reddent. Hæc videtur esse mens Iansenij, & Caietani quamuis, vterque sententiam aliò detiuare videatur.

Secundò, Rodol. per virgam hic non eam, quæ in vniuersum potestatis, imperijque symbolum existit, captandam esse putat, sed eam quæ specialiter pecuniarum exactores, vulgo executores, vti consueuerunt: de hac virga Iſaias 94. *Virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, &c.* Nam hîc sceptrum etiam virgam sonat. Itaque sensus erit, *& virga ira sua consumetur,* quasi dicat, sicut diues exactores (hoc. n. virga significat) aduersus pauperem milit ad exigendas creditas pecunias, vsurasque ac fœnora: ita etiam vicissim, conuersis tebus, pauper per exactores eum vexabit, easdemque molestias subire cogetur.

Cæterum nescio an accommodatius, & cohæretius dicere oporteat cæptam seminis, messisque metaphoram vigeri à Salomone. Constat. n. virgam ad excutiendas segetes granaque purganda adhiberi solitam Iſaiæ 28. *sed virga excutietur gith, & Cuminum in baculo.* Ergo ad reliquam similitudinem subdit Salomon, *& in virga ira sua consumetur, vel conteretur.* i. non solum diues iste iniquus quæ in pauperes sparsit eadem metes mala, sed etiam ea virga qua alios ex ira tanquam segetes extriuit, vt quemadmodum ex messibus grana, sic etiam ex pauperibus quidquid pecuniarum apud illos erat, excuteret: eadem, inquã, virga ipse post fortunæ cōmutationem percutietur, ac simili modo expressis pecuniis euentilabatur, & exhaustietur.

Reliqui interpretes hanc sententiam à superiori exoluunt, atque adeo facili admodū negotio sic expediunt. *Qui seminat iniquitatem metes mala.* i. qui peccata grauiora admittit, ea quidem veluti semina quedam spargit, ex quibus deinde maximam malorum, hoc est pœnarum, & suppliciorum messem demeret. Huic sententiæ adsimilis est illa Iob. 4 *Qui seminant dolores, & metunt eos.* Vel aliter, *qui seminat iniquitatem vel iniuriam,* i. qui alijs vim parat, iniustitiæ infert, eandem vim, iniustitiæque ipse ab alijs reportabit, *& virga ira sua cōsumetur.* Virga pro potestate. i. qui virga sua. i. potestate nō vtitur pro iustitia, illam subditis administrans, sed pro ira, contra subiectos illam exercēs, & grauiter illos vexans, eadem ipse virga seu potestate consumetur. Ita enim ferme euenire solet, vt abusus potestatis ipsolmet Principes ac superiores demum euertat, vt videre est in Tyrānis, & alijs qui seuerū nimis ac crudele imperium & in subditos exercēt. Beda autem, & ex ipso alij, seminandum verbum ad doctrinam refert hoc modo. *Qui seminat iniquitatem metes mala,* id est, qui verbo antexemplo suam in alios iniquitatē spargit, messis loco vindictā recipiet. Posterius autem Hemistichium eodē sensu donat, quo Caietan. supra, ac sic demum infit. *Talis enim superior (qui scilicet seruitia vtitur in subditos) merito virga ira sua consumendus dicitur, quia sicut Dominus ait, omnes qui acceperunt gladium gladio peribunt. i. qui iniuste in alios seruiunt ipsa seruitia sibi ipsis interitum concinnunt:* Sed tamen possunt hæc posteriora verba doctoribus etiam dari, &

virga ira sua consumitur. Qui aliorum delicta seuerè nimis ac rigidè carpit, & inculcat, cum ipse etiam culpa non vacet, eadem utique virga, qua alios quatit, seipsum recutit. Itaque integra sententia aduersus improbos doctores sic intendi debet. Qui improbi cum sint probitatem alios docent, & in vitia aliorum grauitè inuehuntur, miseri valde sunt, quia virga iræ lux seipfos diuerberant, & crudelissimè sauciant: sed tamen hæc leuiora sunt. Prima enim interpretatio me iudice præferenda est.

IX. Qui pronus est ad misericordiam, benedicitur, de panibus enim suis dedit pauperi.

QVI pronus est. &c. Hebr. Bonus oculus ipse benedicitur, quia dedit de pane suo tenui. Pagninus. Benignus oculo. Chaldaeus. Qui bonum oculum habet, benedicitur, quoniam de pane suo, &c. lxx. Virum hilarem, datorem benedicit Deus, vanitatem operum eius consummavit. Ac rursus addunt. Qui miseretur pauperis ipse enutrietur, de suis enim panibus dedit pauperi. Victoriâ, & honorem acquirit, qui dat munera, & animam quidem aufert possidentium. In plerisque codicibus est, Virum hilarem, & datorem *ἡγαρή*, i. diligit Deus. Sic Paulus 2. ad Cor. 9. qui verba illa ex Salomone transcripsit. Itaque vni tantum versui apud lxx. tres satis per-elegantes sententiæ respondent. Existimo autem locupletissimos illos interpretes hinc, quemadmodum etiam sæpè alibi, prophetarum iure vsos, locum illi perbreuem ad misericordiam spectantem tribus luculentis sententijs amplificasse, quod semel aliàs ab eisdem factitatum supra non paucis in locis obseruauimus. Prius ergo Vulgatam lectionem, deinde verò translationem lxx. commentatio nostro illustrabimus.

45

Qui pronus est ad misericordiam benedicitur. i. qui suopectè ingenio in hanc virtutem pendet atque adeo quamlibet illius exercendi occasionem arripit, beatus erit, omniaque illi ex animi sententia cedent, nam benedicti in scriptura passim, idem est quod fortunati ac ditari, & bonis omnibus cumulari. Nil certius Beda, Hugo, atque alij hanc benedictionem ad eam referunt, qua excipiendi sunt misericordes in die iudicij cum ad dexteram translati à Christo Domino audient illud, *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, &c. esuriui enim, & dedistis mihi manducare, &c.* Sed prior expositio cum littera magis cohæret. Subdit rationem, *de panibus enim suis dedit pauperi.* Originalis lectio non caret lepore, *Quia de pane suo dedit pauperi.* Quasi dicat, ea erat eius ad miserescendum propensio: vt ex vno tantum pane non dubitaret bonam partem defringere, & eam victui necessario substractam pauperibus elargiri, vt quosdam olim pios viros non sine ingenti compensatione factitasse memoriæ proditum est. Sic etiam consulit Chryostomus suadens sæpè, ac sapius vt vel ex vno pane frustulam aliquod defractum misericordiae impendatur, quia Deus non quantitatem elemosynæ, sed voluntatem æstimat. Et quidem iuxta hanc obseruationem non minima toti sententiæ lux splendorque paratur; nam priora illa verba, *Qui pronus est ad misericordiam*, voluntatem quandam ad donandum procliuem admodum, promptamque significat: quapropter sensus sic instituendus est. *Qui ad eum modum pronam procliuemque ad miserescendum voluntatem for-*

A titus est, copiosam admodum à Deo mercedem reportauit, quia ex vno tantum pane frustulum pauperi donauit. Eo documento facilè ostendens, ac declarans, animum quidem ad effusas, liberalesque elemosynas se paratū gerere si census suppedicaret, Deus enim non quantitati, sed voluntati defect. Audi Chryostomum Homil. 1. in Epistolam ad Hebræos. *Non enim, inquit, ex eorum, quæ dantur, mensura, sed ex vi, & potestate, & eorum qui dant instituto, & prompta voluntate, indicatur elemosynæ magnitudo. Si cum hac voluntate omnia agamus, etiam si pauca admodum dederimus, faciēs suam non auerteret, sed accipiet tanquam magna, & admiranda; attendit enim liberam, & promptam animi voluntatem, non ea quæ dantur, & si illam viderit esse magnam, ei suum fert suffragium, & conuenienter ei iudicat, &c.* Obserua illa verba, *ei suum fert suffragium*, nam Græcè sic habentur, *λίτρα τῆς ἰσότητος, ἀξιματ. i. pro calculo ducit*, vt notat Doctæus: veteres autem utebantur calculis in rationibus ac supputationibus, & in suffragiis. Interpres ergo ad suffragium retulit: ergo verò ad rationes Chryostomum spectasse credo, in quibus sæpè accidebat vt exiguus & præ paruitate aspectum fugiens calculus summam ingentem notet. Itaque Chryostomi mens hæc est; si adsit voluntas prompta hilarisque ad donandum, exigua admodum elemosyna, exempli gratia, frustulum aliquod è pane vno decissum, calculi locum æstimationemque habet apud Deum: sicut enim in subductionibus calculus per exiguus ingentem pecuniarum vim adsignificat, ita etiam pertenuis elemosyna accedente ad eum modum libera voluntate magnæ ad instar obtinet. Quapropter ita dixerim, duo illa minutissima viduæ æra maximarum quarundam summarum apud Deum calculos fuisse, cum illud, audierit illud Lucæ 21 *Verè dico vobis, quia vidua hæc pauper plusquam omnes misit, nam omnes hi ex abundantia sibi miserunt in munera Dei, hæc autem ex eo, quod deest illi, omnem victum suum, quem habuit, misit.*

Chryost.

Luc. 21.

Et quidem vt inferam hic aliquid ex lectione lxx. hæc est germana sententia prioris carminis. *Hilarem datorem benedicit aut diligit Deus, vanitatemque operum eius consummabit.* Vanitati quidem subest in Græcis *κεναιότητα*. i. vacuitatem, & inanitatem sonat; itaque sensus est, Deus certè eum impensè diligit qui ex hilaritate, & animi propensione etiam parua largitur, & eius opera, quæ nimirum ab subleuandam pauperum inopiam exequitur, quamlibet ad speciem inania, & futilia. i. nullius prætij ac momenti sint, ipse consummat. i. ipse perficit, & pro magnis atque pretiosis ducit, scilicet ad eum modum, quo peritus rationum subductor exiguos calculos maximarum summarum loco ponit; Vel si liber eam vocem *vanitatem*, seu *inanitatem* attentius speculari, sic habetur, *vanitatem operum eius consummabit*, in Græcis est *συντελεσει*. i. perficiet aut implebit perfecta nimirum ac plena ducit aut declarat. Quasi dicat, opera ad speciem vacua, & inanina Deus ipse tanquam plena æstimat: nouit enim Deus ea, quæ operibus deesse, atque illa extenuare videntur, voluntate compensari, & impleri. Optima similitudo ad hanc rem explicandam trahetur ab eo, quod passim in vulgi existimatione contingit, quæ August. alicubi vsus meminisse, sed locus diligenti studio vestigantè fugit. Amphoram cogita aqua plenam, rursus aquarum effunde, vulgus sane hominum eam tunc vacuam in anemque esse decernet. At Philosophus, qui rerum naturas apprimè caller, reiecta vulgi opinione eam

46.

plenam esse serio affirmabit, nouit. n. quod quidquid effusa aqua in amphora vacui fecit aër, proximus succedens actutum impleuit, qui perfectius elementum est, quã aqua. Idem de præmissis operibus iudicium ferendum est, sanè vulgus hominum cum per exiguas per tenuisque piorum quorundam hominum elemosynas videt, eas quidem fallaci opinione tanquam vacuas, & inanes æstimat. At Deus qui mentes ac voluntates hominum solus apprime callet, nouit certè quidquid in illis exiguis valde elemosynis census, ac pretij deficit, ob cuius defectum vacuæ, inanesque dicuntur, liberali, promptaque donantium voluntate compensari, & impleri, quæ voluntas apud Deum omni censu, ac prætio dignior, ac præstantior est, atque adeo ipse suo iudicio opera illa plena atque perfecta esse constituit.

47

Sed ad Vulgatum lectionem redeamus. *Qui pronus est ad misericordiam.* Hebraicè. *Bonus, aut, benignus oculo.* Caietanus, nescio quam obseruationem ad misericordiam præceptum explicandum ex hac translatione commentus est. Quia inquit, homo non ad quærendos indigentes, sed ad leuandum occurrentium sibi indigentiam tenetur, ideo misericors *bonus oculo* appellatur, quia scilicet oculis suis bene vtens quoscumque oculis suis pauperes obire hinc obliata subleuat stipe: sed tamè hæc non Caietano, sed Hebræo quopiam stolido digna coniectura est. Misericors ergo *bonus, aut, benignus oculo* dicitur, quia cum omnes animi affectiones ex oculis emicant soleant, nulla quidem splendidius abijentescit quàm gratia, beneuolentia, & misericordia; hanc enim oculi quodammodo spirare videtur, adeo vt vulgo *mirax con buenos ofos*, perinde sit atque adamare, & benè velle. Hos oculos misericordiam nobiliori quodam exéplotradit Chry-

Chrysof.

stomus Homil. 12. in Epistolam ad Hebræos. *Elemosyna, inquit, ac misericordia volat tanquam quadam aurea, & viuens columba placidum habens aspectum, & mitem oculum; nihil est illo oculo melius, itaque misericordia oculi obuenerunt columbini, placidi, beneuoli, & ipsa mititate quodammodo mitiores.* Rursus quia proximi indigentia, aut miseria per oculos ad animum penetrat, atque in illo misericordiam excitat, ea propter verba illa, & *clausit viscerum misericordiam suam ab illo.* i. Ioan. 3. sic illustrat Hieron. *Quid est viscera claudere? non aliud sanè nisi omnes ad animum seras præcludere, aures videlicet atque oculos, illas quidem ne pauperum clamoribus pateant, hos autem ne eorundem miseris obeant.* Aliter etiam, sicut *malus oculo* (vt aliàs obseruauit) dicitur fascinator, quia in ea, quæ videt lætale virus iacit, ita etiam *bonus oculo*, ex aduerso is dici potest, qui oculos habet innocuos. Et quidem fascinatores tunc maximè venenum illud ab oculis iaculari dicuntur cum in paruulis oculos figunt, his verò necem non aliter afferunt quàm cibi necessarii fastidium immittentes; ex quo fit vt eiusmodi puelli vbera repudient, ac fame, sitique atrefacti tabescant, & depereant. Ex aduerso igitur *bonus oculo*, vir misericors, qui paruulos púilos (sic. n. pauperes appellare licet) non fame aut siti enerat, sed eorundem famem sitimque suis emolumentis explet. vide quæ infra dicemus c. 23. v. 6. ad illa verba, *Ne comedas cum homine inuido.*

48

2. Cor. 9.

De lectione lxx. aliquid etiam hinc attextendum est. *Virum hilarem, & datorem diligit Deus vanitatem operum eius consummauit.* Hinc transtulit Paulus illa verba 2. ad Corinth. ca. 9. *Vnusquisque autem prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus.* Quæ

Iustianus Salmeron, & alii ex cap. 35. Ecclesiastici accepta putant, vbi sic habes. *In omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas.* Sed in eam certè adducti sunt mentem, quia illis locus iste incompertus fuit. Item ad Roman. 12. manifeste alludit ad hunc locum. *Qui miseretur in hilaritate.* His enim acciuit David. *Incundus homo qui miseretur, & commodat.* Sensus autem perspicuus est. *Virum hilarem, & datorem benedicit, aut, diligit Deus.* Quibus verbis signatè excludit necessitatè, & tristitiã, cum hilaritate n. tristitia, cū donatione necessitas pugnat, quod maiori cū energia significatur si legas, *virum hilarem, & datorem*, coniunctione, quàm si legas *hilarem datorem*; atque adeo sic fortasse emendandus, & restituendus erit locus Pauli iuxta lectionem lxx. *Non ex tristitia, aut necessitate, hilarem enim, & datorem diligit Deus,* sed cur hilaris, ac dator esse debet, qui elemosynam largitur? Rationem offert Anselmus, quia hilaritas ad cor, donatio autem ad rem spectat, quam quis impendit, hæc autem coherere inuicem debent. Chrysostomus sic ait. *In quibus per hilarem amplum, & munificum mihi significare videtur.* Si. n. animus amplus sit, etiamsi donatio sit perangusta, à Deo maxime probatur.

Rom. 12.

Chrysof.

Alii rursus illa verba, *Hilarem, & datorem diligit Deus.* sic distribuunt, vt dare aut donare animi etiam liberalitatem includat, non enim dator s. aut donatoris nomen fert nisi is qui sponte, & ex liberalitate donat: hilaritas verò ad vultum spectet, hæc enim maxime est necessaria vt pauperi peregrata, & non permolesta sit elemosyna. Huc spectare videtur Chrysostomus ad illa verba, *Qui miseretur in hilaritate,* sic enim ait. *Quanam gratia, cum elemosynam das, ploras? si namque doles, non misereris vti que; sed crudelis, & inhumanus es; nimirum si tristitiam vultu prodis. Quomodo enim eum, qui in tristitia est, refocillabis si tu doles? Satis. n. fuerit si ille non gaudeat tulerit à te accipere elemosynam, etiamsi tu cum gaudio dederis, nam nihil adeo videtur hominibus turpe quàm ab alijs accipere. Quapropter necesse est vt excellenti hilaritate suspicionem illam sustuleris, ostenderisque quod magis donando accipias, quàm des. Aliter. n. magis deiciet accipientem, quàm refocillabis.*

D

Denique non est omittenda elegans ponderatio, quam Diuus Bernardus serm. 87. in Capt. contulit in hunc locum, vbi lili candorem in eos quadrare dicit, qui ex hilaritate miserentur. *Est, inquit, candor, quem sibi induit is, qui miseretur in hilaritate, etenim si intuearis illum, quem Propheta depingit, incundum hominem, qui miseretur, & commodat; nonne is tibi videbitur de ipsa animi incunditate induisse candorem quendam pietatis, vultui pariter atque operi suo? sicut è regione si ex tristitia, & velut ex necessitate quis tribuat, non candidum planè sed tetrum præfert manu, & veste odorem, & ideo hilarem datorem diligit Deus. Numquid, & tristem, profecto qui respexit ad Abel ob alacritatis candorem, auertit faciem à Cain, quia conciderat facies eius, vti que à tristitia, & liuore. Pulchrè ergo, & eleganter in tolerando beneficio candor hilaritatis laudatus est voce illa poëtæ. Super omnia vultus Accessere boni. Itaque ex Bernardo candor iste donantis, qui ipsius etiam dona, ac largitiones imbuat, Dei oculos ad se conuertit.*

E

Sed dices fortassè, an non potius Dei lumina auertere deberet hic candor: albus. n. color visum disgregat, aliquando etiam hebetat, niger verò congregat, & acuit. Ita quidem fateor, eam esse

lucis, candorisque vim, ut oculos primum ad se pulchritudine sua conuertat, deinde conuersos perstringat atque hebetet. Idem verò in hoc elemosynarum candore contemplando ipsi Deo euenire dixerim, nam huius coloris eximia pulchritudo Dei lumina, & oculos ad se mirabili quadam vi contorquet, deinde verò (liceat sic dicere eosdem perstringit, atque obtundit. Nam cum alias Dei oculi in speculandis hominum delictis perspicacissimi sint, ubi eos in cuiuspiam hominis pii hilares elemosinas, largitionesque defixit, iam deinceps ad eius peccata quodammodo cæcutire videtur, id est, indulget, atque condonat.

Vel aliter, elemosynas, effusasque in pauperes largitiones candore eximio præditas esse dicamus cum Bernardo: ait ergo Salomon, *Bonus oculo vir misericors*, cuius acies ad hunc candorem intendens non auertitur, non conuiuet. Hoc. n. inter sanos atque infirmos oculos interesse solet, quod hi candorem intuentes conuertuntur, illi intenti perstant, & pulchritudine illius coloris pascuntur. Quapropter non ineptè è conuerso malum aut infirmum oculo auarum sæpè compellat idem Salomon, cuius aciem liberalitatis candor, & pulchritudo obtundit, & ad paritatis sordes conuertit,

Addo etiam August. qui de hilaritate donantis sic scribit in libro 80. Homilia 50. *Det ergo, si potest, suas omnes elemosinas cum hilaritate, sine cum carnalibus necessitatibus pauperum erogat aliquid, sine cum panis cœlestis dispensatione, inuicta aduersus diabolum castra in fidelium cordibus construit. Hilaritatem enim datorem diligit Deus; non itaque tadio frangatur in difficultatibus rerum, que necesse est existant, ut ostendatur homini quod homo est, non itaque surrepat in eum quod pauper, aut odiosè irruit, aut importunè inopia coactus petit, aut ad negotium suum, cum tu maiore occupatus sis, te flagitat, &c. Lege tibi plura; eadem ferme habes apud eundem in Plal. 42. quibus etiam adnectit. Si fregeris ex animo esurienti panem tuum, quia plerumque à tristibus, & murmurantibus, ut careant tadio interpellantes non ut reficiant viscera indigentis. Hilaritatem autem datorem diligit Deus, si panem dederis tristis, & panem, & meritum perdidisti. Adnota illa verba, non ut reficiant viscera indigentis; hoc enim inter eum, qui ex hilaritate, & illum qui ex tristitia pauperi donat, interesse demonstrat August. quod is, qui ex tristitia, corpori tantum succurrit, animum verò lædit, quem toruo immanique vultu non parum lauciat, is autem qui ex hilaritate, & corpus, & animum mirè reficit, ac recreat.*

De illis verbis *vanitatem operum eius consummauit*, latè superque supra dictum est. succedant ergo ea, quæ sequuntur in textu lxx.

Qui miseretur pauperis ipse enutrietur, de suis panibus dedit pauperi. Sententia est luculenta. Pollicetur Salomon futurum eum, qui se victu suo fraudat ut pauperi subueniat. Splendidius à Deo enutriendum iri, id sibi vult illud *de panibus eum suis*, id est, de sibi necessariis, ita enim à liberalissimis nonnunquam præstitum; de vidua enim illa Evangelica sic Christus Dominus Lucæ. 21. *Omnem enim victum suum, quem habuit, misit.* Similemque liberalitatem in illa alia Sareptana vidua, quæ Elisæum pavit, expendit Chrysostomus, qui ex vtriusque viduæ exemplo in eos inuehitur, qui nedum superflua pauperibus elargiri volunt. Nam in Homil. 19. in Epist. 2. ad Corinth. ubi priorem illam

A Euangelij viduam produxit, de posteriori sic scribit: *Illam enim non in paupertatis tantum, sed etiam in mortis periculum venerat, nec sua duntaxat, sed, & filiorum neque; enim fore sperabat, ut ab aliis acciperet (omnes enim indigere cognouerat) sed ut qua primum interiret. In tanto ergo discrimine constituta sua nihilominus Helisæo misericordiam erogauit unde id adeptæ est, ut deinceps tam ipsa quam filij lautius epularent, ut ex sacra scriptura constat 3. Reg. 17. Sed post multa alia, quibus viduæ huius liberalitatem extulit Chrysostomus velut ex cursu ipso orationis incalescens, sic demum absoluit. Dicam aliquid magnam, ac pene ab humanis sensibus alienam ad hospitalitatis laudem. Hac vidua plus attulit, quam pater noster. Abraham, non enim ad gregem occurrit ut illa, sed ad pugillum illud farina sibi ac filij pene cessarium, atque adeo omnes, qui hospitalitate clari ac celebres extiterunt, superauit. Et quidem iure optimo Abrahamum ab ista vidua superatum asserit. Hic enim ideo hospites pavit ut filij hospitalitatis merito obtineret, at hæc hospicis sui causa nec filiis quidem pepercit, eos in mortis discrimen adducens, atque adeo non sibi tantum eam, quæ in se ipsa vitam agebat, abscindere, sed etiam eam, quam in filiis suis ipsam sortiri oportebat, abrumpere non dubitavit, nam parentes in natis viuere, & superstitibus esse constat ex illo Ecclesiastici, ubi ad patrem vita functum, qui filios optimos reliquerat, ita Syracides. *Mortuus est, & quasi non est mortuus, reliquit enim similem sibi post se.**

C IX. *Victoriam, & honorem acquireret qui dat munera, animam autem aufert accipientium.*

Victoriam, &c. Hic versus quemadmodum etiam superior, abest ab originibus, sed tamen in vulgatis etiam Vaticanis reperitur; peticus autem videtur ex translatione lxx. atque ab eisdem Prophetarum iure, quo passim utebantur, ad illustrandum superiorem verum adhibitus: in quibusdam autem codicibus sic habetur, *Victoriam, & honorem acquireret qui dat; munera autem aufert accipientium.* Sed manifestum mendum est.

Hunc locum plerique interpretes tanquam spurium absque commentario dimitunt; Iansenius autem, & post illum recentiores alij, non satis germanè exponunt, nam verba ut sonant accipientes, & pro muneribus violandæ, ac detorquendæ iustitiæ gratia oblati, accipi volunt, atque eos inculcari docent, qui cum causas iniustas defendunt, ad hanc corrupendorum iudicum pessimum artem se recipiunt. Hoc nimirum sensu, *Victoriam, & honorem acquireret, qui dat munera.* In causis nimirum, quas defenderit, aduersarium suum à lite cadentem ille vincet, & eam quæ ex tali victoria accidere solet, gloriam, & honorem reportabit. Sed quid mirum? *animam quidem aufert accipientium*, quasi dicat, hanc victoriam non iuribus, ac legibus debet, sed inde illam obtinuit, quia munera iudicum animam, hoc est mentem sensumque, eripiunt, ne iustitiæ aut iniuriæ naturam agnoscant. Itaque Iansenius hanc sententiam contra iudicum corruptores scriptam putat, potestque similiter contra iudices ipsos institui, qui se acceptis muneribus ad demerentiam quandam adduci sinunt, victorias in libris, & honores venales habentes.

Cæterum alium esse huius loci germanum sensum

Hugo

puto, nam cum verba ista ad illustrandum versum, qui pronus est ad misericordiam, &c. à lxx. hic inserta esse decreuerim, illa etiam ad misericordiae laudem spectare crediderim, possunt autem vno vel altero modo exponi. Alter est Hugonis, qui cum litteralem sensum ad iudicum corruptores retulisset, sic deinde (ut ipse ait) allegoricè exponit, *Victoriam, & honorem acquireret, qui dat munera*. i. qui liberales in pauperes elemosynas effundit, primum quidem in sæculi istius alea, & militia victoriam à se ipso aut à vitiis, aut etiam à dæmonibus reportabit. Deinde verò in futuro, pro hac victoria gloriam, & honorem à Deo refert. Illa autem verba, *& animam aufert accipientium*, duriusculè exponit; *occasionaliter*, inquit, *quia qui accipit, & non indiget, idem est, ac si rapiat*. Itaque hoc Hemystichium contra illos pronunciatum puto qui cum non indigeant, aut labore, industriaque sua victum parare possint, paupertatem simulant. Væ vobis qui paupertatem mentiri audetis, nam hi à quibus elemosynam, & munera accipitis, cum sibi ipsis victoriam, & honorem parant, vobis utique animos eripiunt, & præsentissimam mortem afferunt. Sed tamen hæc interpretatio coacta videtur, & difficilè admodum verbis aptatur; possent tamen sic lenitius exponi, *animam aufert accipientium*. i. liberalis ille donator non solum victoriam, & honorem à Deo reportat, sed etiam eorum, de quibus bene meretur, animam, hoc est, corda voluntatesque sibi eripit, & mirum in modum obstringit. Inter eos autem qui accipientium nomine veniunt, in hoc loco numerari etiam debet Christus Dominus, qui semetipsum his muneribus cohonestari, quibus pauperes donantur, passim affirmat.

Chrysoft.

Hæc omnia perspicua valdè sunt, sed licet præmissa expositio germanum huius loci sensum non contineat, licet tamen eam illustrare, & aliquid de eorum, qui in pauperes benefici sunt, victoria hic attexere, *Victoriam, & honorem acquireret qui munera dat*. In primis enim, *Vir misericors, ut auctor est Chrysoftomus Homilia 30. ad populum Antioch. stipendys militat diuinis* & in Homil. 19. in Epist. 2. ad Corinth. sic addit. *Neque enim si firmum ac robustum corpus habeamus fortes sumus, is, quidem fortitudine præditus est, iaceat licet in lecto qui misericors existit, qua dempta, etiam si aliqui tanto quispiam robore præditus sit, ut vel montem auellere queat, haud tamen illum puella vel misera anus firmiorem valentioremque esse dixerim. Nam ille quidem cum incorporeis vitiis, secusque consigit; hic contra nec contueri quidem suos hostes audeat. At ut hanc fortitudinis normam esse credas ab hoc exemplo colligas licet, quid vidua (senex fortasse ac infirma) fortius fingi potest, que aduersus naturam tyrannidem, aduersus vim famis, ac mortis minas strenuo animo stetit, atque hæc omnia superauit. En quod vnifæminæ per misericordiam partas victorias dedit Chrysoftomus à natura, à fame, à morte; à natura quidem, quia filijs non pepercit: à fame, quia illam debita refectione fraudauit; morte, quia seipsam in mortis discrimen vocauit. Rursus animaduertere quosnam hostes misericordie dat Chrysoftomus, cum incorporeis vitiis, secumque consigit, & eosdem sub iugum mittit, quos auarus ne aspicere quidem audeat. Et quidem aptè dicit, auarum seipsum ne aspicere quidem posse quia ne suæ infirmitatis, & communis cum paupere naturæ contemplatio ab illo fortasse clementiam extorqueat, semetipsum, ne contemplari quidem audeat. Rursus teterrimos hominis hostes dæmones misericor-*

A dia debellat, idem Chrysoftomus Homil. in Psal. 40. Facit, inquit, Deus ut misericors beatus dicatur ab omnibus, accipiunt elemosynam, & præterea ab omnibus, qui norunt, quæ, & quanta bona in futuro excipiunt misericordem. (quonam modo illi honorem conciliat) subdit. *Vnde nec ipsum tradit in manus inimicorum dæmonum. Quemadmodum enim oleum efficit ut athleta eleuentur e manibus aduersariorum, ita etiam elemosyna facit, ut, qui ea virtutur, declinent, ac fugiant dæmones. Hæc ille libræ committens illa verba præscripti psalmi. Beatus vir, qui intelligit super egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Dominus conseruet eum, & viuificet eum. & non tradat eum in manum inimicorum eius.* Alibi etiam idem Chrysoftomus misericordiam cum oleo conferens vim eius aduersus dæmones iucundè admodum exponit. *Non est, inquit, nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus mundi principes & potestates tenebrarum harum. Ideo aduersus tenebr. lucis arma suscipere iubet Paulus. Abyciamus opera tenebrarum & induemur arma lucis: Hanc ergo lincem ne deficiat, continua olei instillatio nutriat, misericordiam adhibeamus: hæc enim nos contra validissimos hostes omni nos armorum genere instruit. Denique ne quid à misericordia, & elemosyna inuictum sit, nobilior illius victoria illa censeri debet, quæ Deum ipsum vincit. Quid certius? si enim Deus elemosynas in pauperes collatas se accipere fatetur, dum manus ad accipiendum apertas offert, eas utique donanti vincendas dat, Nam qui accipit (iuxta commune proloquium) libertatem vendit.*

Huc extremæ sententiæ ad stipulatur vera, & germana istius loci expositio, quam iam offero. *Victoriam, & honorem acquirat qui dat munera, &c.* Hunc locum nec de his qui iudices collatis muneribus corrumpunt, edisserendum esse existimo, neque per munerum datores, ut verba sonant, eos accipiendos puto, qui in pauperes benefici sunt: sed ex prioribus ad posteriores comparisonem, duci; ita ut verba non quidem iuxta sonum, sed per comparisonem exponi debeant: Duplex autem similitudo, & comparatio inest huic loco, altera petitur à iudice, qui lites dirimit, altera à Principe, qui honores distribuit: itaque sensus est. Sicut hi qui munera in suos iudices collocant, in litibus, quas agunt victoriam eo auxilio patiunt, & quemadmodum illi, qui honores ambiunt, si Principes illos apud quos petunt muneribus identidem honestent, eo adlumento facile eorum gratiam, & petitos honores ineunt. Hoc verò non aliundè accidit, nisi quia is, qui dat, animam aufert accipientium. i. voluntatem, & benevolentiam ad se rapit. Non alia ratione his contingit à quibus effusas largitiones in pauperes proficiscuntur; illis enim cum Deo res est, à quo & tanquam iudice in salutis suæ causa sententiam accepturi, & tanquam à Principe æternæ beatitudinis honorem, gloriæque exoraturi sunt. Quapropter si illum collatis elemosynis sibi obstrinxerint, & victoriam in præmissa lite, & honorem in sua illa petitione certissimè obtinebunt. Quia ille, qui in Deum ea ratione munera confert, illius benevolentiam melius, ac tutius promeretur, quam is qui de iudice, aut Principe bene meretur. Haud verò similitudinem ab eo, qui iudicem aut Principem muneribus sibi deuincit, ad misericordes translata alibi dedimus: vbi obseruauimus ipsos etiã pauperes, qui stipem accipiunt iudicum, ac Principum nomine censeri posse, apud illosque ius in causis diuitum decernendi esse, & ad ipsos etiam gloriæ distributionem spectare.

X. *Eijce derisorem, & exhibit cum eo iurgium, cessabuntque causa, & contumelia.*

56

EIJCE derisorem, &c. Heb. *Cessabit iudicium & contumelia.* Chal. *Eijce derisorem & expelle contentiosum, &c.* Sumpsit quippe contentione pro contentioso, iuxta phrasim Heb. familiarem. lxx. *Eijce pestilen. lentem è confessu, & exhibit simul cum illo iurgium: nam cum sederit in confessu omnes inhonorat.* Aquil. Symmach. & Theod. habent *derisorem* vt nostra. Subest autem hic vox illa *לִּשְׁתִּים*, de cuius vi ac significatione sæpè altàs diximus.

57

Per derisorem hinc, vt in quibusdam aliis locis animaduerti, non is solum, qui ludibriis, sannis & cõuitiis alios petit, sed in vniuersum omnis detractor, conuicator aut sursurro accipiendus est, hi enim sunt, qui in societates & Reipublicas iurgia, & discordias immittunt. Ait ergo Salomon, *eijce derisorem*: aliqui existimant sermonem ad Principem haberi, ad quem pertinet summa Reipublicæ, atque adeo hoc Salomonem illi persuasum velle, vt eiusmodi hominem è viujs eijciat, ac de medio tollat, ne scilicet alijs regionibus succedens eandem similiter exturbet n. displicet; Ita. n. suadet Plato, fures, & sursurrones, in quibus spes respicientiæ nulla superest, non in exilium mittendos, sed capite potius damnandos, ne mores suos in alias ciuitates transferant, sic ille decernit in dialogo 25. de Repub. Alij verò verbum illud *eijce*, exponunt quidem vt sonat, id est, arce, aut expelle è societate, è confessu, è Repub. Apte verò dicit *eijce derisorem*, non derisores, quia si vel vnus sit à Repub. actutum propellendus est, nam vnicus tantum sursurro & conuicator totã Reipub. harmoniã soluit. Est quippe ciuitatis, & Reipublicæ concordia similis ei, quæ aut in fidium neruorumque consonantia intercedit; sicut enim in his vnus vocis absurditas reliquarum concentum dissoluit, & vnus nerui absonus stridor reliquarum harmoniam in dissonantiam conuertit, sic etiam vnus sursurronis incõdita vox totam Reipub. concordiam distrahere, & omnia iurgis, & contentionibus replere solet. Rursus quemadmodum in corpore, cuius sanitas in humorum temperantia & concordia posita est, si vel vnus tantum humor ad intemperiem transeat, soluitur valetudo: ita in Reipublicæ vnus corpore contingit, sæpè enim per vnus hominis intemperantiam, excessusque in magno reliquorum consensu & conspiratione tota distrahitur, corrumpiturque concordia, atque adeo salus Reipublicæ periclitatur. Quid inde? *eijce derisorem, & eo sublato redibit pax & concordia.*

58

Obserua sententiæ istius vim, cum chorus utique, aut lyra auditur. ob vnus vocis, aut nerui in conditè tinnientis absurditatem dissonam, vulgus certè qui musicæ artis ignarus est, in chorum aut lyram culpam conicit, & vtrumque dissonum esse decernit; at chori magister, au lyricen peritus, vocem illam aut neruum vnde dissonum ac dissonantia ad reliqua manat, facillè discernunt: atque adeo ille vocem absurdam, siquidem illam ad harmoniam cogere non possit, à choro arce, & hic similiter neruum stridentem si ad temperiem denique non veniat excindit. Non aliter sane in societatibus, aut rebus publicis contingit, vel vnus tantum discors & absurdus homo sit, tota societas aut Reipublica apud vulgus, vulgaresque homines dissona, absurditatisque plena videtur. At Princeps

A publicæ administrationis apprime callens vnus aliquem discernens, à quo tota illa absurditas in vniuersam communitatem, ac societatem redundat, eum quidem si minus ad harmoniam traducere potest, à reliquorum choro arce, populatque, sicque tota Reipublica concordia & concentui redditur. Hoc sibi vult Salomon cum Principem affatus ait. *Eijce derisorem, & exhibit in eo iurgium, cessabuntque causa, & contumelia.*

Interim autem Salomon quorundam Principum ac rectorum imperitiam taxat, qui vulgi opinionem sequentes cum ab vno aliquo perturbatore reliquorum pacem, & concordiam euertere vident, eo dimisso, qui absurditatem illam inuehit, ad totam communitatem perurgendam, nouisque legibus vincendam sese conuertunt. Qui certè similes sunt imperito lyricini, qui lyram manu tenens, in qua vnus tantum nerui stridor totam lædit violatque harmoniam, eo dimisso in alijs tendendis totus esset. Non ita, inquit Salomon, sed *eijce derisorem*, illum scilicet neruum dissonantem tantum excinde, & exhibit cum illo iurgium, hoc est dissidium, & contentio, *cessabunt causa*, id est lites, & *contumelia*, id est iniuriæ.

Et contumelia, interpretes vulgò eas contumelias de medio tollendas esse dicunt, quibus derisor ille iaciendis probris & conuictis gnarus alios asperit, ac denigrat. Non displicet, tamen aptior & ad reliquam expositionem concinnior est translatio lxx. qui planè hic per eam contumeliam, quæ cessaturam affirmat Salomon, eam intelligit, quæ vnus aliquis improbus magnum aliquem bonorum conuentum & societatem inurere solet, sic enim conuertunt. *Eijce pestilentem è confessu*, merito enim eo nomine appellat illum, qui sua improbitate aliorum mores inficit, & exhibit cum eo iurgium, (pende vim eius vocis, qua vsus est etiam noster Vulgatus, & exhibit cum eo. Significat enim eiusmodi hominem ad exeundum, excedendum que compelli oportere, vt cum ipso pariter iurgia exulent.) *Nam cum sederit in confessu omnes inhonorat*, id est, in magno alicuius Reip. confessu & concilio, quantumuis alij recti, iusti, aque integri sint, vnus tantum improbus reliquorum famam & bonum nomen denigrat.

XI. *Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum habebit amicum Regem.*

QUI diligit, &c. Heb. *Diligens cordis munditiam, gratia labiorum eius amicus ipsius Rex.* Pro munditia subest vox *תָּהָר* Tehar, ex radice Tahar, id est, purificauit, mundauit: itaque puritatem munditiamque sonat. Chal. *Diliget Deus mundum corde lxx. Diligit Deus sancta corda, & accepti sunt ei omnes immaculati.* Quædam autem verba, quæ noster Vulgatus huic versui annumerat, lxx. ad sequentem transferunt, vt postea videbimus. Simmachus *casta corda*. Aquil. & Theodotion, *munda*, vt nostra. Quidam etiam codices Græci habent, & *accepti sunt ei omnes immaculati in vis suis*, sed omnia hæc in idem recidunt.

Iansenius, Caietanus, Rodolphus, ac reliqui recentiores interpretes hoc præceptum Salomonis ad priuatos intendi affirmant, atque illis suaderi, vt per munditiam cordis, & labiorum gratiam, Regum, ac quorumlibet Principum beneuolentiam promereri curent. Itaque sic exponunt: *Qui*

diligit cordis munditiam, hoc est, qui animi sinceritatem, & doli expertem candorem amat *propter gratiam labiorum suorum* (Caietanus observat in primitiis desiderari particulam *propter*, atque adeo hanc clausulam cum superiori sic confluendam) qui nimirum animi sinceritatem & labiorum gratiam, hoc est, quandam cum animi illa sinceritate conformem veracitatem ab omni dolo, ac fraude remotam serio amplectitur, huic sane in amicitia Rex. Sed tamen observatio Caietani nihil ad sententiam eruendam præstat, nam etsi particula *propter* ab originibus absit, tamen ne sit fatua insulsaque translatio, *gratia labiorum* in auferendi casu debet poni, ut in fronte huius interpretationis præscripti, scilicet ad hunc modum, *Diligens cordis munditiam, gratia labiorum eius, amicus ipsius Rex*, sic verò restitutus locus iste in sensum Vulgatæ nostræ recidit. Sed tamen hæc à Caietani interpretatione non abludit; potest enim sic exponi. *Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum*, cum cordis videlicet sinceritate & munditia coherentem, Principis familiaritatem facillè inibit. At, inquit, Principis ingenium, ac mores ita ferunt, ut his familiaritatem suam, gratiamque libentiùs impendant, qui per assentationem aures ipsorum assidue fabulis complent; veritatis autem candor, ac sinceritas ipsis mirum in modum iniusta sunt. Non est igitur veritas sinceritasque ars accommodata ad Regum gratiam ineundam, non inficior.

Imo potius hæc ratio in aliam sententiam & expositionem inducit; existimo igitur versus istum superiori ne tendendum esse, atque adeo sermonem non ad privatos, sed ad Principem ipsum intendi: cum igitur Salomon Principem affatus ita in superiori versu præcipisset. *Eyce derisorem, & exibit cum eo iurgium*, &c. postquam illi iam demonstravit quem à sua gratia usuque longius removere ac propulsare operæ pretium erat scilicet *sufurronem, mendacem, convitiatorem*, &c. hæc enim omnia *derisori* subesse nuper diximus, iam nunc ad eum Principem verba faciens, eidem quasi digito destinat alium, cuius amicitia, & familiaritate ipsum uti oporteat quasi dicat, *Qui diligit cordis munditiam*, hic sane ob gratiam labiorum erit amicus Regis, erit, inquam i. esse debet, atque adeo si sapit hunc sibi familiariter adiungere omni studio Rex curabit. Ergo secundum hanc germanam expositionem verba expendamus singula.

Qui diligit cordis munditiam, sinceritatem, & candorem animi intelligo; sed illud observatione dignum est circa vocem *רמטתהר*, quæ in hoc loco reperitur, eam quidem, ut docent peritiores Hebræi, ex sua germana significatione ad metalla spectare, ut supra etiam nos animadvertimus ca. 15. vers. 26. nam Exodi 31. *candelabrum mundum dicitur*, nimirum ex auro mundo, & defæcato. Psal. 36. *Eloquia Domini eloquia casta*. Hebr. *munda*, subdit, *argentum igne examinatum*, &c. Quapropter ita quidem suspicor Salomonem ducta ab auro, & argento similitudine sinceritatem, & candorem animi, hic *munditiam* appellasse, nihil enim animis sinceris ac doli expertibus magis ad simile, quam aurum, argentumve, quod nulla deterioris metalli permixtio adulterat: quemadmodum è contra callidum, versutumque hominis ingenium, aurum, argentumve obærarum, & adulterinum, aut æs, ferrumque argento, vel auro ad speciem infectum, elegantissimè significat, & quidè si de amicitia agatur, & de amicis dignoscendis, hoc enim est huius loci præcipua thesis. Clemens quidem A. Alexand. l. 6.

A Stromatum postquam dixit subdolos, & astutos, amicos cum primis vitandos esse, Græcos versus ex Theognide producit, qui ad verbum restituti sic habent.

*Argentum reprobum atque aurum falsaque moneta
Non egre sapiens vir reperire queat.
Mentem autem chari num pectore fallat amici
Callidus atque intrin corda dolosa tegat.
Quæ non à superis res est magis reprobata, nosse
Inter res omnes est magis difficile.*

Deinde verò ex Euripide sic transcribit.

*O Iupiter, qui adulterinum quod fiat,
Aurum dedisti signa inter homines;
Sed quo queat signo socius cognoscitur
Est insitus nullus character corpori.*

Hæc ille. Cæterum si rem penitiùs inspectemus, auri adulterini fallacisque amici haud dissimilis cognitio. Auri enim adulterinum ignis deprehendit, amici verò animum dolosum aduersitas coarguit. *Sicut aurum igni* (verba sunt Tullij sic benevolentia amici fidelis periculo aliquo perfici solet, Subest etiam illud Menandri apud Stobæum. *Quemadmodum aurum igne probatur, sic amici benevolentia in rebus aduersis*. Rursus de monetarum integritate, & solido pondere sonus tinnitusque decernit, amicos autem tanquam nummos, aut monetas explorandas docuit Plutarchus in Moral. *Ut nummum exploras, num sit adulterinus, prius quam eo su opus*: sic amicus ante usum probandus est. Quemadmodum autem nihil est quod facilius de nummorum sinceritate, ac pondere iudicet, quam tinnitus: ita etiam nulla est significatio aptior ex qua amicum, eiusque animum percillere liceat, quam eiusdem verba ac sermo, in quem utique illa Nazian. verba cadere oportet, quibus ipse numeris omnibus absolutum Prælatum describit. *Quippe cui primum illud curandum erit ut argenti atque auri ad instar omni ex parte versatus, atque in omnibus temporibus, ac rebus nusquam adulterinum aut subæratum quiddam tinniat. Nihilque deterioris materie, flammæque acriori dignum in seipso gestet rem.*

Ergo ad rem nostram; eodè profecto argumento atque signo ad dignoscendum illum, quo familiariter uti oportebit, suorum munditiam, ac fidè à Rege explorari debere Salomon docet in hoc versu, videlicet sono, ac tinnitu, verbis nimirum ac sermonibus, ait enim. *Qui diligit cordis munditiam*, &c. Ille scilicet, qui quamdam auri ad instar defæcatissimi, puritatem animo gerit, & eandem qualicumque ratione versatus tinnitu ipso, id est, verbo, ac sermone renunciat, is utique *propter gratiam labiorum suorum dignus est*, ut illum sibi Princeps adiungat, & in amicum, familiaremque adhibeat. Et quidem idem mihi in Regalibus amicis ac familiaribus, atque in nummis aureis contemplari videor; in nummis enim character ac imago Regis imprimitur, ex Baldi sententia, ut nimirum testis sit illos iusto pondere, ac vera auri argenteve massa constare, vnde si aliquis in nummo pondo suo minimè constante, aut ex adulterino auro confato Regis imaginem percutiat, merito is violatæ maiestatis reus peragitur, quia Regiam imaginem, quam non nisi verissima, & constantissima testari oportebat, falsæ cuidam attestati in decore admodum accommodat. Puta igitur, illos, quibus Princeps utitur nummos esse Regis similitudinem imaginemque in seipsis expressam gerentes;

nam cum amicitia omnis, iuxta Philosophum, familiaris, aut similes inueniat, aut faciat, quemcumque Rex sibi copulat in eodem præclaram sui similitudinem imaginemque agnoscat necesse est. Atqui indecorum est Regis imaginem in adulterino falsoque nummo deformatam publicè circumferri. Magis ergo indecorum, & Regia maiestate indignum censeatur debet (liceat sic dicere) in adulterino, & obætrato amico suam similitudinem imaginemque dispici, quam non nisi in excellentissimis ac præstantissimis viris velut in auro, sordibus ad purum excoctis, mundissimo, imprimi ac formari oportebat; sicut. n. imago Regis nummum verum esse testatur, sic etiam Regis gratia viri præstantiam testimonio suo commendat, quam mentiri, & falsum attestari turpissimum est, sed redeat clausula illa.

65.

Propter gratiam labiorum, nomē illud gratiam, aliquid ad leporem salemque dicendi, quibus Reges mirum in modum deliniri solent, pertinere dicunt, sed non audiendi, hæc enim ad scurras amandanda sunt. Alii ad veritatem seu veracitatem referunt, quæ nimirum sinceritati animi respondet, quam præscripta mundities notat. His assentior, sed tamen ulterius addo labiorum gratiam, hæc verba notare ad gratiam conciliandam, & ad considerandos animos apta, sicut enim in superiori versu, derisor, & susurrro propterea eijciendus, & propulsandus dicitur, quia iurgia, & contentiones suis sermonibus mouet, ita etiam sincerum istum, & candidum veritatis, & concordiam amatorem à Rege propterea impensius admandum esse docet Salomon, quia pacis studiosus est, & verba illius ad gratiam, concordiamque stabilendam pertinent.

66.

Erit amicus Regis, ideo sanè Rex veraces, & pacis fœderumque studiosos amicos præferre debet, quia ut ipse veritatem semper in ore habeat, atque adeo nummus ipse sit verus tinnit, id est, sermone suo vera & minimè commentitia vbique sonans, similes utique amicos sibi aggregare & adiungere debet. Audi de Regis veritate disceptantem Angelicum Thomam in lib. de eruditione Principis cap. 7. *Quæ est differentia inter denarium bonum, & falsum, hæc sane intercedit inter Principem veracem, & mendacem. Vtilis est denarius falsus respectu boni, centum enim falsi non valent unum bonum: sic Princeps mendax parui valoris est: cum princeps ergo nolit unum de denariis suis falsum esse, quoniam modo se velit esse falsum, & mendacem? videtur utique se habere viliorē denario uno. Cum Princeps monet & falsarios grauitèr puniat, quid faciet Princeps summus de illis Principibus, qui se ipsos falsificant? Qui enim debent in se habere Dei imaginem, id est, veritatem, destructa ea habent falsitatem, & mendacitatem, de qua dicit Saluator Ioan. 8. Dum loquitur mendacium ex propriis loquitur, quia mendax est & pater eius. Aliquando autem auditurus est Princeps mendax, cuius est hæc imago? & cum responsum fuerit, diaboli, dicitur. Reddite ergo quæ sunt diaboli, diabolo, & cum diabolo mittetur in ignem æternum. Hæc ille. Cū ergo tantū in generoso Principe veritatis studium vigere oporteat, facile inducitur illum veracibus etiam amicis, & familiaribus uti oportere; nam cum per suos familiares sæpius ipse ad plebem agat, eorum utique falsitas, fraus, dolusque in ipsum Principem redundat.*

67.

Denique obseruare libet Salomonem fortasse hic, cum ait. *Erit amicus Regis*, per amicum Regis non quemlibet in vniuersum notasse ad Regis gratiam & familiaritatem admissum, sed specialem

A aliquem aula Regiæ procerem, qui eo nomine velut ex officio gaudebat. Hoc munere insignis fuit Chusai Arachites apud David Regem, 2. Regum 15. *Veniente ergo Chusai amico David.* Et cap. 16. *Cum autē venisset Chusai Arachites amicus David.* Et 1. Paralipomen. 27. expressius id habetur. *Architophel etiam consiliarius Regis, & Chusai Arachites amicus Regis.* Alius etiam Salomoni amicus datur 3. Regum. *Zabud filius Nathan Sacerdos amicus Regis.* De hoc munere multa eruditè contulit in suum salomonem libro quinto capite nono Pineda noster, qui in eo enucleando adeo diligenter versatus est, ut lectorem ad eum mittere satius duxerim quàm transcribere. Ibi enim legas hunc sacerdotem etiam appellari, siue quia cum Reges sint Dei simulacra & effigies, æquum est, ut is, qui illis proximè hæret sacerdotis nomen ferat, nam per illum ad Regem aditus patet, deferuntur mandata, preces exhibentur, & beneficia demum à Principe exorantur, quæ sacerdotis quædam munia sunt: siue etiam quod ad ipsum de sacrificiis pro salute, & incolumitate Regis persoluendis pertineret. Apud eundem etiam legere licebit hunc Regis amicum *munerum aut largitionum Principem*, necnon, *quietis, aut recreationis magistrum* dici, eorumque nominum vim & potestatem, aliaque plura ad id spectantia ex eodem addiscere licebit. Non igitur absurdum erit hæc Salomonis verba ex hoc etiam officio, ac munere æstimare, ita ut sensus sit, *Qui diligit cordis munditiam*, &c. id est si quis est sincero vir animo, verax pacis, & concordiam studiosus, hunc certè, aliis posthabitis, sibi Rex in amicum adlegere debet, is enim per omnia aptus est, ut eius muneris functiones obeat. Itaque sicut illum alium derisorem quàm longissimè atendum esse in superiori versu dixerat, ita etiam hunc veracem & placidum hominem quàm proximè, sibi adiungendum, copulandumque docet hic Salomon. Hæc de littera.

2. Reg. 15.
& 16.
1. Paral.
27.
3. Reg.

Alii in quibus est Beda, Hugo, Dionysius, & eiusdem classis non pauci, locum istum de pudicitia, & castitate interpretantur, ad quos etiam referendi sunt illi, qui hæc verba Ioanni Evangelistæ attribuunt, asserentes illum specialis pudicitiae merito id obtinuisse ut in Christi amicitiam sese suauis insinuaret, in quibus est D. Thom. in Ioan. Petrus Damianus in sermone de eodem Evangelistæ, & alii passim. Fauet huic expositioni translatio lxx. quæ sic habet. *Diligit Deus sancta, vel casta corda, & accepti sunt ei omnes immaculati.* Itaque Vulgata lectio ad hanc sententiam traducta sic edisserenda est. *Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum, &c.* id est, qui corde animoque purus, & illibatus est, hic certè ob pudicitiae meritum id assequitur, ut cum Deo colloqui, & eius familiaritate uti possit.

68.

Sed expendamus singula. *Qui diligit cordis munditiam*, potest etiam ad hunc sensum allici metaphora illa à metallis ascita. Sic enim habes apud David Psal. 25. *Proba me Domine & tenta me, ure renes meos, & cor meum.* Quæ verba ad castimoniam probationem referunt Augustinus, Beda & alij: metaphora autem ab excoquendis conflandisque metallis desumpta est: quasi dicat, Excoque ad purum omnes corporis, & animi mei faeces ac lordes. At quo igne hæc corporis animique conflatio perficitur apud Nazian. in poemate hanc purgationem vis ignea tentationum absoluit, nam in poemate de laude virginitatis sic cecinit.

69.

Psal. 25.

Nazian.

Pra

*Præ reliquis adamat qui virginitatis alumnos
Hic licet ob cunitos natus, crucisque dolores
Pertulerit: Qui me licet aspera duraque mittat,
Explet lætitia purum magis atque probando
Efficat, atque instar vitæ sordibus auri,
Ignea quo d' fornax purgat, reddit que nitore,
Emundat, &c.*

Aug. Rursus Diuus Augustinus de virginitate, Spiritui sancto tanquam igni purgationem illam tribuit, & infra eandem auro, & charitati adscribit, quæ animum inflammans eundem ab omni turpitudinis fæce per purgat. Virginitas enim charitatem accendit, charitas autem ad eum modum accensa, & ignita, ipsammet virginitatem puriorem, ac splendidiorē reddit. Quomodo autem charitas ex virginitatis obseruantia crescat aptissima quadam similitudine explicat Nazian. in eodem poemate.

*Quin etiam latomi solertes quisque fabrilem
In lignis artem exercent, cum linea recta
Queritur, exactaque operâ captatur amussis.
Ex oculis unum claudunt, & lumine toto
In alium fuso visus acieque coacta
Recte sequente tenent duro vestigia ferro.
Sic collectum amor proprius coniungit amantum
Pectora casta Deo, cupientem qui cupit, atque
Cernentem cernit, &c.*

Gregor. Hac nimirum similitudine vsus est Gregor. vt, illam animi partitionem, diuisionemque excluderet, de qua Paulus nuptias virginitati postponens, qui autem cum vxore est, sollicitus est que sunt mundi quomodo placeat vxori, & diuisus est. Eandem vero (liceat sic dicere) indiuisiōem animi & cordis, per quam virgo tota per charitatē Deo adheret, purissime auri similitudine adumbravit idem Gregorius Nazianzenus paucis interiectis ad hunc modum.

*Inuenies vitam thalami consorte carentem
Totam caelestis vice muneris esse parenti
Appensam sacramque electis, aurumque nitore
Vincens puro.*

Comparat ibi Gregorius virginitatem cum matrimonio, illamque propterea præfert, quia tota Deo addicta & consecrata est, totumque amorem suum in Deum cogit: id autem auri ad purum ex similitudine declarat; nam in coniugatis (liceat sic fari) est metallorum mixtio, vulgo *liga*, aureisque mētibus hærent plumbæ sæcularium curarum sordes ac fæces. At virgines aureas mentes gerunt purgatis sordibus defæcatas, sic enim de his noua similitudine statim atexit,

*Non velut amphibius mos est, non mollibus vndis
Degentem, atque etiam in terra noctuque diuq;
Ardua, sed penitus mittentem ad s'dora mente,
&c.*

Lege ibi plura. Redeo ad Salomon. *Qui diligit cordis munditiam, &c.* i. qui purum illibatūque pudorem adamat, purum, inquam, hoc est auri ad instar excoctis sordibus defæcatum, hunc sanè Rex maxima beneuolentia complectitur, nā cum is suum amorem non effundat in plura, sed in vnum Deum colligat, cogatque, Deus vtique vices reddit, atque illum impense diligit, adeo vt optimè in illum quadrent præscripta verba, *habebit amicum Regem*. Possē quidem hîc plura de hoc Dei amore erga virgines subscribere, sed ne commentarius ultra modum excreseat, sciens prudensque omitto.

**XII. Oculi Domini custodiunt scientiam
& supplantantur verba iniqui**

Oculi Domini, &c. Hebr. *Peruertet verba prauaricat.* Chald. *Et protrudit verba pradonum.* lxx. extremam superioris versus partem ab eodem excidunt, & huic affigunt hoc modo. *Labiis pacis Rex, oculi autem Domini conseruant sensum, vilipendit autem verba iniqui.* Qui attentè legerit Primitiua facile assequitur vnde nata sit tā dissimilis translatio, & quidem hanc peperit *רעך רעך* Reghehu, quæ fluit ex themate *רעך*, id est, *paucis*. Cum ergo vocem illam ad hanc significationem referret lxx. exinde fluxit eorum lectio, *Labus pacis Rex*. Denique verbum *רעך* salaph, quod extremo loco adscribitur, significat supplantare, pervertere, vilipendere, nimirum ex contemptu & despicientia calcare, & proterere. Hinc reliqua lectionum varietas.

Non vna interpretum sententia de huius loci germano intellectu, percurram ocys. Prima est. Bede, Hugonis, & quorundam aliorum, qui volunt hîc à Salomone dicitur obseruari, quod inter bonos, malosque doctores versatur, hoc modo, *Oculi Domini custodiunt scientiam, & supplantantur verba iniqui.* Deus est sublimi omnia videns, & contemplans, Catholicorum doctorum vera dogmata, doctrinamque incorruptam adseruat, & ad posteritatem transmittit. Attamen Hæreticorum, & aliorum impia dogmata, falsasque doctrinas ocys euertit, *Supplantatur, inquit, verba iniqui*, ne videlicet ad posteros excurrant. Habet vtique nervos suos omnis doctrina & oratio, quibus nixa mouetur: eo enim nomine rationum momenta, quibus doctor suis dogmatibus fidem comparat, appellanda esse docet Quintil. in Proem. lib. i. *Astringit, inquit, membra suis nervis debent.* i. orationis partes rationum robore confirmantur sunt, id igitur minatur Salom. *supplantantur verba iniqui*, nimirum incisis rationum nervis, quibus olim fultæ stabant, doctrinæ impiorum prostermentur, & cadent, ne vterius ad posteros percurrant.

Secunda expositio tradit verbum illud, *custodiunt*, non quod adseruant muniant ve, sed potius obseruant, & explorant, atque inde talem sensum eliciunt, *Oculi Domini custodiunt scientiam.* i. Dei prouidens inspectio & cognitio, omnem hominū scientiam, hoc est consilia, & rationes attentissime intuetur, easque omni ex parte obit, atque explorat. Qui inde *supplantantur verba iniqui*, id est, cum Deus cogitationes eorum videns, sensus quoque verborum optimè calleat, facili negotio eadem euertit, & in ruinam impellit. Hanc expositionem videtur sequi Iansenius, sed mihi parum idonea videtur.

Mihi verò perplacet quarta expositio, quam leniter insinuat Caietanus. Et quidem consilium Rodol. probo, qui versus hunc cū duobus superioribus aliqua ratione cohæere dicit, sed cohærentiam, nodumque aliter pango, *Oculi Domini custodiunt scientiam, &c.* Hæc vtique sententia aduersus mendaces illusores promittitur à Salomone ad hunc modum, Deus quidem omnia intuetur, nihil n. est quod ipsius perspicacissimam aciem fugiat; atque adeo ipse rerū omnium testis ocu-

latus est: id sibi volunt illa verba, *Oculis Domini* A
custodiunt scientiam. i. certissimam intuitiuamque
 rei cuiuslibet notitiam apud se asseruant, & *sup-*
plantatur verba iniqui. In Primitiuis hæc oratio
 est actiua hoc modo, & *supplantat*, vel, *peruertit*
verba iniqui. Nimirum ipse Deus qui oculatus
 rei testis est, *verba*, hoc est mendacia, & dolos im-
 probi impostoris coarguit; eiusque falsitatem pa-
 lam euincit. Significat utique Salomon etiam tunc
 cum quis confidentissimè mentitur, quia rem
 prorsus latere existimat, haud tutū esse, qui Deum
 spectatorem habuit; qui rei cognitionem noti-
 tiamque apud se retinens, eam tunc, cum voluit,
 conuicta ipsius falsitate aperire, & in vulgus spar-
 gere poterit. Quæ sanè est perelegans, Deoque B
 digna sententia.

De lectione autem lxx. aliud iudicium est, &
 quidem difficile; eam verò sic expono *Labijs pas-*
cit Rex, oculi autè Domini conseruant sensum, vili-
pendit autè verba iniquus. Illud ergo *pascit*, non
 ita accipiendū est quasi *nutrit*, *aliturque*, sed latiori
 significatione. i. regit. gubernat. Itaq; sensus est,
 Rex labijs suis, hoc est, legibus ore tuo prolatis
 subditos regit, & coërcet, quibus ipsi subditi ob-
 temperare debent *propter conscientiam*. ut ait Pau-
 lus, quia nimirum istiusmodi leges à Principibus
 latae conscientiam obstringunt Subdit, *oculi Do-*
mini conseruant sensum. Quemnam sensum? non
 alium sanè nisi legum ac præceptorum, quasi di-
 cat. Dei oculi, qui ad humanas actiones semper
 intenti sunt, latae legis sensum perspicacissimè vi-
 dent, atque adeo quidquid contra illam commit-
 titur attentissimè adnotant, ut transgressionis re-
 os seuerissimè puniant. Et cum hoc ita sit, *Vili-*
pendit tamen verba iniquus. i. cum tamè seuerà sit
 Dei obseruatio, nihilominus tamen iniquus ver-
 ba Regis. i. legem ab eo pronunciatam, & concla-
 mata, & mirabili quadam despicientia & contè-
 ptu transgreditur. Hanc esse difficilem verborum
 sententiam reor, quæ à Vulgatæ lectionis sensu
 non longè abit: promittitur enim contra eos (ni
 fallor) qui Regum, superiorumque leges, & præ-
 cepta tunc confidenter transgrediuntur cum se-
 creto & absque teste licet: quibus id notum Sa-
 lomō facit, Dei oculos in ipsos, eorumque actio-
 nes semper intendi, & latae legis sensum optimè
 percillere, vnde in reos discernere, & eorum sce-
 lera suppliciiis coërcere possit.

XIII. *Dicit piger, leo est foris: in medio pla-*
tearum occidendus sum.

Dicit piger, &c. Hebr. *Dicit piger, leo in vi-*
co (sic aliqui legunt, sed non audiendi)
in medio platearum occidar.) Chald. *In me-*
dio viarum occidar. lxx. *Excusationem affert,*
& dicit piger, leo in viis, & in plateis scariis.
 Aquil. Symm. & Theod. *Occidar.* sicut no-
 stra.

Sententia huius loci contra pigros socordes-
 que intenditur, qui ut suæ inertiae excusationem
 aliquam obtendant, metum causant; ac ne leui-
 ores ob causas metuisse putentur, incommoda ip-
 sa, & pericula mirum in modum exaggerant. Sed
 tamè ipsorum verborū lepores adnotemus. *Dicit*
piger, leo est foris. Imprimis non aliam aliquā mi-
 tiorem feram, sed leonem omnium animantium
 truculentissimum obijcit; hoc enim viri ignaui

ingenium, ut nunquam leuiore aliquas difficul-
 tates vereri, aut cauere soleat, sed graues admo-
 dum, insuperabileque molestias sibi fingat, &
 leuissima quæque mala in immensum adaugeat,
 & ut dici solet, ex formica leonem, & ex culice
 elephantem faciat. Sic lusi in meticulosum ho-
 minem Valla, *Hic*, inquit, *primus Myrmicaliones* Valla.
inuenuit (Est autem Myrmicalio quasi formicaleo.
 Itaque conuictij lepos sic habet, hic primus extitit,
 qui ex metu formicaleones composuit quan-
 do ipsi per exigua formicæ leones truculentissimi
 viæ sunt.

Leo est foris. Leonem etiam alia de causa sciens
 prudensque hic Salomon posuit, quia, ut auctor
 est Magnus Albertus, inter leonem, ac canem
 hoc interest, quod canis ira percitus sedentibus
 parcat, leo contra recta via pergentes, aut etiam
 in fugam actos, aut sup. plices, prostratosque di-
 mittit, sedentes inuadit, qui putat ad generosos
 huius animantis mores id spectare, eos enim
 quos sibi concedere videt, nec contra stare, sed
 eius metu periculosos cadere, aut fugere, nequa-
 quam sequitur. Ea est enim ingenta huic ani-
 manti gloria, à cunctis metu velle; Contra verò
 in sedentes qui nullam metus, aut etiam subie-
 ctionis, demissionisque significationem præbent,
 superbe admodum incurrit. Ergo salomon aptè
 admodum pigros ex socordia sedentes vel seden-
 tariam otiosamque vitam agentes, leonis metu
 percussos fingit, *Dicit piger, leo est foris.* Et sanè
 necio qua ratione difficultates, incommoda, &
 labores ambulantes, strenuos, scilicet, actuosos-
 que viros non attingunt, sedentes verò, & otio-
 sos saeuissimè perurgent, vexantque.

Leo, inquam, est foris. Dubium hic versat Ro-
 dolphus, an vox *foris*, perinde sit atque extra vr-
 bem, an potius foris id sibi velit, quod extra do-
 mum: ipse verò ita decernit, maiorem sententiæ
 leporem comparati, si foris idem sit quod extra
 domum, quia tunc sensus erit, tantam esse eius
 socordiam, ut non modo in plateas, & frequen-
 tissima loca succedere non audeat, sed ne ab ædi-
 bus quidem ipsis pedem efferre, quasi dicat, *Leo*
est foris, id est, in ipso limine, atque adeo non li-
 cet sine discrimine illud transilire. Non displicet
 D Rodolphi consilium. Tamen parum aptè, &
 contra rerum vsum, leo fingitur intra urbem in
 limine ipso prædam sperantem. Quamuis non
 ignorem id ab Aristotele memoriæ proditum; &
 scriptis consignatum de historia animalium lib. *Aristot.*
 9. cap. 44. leones fame incitatos nonnunquam
 vrbes ingredi. *Adeunt*, inquit, *vrbes & iniuriam*
hominibus inferunt. potissimū tempore sua senectu-
tis. tunc enim per corporis imbecillitatem & virium
defectionē venari nequeunt. Accedit etiam Plinius
 lib. 8. cap. 16. qui ex Polybio aliquid ad simile
 scribit. *Polybius*, inquit, *Amiliani comes in sen-*
ctā hominem appeti à leonibus refert, quoniam ad
persequēdas feras, vires non superant. Sed licet hæc
 vera sint, vana tamen, & à frequenti vsum aliena.
 Quapropter fatius est dicere illud, foris, perinde
 esse atque extra urbem, ibi enim appositè ad rei
 naturam vsumque leonis occursum fingitur. Sic
 enim, me iudice, sensus euadit luculentior. Nam
 duæ omnino sunt artes, quibus homines victum
 sibi parare solent, agricultura aut negotiatio,
 hæc in foro & plateis, illa ruri geritur. Ergo Sa-
 lomō ut significaret virum istum socordem ab
 vtraque excusari, sic aptissimè scribit, *Dicit piger,*
leo est foris. Si nimirum illum ad agros colendos
 incitare velis, tunc quidem obijcit leonem in

agris bacchari, & obuios quosque appetere. lxx. A
valdè appositè ad leonis mores habent. *Leo est in viis.* Ita enim passim historiae naturalis autores docent, leones cum fame incitantur, vias obsidere, & viatores inopinantes inuadere solitos. Subdit. *In medio platearum occidendus sum.* Si nimirum eidem negociationem suades, causatur etiam in foro, vbi negociatio peragitur, frequentes admodum contentiones, & rixas excitari: atque adeo de vita sua actum putat, lxx. habent, & in plateis sicarij. Chald. *Homicida*; Eodem sensu.

77

Hæc omnia eruditè admodum at falsè à temporalibus ad spiritualia traducit Beda, cuius verba liber hic adscribere. *Dicit sepe in animo suo is, qui ad agenda bona opera piger est, & ad confitendum fidem, quam corde tenet timidus. Non audeo fidem, quam noui, foras profiteri, ne me persecutor impius, quia fidelem odit, perimat. Timeo ad exercendas virtutum actiones in publicum progredi, ne forte me vel antiqua hostis aduersitas grauior teneat, vel etiam homo quilibet peruersus derideat, conuictis confundat, iniuriis afficiat, aut sicut multos iustorum, qui ab eius vita discordant, tormentis ac morte consumat. Leo, inquit, est foris, in medio platearum occidendus sum. Quod est aperte dicere, & verba, & opera virtutum vbi ostendi foris coperint, statim persequuntur vel hominum, vel spirituum immundorum insurgit, nec valeo tentationibus obistere, sed in ipsis boni propositi vincor inceptis.* Hæc ille, qui per leonem diabolum, per sicarios aut homicidas homines videtur accipere; hominis autem pigri ingenium esse dicit nihil boni sua sponte aggredi, quia vel diaboli incurfus veretur, qui aduersus magna conantes vehementiores sunt, aut hominum insidias, qui viros ad virtutem adspirantes, ardentius insectari solent. Potest etiam hæc diaboli hominumque distributio ad quosdam socordissimos Religiosos accommodari, qui nec vitam contemplatiuam, nec actiuam amplecti audent, nam contemplatiua ad solitudinem spectat, actiua verò ad plateas, ad turbas, & frequentiam pertinet. Quapropter eorum excusationes sic habent. *Dicit piger, leo est foris.* Si nimirum eiusmodi inertissimum hominem ad contemplationem excites, atque adeo illum foras extra urbem fieri, hominumque frequentiam vitare iubeas, tunc quidem leonem. i. diabolum sibi affuturum dicit, qui contemplatores suis insidiis passim seducere, ac etiam laniare, & deuorare solet; Sin verò eundem ad vitæ actiuae negotia adhortari contendas, vt nimirum in plateas, foraque, & quocunque frequentissimi homines commeant ad animas Deo lucrandas, pertransseat, tunc quidem occurrit sic, *in medio platearum occidendus sum*, inter eiusmodi negotia hominibus ipsis ad ruinam impellentibus cadam, & eorundem manibus immoriar. Eadem fermè verba occurrunt infra cap. 26. ver. 23. *Dicit piger, leo est in via, & leona in itineribus*, ibi etiam aliquid ad hanc sententiam illustrandam subijciemus.

XIV. *Fouea profunda os aliena, cui iratus est Dominus, incidet in eam.*

Fouea profunda, &c. Hebr. *Fouea profunda os alienarum*; sed numerus multitudinis accipitur pro singulari, iuxta solemnem scripturae phrasim. Chaldaeus similiter habet, *os extranearum*, LXX. sexum euariant, sic enim legunt, *fouea profunda os iniqui, qui autem odio habetur a Deo, incidit in illam.* Addunt præterea quædam verba, quæ & ab originibus, & à vulgatis codicibus omninò absunt, hæc scilicet. *Sunt viae mala cora viro, & non diligit reuereri ab eis, auertere autè se oportet à via perversa. & mala.* Hæc sanè verba à Cōplutenfi, & Regio codice expuncta, sed in correctionibus Vaticanis adscripta sunt, & istius versus Scholia obseruant in quibusdam perantiquis exemplaribus alia etiam verba subnecti hoc tenore. Sunt. *viae per quas non est ambulandum viro, impius autem vias mortis, & perditionis diligit.*

78

Inter autores dissidium leue est, an per os alienæ mulieris oscula impudica, an ipsius colloquia accipi debeant? vtramque expositionem cōplexus est Beda, cuius commentarius totam loci vim exhaurit. *Fouea profunda os aliena, &c. Qui enim verba vel oscula meretricis libenter amplectitur, quasi ianua iam gehennalis pulsat abyssis, citòq; mergitur, si pedem cautus non retrahit, si non mēbra reliqua à vicinia cohibet fouea pœnalis, in qua nullus omnino nisi filius iræ illabitur.* Sed pendamus singula. *Fouea profunda*, infra etiam cap. 23. ver. 27. *Fouea profunda est meretrix, & puteus angustus aliena.* Itaque quod ibi de ipsa meretrice, hic de ipsius tantum ore enunciat; sic tamen accipiendum est vt ipsa quidem sit fouea, puteusve, os autem illius sit os foueæ. Quapropter quæ admodum qui in foueam profundam illabi non vult, procul ab illius ore recedit; ita etiam qui in meretricem velut in imam foueam nunquam relabi, ac demergi cupit, is vtique ab illius ore, hoc est à colloquiis, & sermonibus quàm longissimè se ipsū arcere debet. Eum. n. qui ad os meretricis proximè accedit, haud dissimilè esse dixerim illi incauto philosopho, qui cum Æthnæ montis profundissimum hiatus, ignem, fumosque assiduo exhalantem explorare vellet, ad os vel oram altissimi specus propius accedere non veritus ab expiratis vaporibus tentato capite oculisque perstrictis in antrum delapsus, atque internis illis ignibus in pabulum datus est. Huic inquam haud dissimilis est præceps ille atque inconsultus vir, qui ad os meretricis, id est, ad colloquia illius, sermonesq; captandos improuidus venit, nam ab illius ore spirati fumi, & vapores robustissima capita tentare, & perspicacissimos oculos hebetare, ac demum in amoris impudici igne casu miserabili pertrahere cōsueuerunt. Et quidē meretricum, aliarumque fœminarū ora ab illis Æthnæ, Vesuij, aut aliorum montium profundissimis caernis (vulgo *volcanes*) nihil dissident, nam sicut istius modi specus ignem sulfureum assiduo eructant atque euomunt, sic etiam illarum ora turpem amorem omni sulphure ardentiorē assiduo exhalant. Quod si aliqua fœmina verba nō nunquam sua temperat, atque adeo ignem illum ore suo non iaculatur, hæc quidem induciæ tantum sunt. His enim idipsum euenire dixerim

79

Beda.

Nazian.

quod de Æthna scripsit Nazianzen. contra Iulianum orat. 8. quem montem non semper ignem ab horrendo illo ore emittere dicit, sed per interualla quædam, ita utque forte diutius ignem continuit, iam tunc cum euomere incipit, ardentiores globos ei aculetur. Hæc Nazianz. ut Iuliani iram, & procax ad maledicendum os describeret, qui nonnumquam Philosophum se simulans sibi quidem temperabat, & tamen quò fuerat diuturnior temperantia, eò postea sæuior iræ flamma ex illius oculis, & ore exundabat. Non aliter de fœminis decernere oportet, quæ, & si aliquando ad tempus os continere videantur, non multo post ignem illum ardentissimum expirant; atque adeo ab ipsarum consortio, & colloquiis omnino illi abstinendum est, qui sibi per omnia consultum velit. subdit Sal.

80

Cui iratus est Dominus, incidet in eam. Aliqui hæc verba putant dicta contra superbos, ita enim fieri sapius solet, ut eos qui superbè tument, in luxuriæ, & turpitudinis barathrum iusta Dei seueritas deiiciat. Auctor est Augustinus. *Nonnumquam deiecit Deus occultam mentis superbiam per manifestam luxuriæ ruinam.* Sic ille in quadam Epistola. Obserua illud verbum *deiecit*, superbia enim fastigium tenet, luxuria verò humile admodum atque demissum vitium, ergo ut hominem elatum de fastigio superbiæ deponat Deus, eundem in luxuriæ humilitatem, & profunditatem quodammodo impellit. Rursus, sicut nullum est grauius peccatum quàm superbia, ita etiam nullum æque læsi numinis diuini iram sibi accersit. Eum ergo, *cui iratus est Deus*, superbum existima, atque de hoc præmissum locum accipe. *Fouea profunda os aliena, superbus autem incidet in eam.* Sumpta fortasse similitudo est ab eo, qui cum oculos ad sublimia sublatus gerat nec pedum suorum vestigia obseruet, in profundam fossam illabitur, ut de Philosopho illo astrorum speculatore vulgò fertur. Huic enim adsimilis superbus; nam is per factum ardua semper, & excelsa suspicit, meretrix autem fossæ profundæ ad instar obtinet. Ergo dum superbus ad alta adspirat, nec ad vestigia sua dispicienda oculos per humilitatem flectit, per manifestum luxuriæ casum in prædictam foueam pro meritis ruit, ita enim fit ut mentis arrogantis leuitatem carnis pondus deorsum premat, & ad ima detrahat.

81

Cæterum vulgo interpretes sic accipiunt extrema isthæc verba, *cui iratus est dominus incidet in eam.* j. hæc ruina his certius imminet: qui diuinam iram aliis prius culpis, ac lapsibus lacescunt; nam Dei seueritas iuste decernit, ut qui alia peccata admisserunt, & quod difficile non esset, ab his resipiscere nolunt, in turpem denique amorem incidant, à quo vix possibilis est resipiscencia, & regressus, ideo enim cum profundissima fouea meretrix confertur, quia pronus procliuisque ad illam ruina est, exitus autem perdifficilis.

82

Aliter etiam potest sincerius exponi, *Cui iratus est Dominus, incidet in eam.* j. qui in ipsam incidet, iram Dei in caput suum accersit, præcipua verò iræ istius pars ea erit, ex ruina illa ac fouea nunquam emergere. Ad hanc ergo resipiscendi difficultatem notandam adscriptus est, me iudice, à Sept. interpretibus ille alius versus (si tamen germanus est, & non spurius.) *Sunt via mala coram viro, & non diligit reuerti ab eis, auertere se autem oportet à via peruersa, & mala.* Nam cum dixisset, eos, qui ad meretrices diuertunt, in profundissimam foueam relabi, vnde euadere non licet; sub-

A dit, sunt enim quædam viæ malæ. i. studia, & mores improbi, quas cum semel homo tenere incipit, vix vnquam deserit. Hæc autem non sunt aliæ nisi luxuria, & impudiciæ viæ. Accommodatus verò est modus ille dicendi ad rem notandam, *Non diligit reuerti ab eis*, nam cum animus per amorem in ea studia propensus sit, nihil aliud admare potest. Quapropter ab his peruersis moribus ad bonam frugem ocyus redire oportet, ne si animus per diuturnum amorem illis adhareat, reduces ad honestatem gradus ferre non possit.

Potest etiam aliter hic versus cum illis verbis consui, *Cui iratus est dominus, incidet in eam*, nimirum ille in hanc foueam decidet, qui aliis criminibus iram Dei in se conuertit: *sunt enim viæ*, quædam instituta, & rationes viuendi satis malæ, *coram viro*, modus est loquendi Hebræis familiaris, id est, in potestate viri, cui ad simile est illud, *Opus illius coram illo*, nec non etiam illud, *vineæ meæ coram me est.* j. in potestate, & libera dispositione mea. Itaque, *viæ coram viro*, sunt viæ illæ, à quibus liberum est homini pedem referre, sed tamen, *non diligit reuerti ab eis*. i. non placet illi eas deserere, atque adeo ab illis abduci non potest; quapropter, & promeritis suis dum illæc pergit, in præcipitium, & foueam denique perfertur, à qua deinceps euadere non possit. Talis autem est meretrix, ac meretricij amores. Itaque cum omnis peruersa, & vitiosa viæ, seu viuendi ratio, in Orci præcipitium, & foueam homines ducat, est tamen aliud ante ipsum Orcum, & in Orci ipsius confinio præcipitium, & fossa, scilicet meretrix, in quam quisquis delabatur vix aliquando emergere se posse sperat; atque adeo omnis viæ malæ actutum deserenda est, ne nos denique ad eiusmodi præcipitia pertrahat.

83

Proximè ad sententiam horum verborum accedit illa alia clausula, quæ in quibusdam Græcis codicibus legitur. *Sunt viæ, per quas non est ambulandum viro: impius autem vias mortis, & perditionis diligit.* i. studia quædam sunt, & mores, à quibus longissimè abhorreere debet vir probus, quia ad mortem, & perditionem ferunt, his autem improbus magna cum voluptate in ipsam mortem, & perditionem tandem aliquando deducendum sese committit; per eiusmodi autem vias non alias intelligo nisi luxuriam, & turpitudinem. Fortasse autem hæc fit allusio ad vias illas, semitas vè, in quibus confidere aut diuertacula habere meretricibus solemne erat apud Iudæos, de quibus iam inde multa diximus suprâ cap. 2. vers. 19. ad illa verba. *Omnes qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur, nec apprehendent semitas viæ.* Vide ibi plura, de hac thesi.

84

E

XV. *Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplina fugabit eam.*

Stultitia colligata. &c. Heb. est כֶּסֶרֶת *kesurab*, Radix est Kafar, significat autem alligare, & coniungere: hoc verbum de annulis, de torquibus, atque de aliis genys passim dicitur in scriptura, Deuter. 6. *Et ligabis ea in signum in manu tuâ.* i. in annulis geres Isaia. 49. *Et circumdabis tibi eos quasi sponsa.* Hebr. *Et ligabis tibi eos tanquam torques.* plura loca ad significationem huius verbi eruendam alibi colligimus. Hinc fortasse nata est lectio lxx. quæ sic habet, *Dementia pendet ex cor-*

85

de iuuenis, virga autem & disciplina longè est ab eo, sic habet codex Vaticanus, at Compl. & Reg. *stultitia suspensa est in corde, &c.*

Huius loci sententia perspicua est, tota enim eò spectat, vt suadeat pueros à teneris seuerius coercendos, vt stultitiam illi aetati maximè propriam exuant & sapere incipiant. Sed tamen cum verbum illud *colligata est in corde pueri*, per metaphoram aliquam similitudinem hinc adscriptum videatur, haud facillè est constituere vnde isthac similitudo petita sit. inde. n. sententiæ energiam aucupari licebit. Ergo Caiet. à tumultu, & ebrietate similitudinem ductam putat, hæc enim sensus ac membra omnia alligare solet, propter eam enim vinum lyæum dicitur à τὸ τῆς λύης. i. à ligando. Ait ergo Caiet. *Similis enim est puerilis dispositio ebrietatis propter fluxum abundantis humoris.* Hæc ille. Sed vim eorum enucleare libet; Sicut vinum calidos vapores spirans & in caput regens sensus hebetat. & mentem perstringit, ita etiam in pueris sanguis adhuc exstans, qui in ipsis vtiq; pro vino est, similes quosdam spiritus ad caput transmittit, qui ad eundem ferè modum sensum, ac mentis aciem obtundunt. Appositè igitur ad hanc similitudinem subdit Salomon, *virga disciplina fugabit eam.* i. Sicut ferum ebrium virga tundimus, & non solum in eo id castigamus, quod vinum hausit immodicum, sed ea etiam, quæ per ebrietatem improvidus admisit, seuerissimè corripimus; ita etiam cum pueris agendum est, nihil enim imperitiæ, atque ignorantie illius aetatis condonandum est. Sed veluti in ebriis ea etiam seuerè coercemus, quæ mentis expertes committunt, ita etiam in pueris illa etiam acriter corripienda, puniendaque sunt, quæ in illa aetate nec dum mentis, rationisque compotes facti prauè gerunt. Sic enim fiet vt virga, & correctio puerilem illam vecordiam ocys expellat, & mentem, rationemque aduocet. Non displicet omnino hæc interpretatio.

Hugo Cardinalis aliter metaphoram confirmat, *stultitia*, inquit, *colligata est in corde pueri.* i. veluti in sacco ligata est, nimirum in illi corde non inclusa solum, sed tanquam in sacco immersa, & arctius alligata. Difficilis huius prioris partis cum posteriori nexus est, nisi dicas hanc esse mentem Salomonis, saccus ille non effundendus solum, sed vt in sacco accidit, qui farinam, puluerem, vel aliam quampiam rem non satis puram inclusit, hi enim virga tundi, & excuti solent donec ea prorsus effuderint, quæ prius cohibuerunt, & ad alia excipienda comparati sunt: ita etiã de pueris decernendum est, à quibus stultitia, & ignorantia, virga. i. correptione, & supplicio prorsus excutienda est, vti ad honestatem, & bonos mores excipiendos, hauriendosque idonei sint. Quemadmodum enim quidquid in sacco necdum excussum, & purgatum mittitur, ipsius sacci sordes trahit, ita etiam quidquid in puerum illum honestatis, & virtutis infunditur, qui necdum pueritiæ leuitatem, & mores omnino deposuit, nescio qua ratione sordescit, ad eò vt virtus ipsa, quo nihil seuerius existit, leuitas quædam, & puerilitas appareat. Addi Hugo Cardin. *Et virga disciplina fugabit eam, sicut euentilabrum fugat muscas, & virga puluerem*: sed hæc parum idonea videntur.

Iansenius quidem, & Rodolphus non aliquam aliam metaphoram, aut translationem his verbis subesse voluerunt, nisi hanc, quam dico, *stultitia*

A alligata est in corde pueri. i. fortius adstricta ac diuis innexa, ex quo fit, vt non adhortationibus monitionibusque suauiter, leniter, sed virga, hoc est verberibus, & acriori correptione reuellenda sit, ita enim fert ingenium puerile, vt per sola verba, nisi accedant etiam verbera, non iatis erudiatur. Placet hæc expositio, potest tamen sic illustrari vt illud, *stultitia alligata est in corde pueri*, perinde sit ac si dicat, arctissimè innodata est, atque adeo nodus iste non leniter soluendus, vix enim aliquando per lenitatè solui, & explicari quiverit, sed vt excindendus, & abrumpendus est, id enim inter lenem exhortatorè, & seuerum correptorem interesse dixerim, quod inter eum qui cæcū, & inexplicabilem nodum, aut per indulgentiam enodare, aut per vim abrumpere volet: est igitur stultitia in corde pueri (liceat sic dicere) per nodum Hercul. alligata, qui nodus non explicari, sed abscindi debet.

LXX. interpretes aliam similitudinem cõmentati sunt, accipe ipsorum verba. *Dementia suspensa est in corde iuuenis, virga autem & disciplina longè ab eo* propterea suspensa est in corde ipsius vecordia, quia nullus est, qui illum virga excutiat. Sic enim hæc translatio à sensu Vulgatæ lectionis nõ discedit: sed tamè similitudo, vt ex his cõstat quæ in fronte huius interpretationis præfatus sum, ducitur à torque, qui bullam aliquã demittit supra pectus, atq; cor, ita vt sensus sit, stultitia, & vecordia in pueris similis est bullæ super cor eorū pendenti. Aspera quidem similitudo isthac videtur, sed tamen concinna atque idonea est. Torques vtiq; ac bulla supra cor pendens in pueris, vt supra docui c. i. ver. 6. olim ingenuæ nobilitatis nota erat. Ait ergo Salomõ, stultitia, atque fatuitas simul cum bulla hæret pueris, qui nobilibus paratibus facti sunt, hi enim cum primis fatui atque insipientes euadere solent, rationem autem atexit Salomon, *Virga & disciplina longè ab eo*, ita enim fieri solet, vt nobiles erga filios suos parum seueri sint, atque adeo dum virgæ parcunt, sua indulgentia vecordiam, & dementia ipsorum fouent. Itaque mens Salomonis hæc est, Principum vtorum liberos fere stolidos, ac stupidos euadere, quia ipsorum mores per supplicium, & correptionem à parentibus non formantur. Ad quem sensum allici etiam potest lectio Vulgatæ, *stultitia colligata est in corde pueri*, ita vt verbum illud colligata ad eam significationem alliciat, quam nuper adscripti. i. tanquam torques collo adstricta, ita vt concinat cum illis Isaïæ verbis, *Ligabis eos tibi tanquam sponsa.*

Sed licet præfatam expositionem reliquis præferendam esse censeam, tamen aliam minimè insulsam subinferre libet. Præmitto autem verbum Kafar de iumentis dici cum fune ad collum reduta præsepi aut trunco alligantur. Iob. 39. *Nunquid alligabis Rhinocerotem ad arandum loro tuo?* & Genesis 49. *Ligans ad vineam pullum suum,* & alia passim. Sensus igitur sic conformandus est, *stultitia colligata est in corde pueri.* i. asini aut iumenti in morem ipsi adstricta est: quid. n. magis rudi iumento ad simile quam stultitia? *Virga autem discipline fugabit eam.* i. quemadmodum rudem ac stolidum asinum virga arcere solemus, ita etiam stultitia, & vecordia correptione ac verberibus à pueri corde arcenda, & effuganda est. Itaque docet Salomon cum puero non aliter agendum esse quam cum rudi aliquo iumento, quia vterque nisi virga ictus non sapit.

XV. Qui calumniatur pauperem, ut au-
geat diuitias suas dabit ipse di-
tiori, & egebit.

38

Qui calumniatur, Hebr. ad verbū. Extorquet pauperi ad multiplicandum, dans diuiti vere seu eum ad defectū, quæ verba in ancipiti esse videtur, ac duas expositio. capere possunt, vt statim dicemus Chal. sic couertit, qui calūniatur pauperem multiplicat sibi malū, & qui dat diuiti, egestas erit ei. LXX. verò sic habet. Qui calūniatur pauperem multa facit sua, dat autem diuiti ad minus. Sic habet Vaticanus, sed in Complut. & plerisque aliis codicibus sic legere licet. Qui calūniatur pauperem multiplicat sua mala. Symmah. verò extrema verba sic extulit, dabit diuiti omnino egestas. Schol. Contra minorem dat occasionem malefaciendi.

Rodolph.

Ex Hebræis non pauci, quibus hæret Rodolphus, aliam ex hoc loco sententiam eliciunt longè diuersam ab ea, quam vulgata verba præ se ferunt, sic enim conuertunt. Qui vi opprimit pauperem ad multiplicandum sibi, & qui dat diuiti etiam ad defectum. i. Duo sunt hominum genera, qui paupertatem, & rei familiaris angustias sibi ipsi accersere solent, nimirum hi, qui per fraudem pauperum facultates diripiunt vt suas augeant, & qui diuites muneribus prosequuntur, vt per dona quædam non magna in eis collocata, ampliora, & digniora ab illis ipsi recipiant, vtrique, inquam. egestatem sibi ipsis cumulant. Illi quidem quia male parta male dilabuntur: hi autem, quia illa, quæ obtinent, distrahentes, & his quæ spechiberant fraudati, vtriusque sortis iacturam faciunt. Vtraque pars veram sententiam continet; Imprimis enim qui pauperum facultates suis accumulatur vtrasque evertit; Quid certius? obserua vim illius verbi ad multiplicandum. Hebr. להרבות *Leharborh*, ex radice, *Rabah*. Sunt autem duo themata רבה *Rabah*, & רבב ex duplicantibus secundam, hæc autem, vt quorundam Rabinorum opinio fert, synonyma sunt: alij verò sic statuunt differentiam horum verborum ex supputatione petendam esse. Nam in subducendis rationibus, *Rabah* est, additis pluribus vnitatibus ampliore aliquem numerum pangere: *Rabah*, autem est rem aliquam, aut numerum simplicem, & vnum in plures partiti, ac distribuere, tunc enim multiplicationi etiam locus est, quia nimirum ex vno multa fiunt. Hæc non indoctus Hebr. ex neotericis, qui licet fateatur hæc verba in vulgari vsu vicissim permutari solita, tamē germanā vtriusque significationem sic discludendam esse existimat, ne locus fiat synonymiæ, quam ipse in lingua Hebraica nunquam aut perrarè admittendam esse putat. Redeo igitur ad sententiam, Qui calumniatur pauperi ad multiplicandum. i. qui per fraudem extorquet pauperi bona sua, vtrique ad multiplicandam rem suam, spectat in priori sensu, vt nimirum per additionem nouæ rei suam amplioram reddat. sed, Deo aliter dispensante, fit vt res illius non priori sed posteriori modo multiplicetur, hoc est inter plures distracta, ac distributa, nam ipso spoliato dum ex re vna (vt fieri solet) plures partem aliquam sibi vsurpant, per partitionē in multas sortes dissecta multiplicatur. Potest ergo vis, & germana significatio huius verbi huic loco sic accommodari. Qui calumniatur, vel, extorquet pauperi ad multiplicandū, &

A qui dat diuiti ad defectum, ita vt singulæ orationes sint absolute, & neutra ab altera pendeat, hoc modo. Qui pauperē bonis suis fraudat, id quidē pro meritis obtinet vt res sua multiplicetur, hoc est, vt pauperis detrimento parta olim res inter multos distrahatur. Hoc enim ad diuinam prouidentiam pertinet, vt quæ à multis ablata sūt ad multos redeant, nec apud vnum coacta, & cumulata iaceant, quæ pluribus suffectura sunt. Subdit, & qui dat diuiti ad defectū, scilicet in præfato sensu, id est, qui diuites, & potētes donis exornat, vt eorum gratiam ineat, & accepti compensationē aliquando obtineat, tandem exhaustis facultatibus ad egestatem compellitur, nam fere in diuitibus nulla gratitudo, & quæ in ipso collocantur beneficia, perduntur.

B Sed notat Rodolphus in hoc loco suaderi à Salomone elemosynam, & largitiones liberales in pauperes. Non reluctor; tamen vt sententia sit loculentior ita illam ad misericordiam conuertendam esse censeo, per duas illationes. Qui calumniatur pauperem, eum bonis suis defraudans, ad multiplicandū. i. bona illius inter plures distracta ocys dissipantur. Quid inde? Pauperes ergo non fraudandi, sed ipsi potius muneribus prosequendi sunt; quemadmodum enim diuitiarum cumulus contra fas collectus, & auarè asseruatus, Deo dispensante, inter plures distractus perit; sic etiam ex aduerso ad cumulum illum in dies accedit, qui per beneficentiam in pauperes assidue, & sine intermissione, libet ita fari, dissipatur, atque dispergitur. Rursus ait. Et qui dat diuiti ad defectū: non ergo diuiti, sed pauperi donare oportet, quia quemadmodū quæ in diuites sparguntur pereunt tandem, & compensationem non habent; ita etiam ex aduerso quæ pauperibus erogantur non pereunt, sed manent, atque in dies auctiori censu crescunt ac cumulantur. De vtraque thesi sæpè aliàs à nobis fusè dictum est. Denique huic nostræ expositioni non parum fauet translatio Chaldaica, Qui calūniatur pauperem multiplicat sibi mala i. iacturas, & detrimenta rerum suarum, de his enim sermo est, & qui dat diuiti, egestas ei est vt suprā exposui. Hæc Rabbini.

D Sed tamen Vulgatæ lectionis alia prorsus sententia est. Qui calumniatur pauperem, ut augeat diuitias suas, dabit ipse ditiori, & egebit. Caietan. vtrique singularem expositionem excogitauit, ita enim locum edisserit; Qui pauperem per iniuriā spoliat vt ipse facultates suas amplificet, dabit ipse ditiori, hoc est Deo, ac demū egebit, quasi dicat, Deus ipse, qui ditissimos ac potentissimos opibus & potentia superat, per iniuriam parta ab iniusto diuiti extorquet, illumque ad miserandam egestatem compellet. Itaque illud, dabit, non de spontanea donatione accipit Caietan. sed dabit, idem est, quod cedit bonis suis à potentiori oppressus. Et quidem ea in re parum idoneè locutus mihi videtur Iansenius, qui vt significationem germanā verbi illius dabit, retineret, posteriorem huius loci partem sic exposuit: dabit ipse ditiori, & egebit, id est, his, quæ à pauperi per vim abstulit, nequaquam fruatur, sed diuiti cuiquam, ac potenti homini donabit: nam solemne est iniustis raptoribus ac prædonibus, iudices, aut potentissimos quosdā, ditissimosque Reipublicæ viros oblati muneribus sibi obstringere, vt eorum conuiuentia, rapinas suas licentiùs exercent.

E Sed tamen sincerior huius loci sententia est. Qui calumniatur pauperem ut augeat diuitias suas, dabit ipse ditiori, & egebit. Dabit, inquam id est,

89

90

91

cedet: quasi dicat, Ex Dei prouidentia hoc accidit ut qui pauperem per vim ac fraudem spoliat, ipse vicissim ab alio ditiori se per similem vim, & iniuriam opprimatur. Ad quam sententiam eruditè admodum ac lepidè piscium exemplum transtulit Basilius in oratione 15. de auaritia, vbi sic fatur. *Sunt nonnulli pisces, qui se inuicem comedunt, atque inter eos minor cedit in escam maiori; quod si aliquando accidat, ut is qui minore superior sit ab alio se maiore comprehendatur, uterque ille ab ultimo victore absorbetur. Quid, quæso, nos aliud, o miseri mortales, facimus cum nobis minus potentes subiungamus? Quid quæso ab extremo pisce differt is, qui improba diuitiarum cupiditate pauperes opprimis? sed ditior alius hunc comprehendens utrumque pariter deuorat.* Ac denique sic absoluit. *Vide amabo, ne te idem, finis, qui pisces maneat, qui aut hamo, aut nassa, aut rete ad extremum capiuntur.* Eandem similitudinem vsurpat. Hom. 7. in Hexam. lege ibi.

92 De translatione lxx. aliquid ad extremum subinferre oportet, nam sensu non differt à nostra. *Qui calumniatur pauperem multiplicat sua.* sua inquam, bona, hoc est suas facultates, & opes, dat autem diuiti ad minus .i. spoliatus tandem à diuite cedit bonis illis iniquè partis, & ad paupertatem redigitur, nisi forte ita libeat exponere, dat diuiti ad minus, vel vt vulgo dicitur, *alomenos.* Quasi dicat, tunc cum minores sui sceleris pœnas dat, ab alio ditiori sic ipse spoliatur, quemadmodum ipse alios opibus suis fraudauit. Vel potius, hæc est minor, ac leuior ipsius pœna, alia .n. longe grauior illum deinceps manet in futuro seculo persoluenda. Scholast. lectio hanc extremam clausulam sic extulit. *Contra minorem dat occasionem maleficentia.* Sensus autem hic esse videtur, qui pauperem aliquem direptis bonis exhaustit, vel ex eo grauissimè delinquere existimandus est, quia pauperi illi exhausto occasionem dedit, vt suæ inopie leuandæ causa alium magis infirmum, ac tenuem illius exemplo spoliet, atque diripiat.

XVII. *Inclina aurem tuam, & audi verba sapientum: appone autem cor ad doctrinam meam.*

93 **I**nclina aurem tuam, &c. Hebræa non dissonant. Chald. etiam concinit. lxx. verò sic habent. *Sermonibus sapientum admove aurem tuam, & audi meum sermonem, & cor tuum confirma, vt cognoscas quia boni sunt,* qui partem quandam frequentis sententiæ huic affigunt, vt statim patebit. Lis aliqua inter expositores agitur, cur scilicet Salomon hic stilum verterit, & denuò auditorem suum ad auscultandum acuerit. Beda existimat Salomonem ex cap. 10. ad hunc vsque versum non quidem ad alium aliquem intendisse sermonem, sed præmissas omnes sententias velut secum ipsum euoluisse, ac discussisse: tamen iam nunc iterum, vt in prioribus capitibus, orationem suam ad auditorem conuertere, atque illum affari. Placet Bedæ consilium Rodol. Iansen. & quibusdam aliis. Ego verò aliter censeo, nam vt in Isagoge huius commentarij, & c. 9. v. 1. multis rationibus, & argumentis confeci, totus iste liber in conuiuio dictatus fingitur, non quidem ad alios, nisi ad conuiuas accumbentes, atque adeò omnes illius sententiæ ad auditores destinantur. Quapropter satius est dicere Salomonem, qui orationem suam produxerat à c. 10. ne auditores fortasse di-

A stracti animis aliud agerent, eos rursus ad audiendam reliquam orationem excitare, atque adeò per quinque sequentes versus ea illis objicit, quæ attentos, beneuolos, ac dociles reddere possent. Itaque ait.

Inclina aurem tuam. Vim illius verbi *inclina* supra expendimus c. 2. v. 2. & *audi verba sapientum.* Aliquis fortasse iis inductus verbis dicet. Salomonem deinceps non ab ipso inuentas, & inuouatas, sed ab aliis collectas, & conflatas sententias dictare. Sed tamen id temerè asserat quisquis asserat. Neque verò Iansenij consilium probo, qui putat hic Salomonem ad aliorum sapientum auscultandas sententias auditorem suum excitare, quatenus cum his quas ipse pronunciauit, congruere, & coherere, aut etiam quatenus ab his deriuari, & manare visæ fuerint. Alia .n. est nostra censura, putamus .n. Salomonem sapientum meminisse, non vt ad alios sapientes audiendos reuocaret discipulum, sed potius ex eo conficere voluisse orationi suæ attentas aures præbendas esse, quia sapientum verba magna animi attentione excipi debent: quasi dicat. *Inclina aurem tuam & audi verba sapientum .i. sapientes loquentes numquam non audias, atque adeò appone cor tuum ad doctrinam meam, &c.* Vel aliter cum in hoc libro vt supra in Isagoge, & in cap. 9. v. 1. diximus, & infra cap. 30. vers. 1. & 31. ver. etiam 1. dicemus cum Salomone, duo alij inter epulas loquentes, & sententias suas promentes inducantur, nimirum, *Congregans, vel Agur, & Zamuel,* affirmare licet Salomonem, qui prius verba fecit à ca. 10. & longam orationem traxit, ne videretur totum sibi sermonem sumere, sic nunc ad auditorem, *Inclina aurem tuam ad audienda verba sapientum .i. compara iam nunc aurem, vt eos post me dicentes audias, interim autem appone cor tuum ad doctrinam meam .i. auscultata me iam iam perorantem, & præstantissimas, dignissimasque sententias in fine sermonis proflantem.* Hæc autem nostra meditatio aptius cadet si dicamus duo illa extrema cap. 30. & 31. in quibus Agur Zamuelque præstantur, è suo loco extracta fuisse, atque adeò inferenda esse inter c. 24. & 25. hanc .n. sedem sibi vendicant apud lxx. vt in nostra Isagoge diximus. Lege ibi istius coniecturæ non leuia fundamenta. Ergo capitulum serie ad eum modum concinnatâ Salomon quidem in hac sua priori oratione ad finem iam vergens ad alios duos sapientes, scilicet Agur, & Zamuelem auscultandos conuiuas comparat, quibus se dicendi locum facturum pollicetur, vbi extrema quædam verba atque illa grauissima deprompsit. Hæc de serie, & contextu.

95 Verborum utique sensus facilis est, *Inclina aurem tuam, & audi verba sapientum, nec aures modo accommodata fieri .n. solet, vt quod auribus vna excipit, per aliam, vt aiunt, excurrat; sed auribus ad cor peruadat doctrina mea: appone cor tuum ad doctrinam meam .i. non externas tantum, sed etiam internas cordis aures mihi præbe.* lxx. *Admove aurem tuam, & audi sermonem meum, & cor tuum confirma, vt cognoscas quia boni sunt,* supplè sermones mei. Illa verba, *cor tuum confirma,* putant aliqui referri ad posteriorem clausulam; hoc sensu. *Cor .i. mentem tuam confirma, & intende, donec planè agnoscas sermones istos esse bonos, & ad honestatem capessendam vtilis; sed friget hac ratione sententia. Melius ergo est prius Hemistichium reuocare ad hunc modum. Audi sermonem meum, & cor tuum confirma .i. per sermonem atque doctrinam meam cordis tui leuitatem, & in-*

constantiam obfirmare, & constabilire licebit. Cogita igitur animum in huius sæculi falso nauis ad instar obtinere. Huic autem verba, & documenta sapientum (liceat sic dicere) quasi saburra, atque onera sunt, ne ob leuitatem instabilis, & in omnem partem mobilis sit: vnde Chrysostronus Homil. 3. in Epist. ad Thessal. sic fatetur. *Nauis sine onere, & mens sine precepto, utraque instabilis ac mobilis est.* Et quidem aptè: sicut enim nauem onus ex omni parte libratum confirmat, neu nutet, & à fluctibus transuersa agatur: sic etiam verba, & præcepta sapientum animam stabiliunt, ne variis opinionibus huc illuc acta inconstanter aberret, ac demum in scopulos impacta dehiscat; & ut verba Pauli usurpem ad Ephes. 4. hoc efficit, *ut iam non simus amplius paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrine in nequitiis hominum, in astutia ad circumventionem erroris.* Pro astutia subest ibi *volētia*, vt adnotat Chrysostr. vnde *volētia* dicuntur; qui talos iactant (& vt aliās me obseruasse memini, *versuti*, etiam apud Latinos à vertendis talis dicti. (Quæ metaphoricæ locutio in hoc Pauli loco emphasim habet, in nequitiis hominum, *volētia*, i. est in astutia ad circumventionem erroris. Nam perinde est ac si dicat, iam inde nos constantes, & stabiles esse oportet, ne nos hominum versutia veluti talos exagitet, & pro natu suo in omnem partem vertat. Ergo vt hanc inconstantiam excluderet Salomon, aptè admodum ad discipulum suum hæc verba intendit. *Audi sermonem meum, & cor tuum confirma,* ne aliorum praua dogmata, aut tanquam nauem vacuum ventorum in morem circumferant, aut tanquam talos instabiles in omnem partem vertant.

Ephes. 4.

XVIII. *Qua pulchra erit tibi, cum seruaeris eam in ventre tuo, & redundabit in labiis tuis.*

96

Qua pulchra erit, &c. Heb. *Qua delectabilis erit, si custodieris eam in ventre tuo: & dirigetur pariter in labiis tuis,* sic aliqui dispungunt, sed plures verba illa in ventre tuo, ad priorem clausulam reuocant. Rodolphus. *Qua amœna erit, si custodieris eam* Chald. *Quoniam dulcia sunt, custodi ea in ventre tuo, & dirigantur simul in labiis tuis.* LXX. *Et si immiseris eos* (supple sermones) *in cor tuum, adificabunt te simul in labiis tuis.* Aquil. Sym. & Theod. *parabuntur in labiis tuis.*

Hæc sanè verba ad captandam beneuolentiam auditoris addita sunt à Salomone. *Qua pulchra erit tibi, cum seruaeris eam in ventre tuo.* Quæ nimirum doctrina mea, & si nunc ad speciem difficilis, & aspera videtur, si tamen eam seruaeris, id est, opere ipso executus fueris (sic plerique.) Cæterum cum in ventre illam asseruandam esse dicat Salomon, ac per ventrem, iuxta solennem scripturæ phrasim, mentem, & animum capiat, sic certè exponendus est. *Cum seruaeris eam in ventre tuo*, i. cum illam ab auribus ad mentem traduxeris, atque in animo reposueris, i. cum illam probè intellexeris, seu perculleris, pulchra apparebit tibi. Rodolph. *amœna.* Chald. *dulcis,* Pagninus, *delectabilis,* omnia in idem recidunt. Si enim ad mentem referatur, aptè dicitur pulchra, & amœna, si autem ad voluntatem, delectabilis utique ac dulcis: utramque autem inuitat Salomon

A ad suam doctrinam, voluntatem videlicet, ac mentem: hanc quidem vt eam penitus intelligat, illam verò vt eandem medullitus adanet, ac profèquatur. De amœnitate doctrinæ, atque de illius pulchritudine diximus supra c. 3. v. 17. subdit.

Erredundabit in labiis tuis. Hebr. *& dirigetur pariter in labiis tuis.* Rodolphus perinde esse putat ac si dicat, hinc fiet vt cū verba mea vsurpare collibitum fuerit, minime pugnantia dicas, nam ea, quæ tibi ego dictaui, hæcenus, aut postea dictabo, congrua sunt, & coherentia. Sed tamen hoc coactum videtur, sententia quidem vt sonat satis habet leporis, & *dirigetur pariter in labiis tuis*, id est, non solum in ventre,

B hoc est, in mente hærebunt, sed etiam ad labia vique effluent, & copiosam valde dicendi segetem suppeditabunt. Nam doctrina, vbi menti insedit, statim labia soluit, & fandi materiem offert. Caietanus putat metaphoram ductam esse à cibo, qui in ore quidem dulcis est, & ad stomachum, ventremque transfusus reficit ac roborat, quasi dicat. Hæc mea doctrina dulcis tibi videbitur, quia cū illam in ventre incluseris non modo vires reficiet tuas, sed ex ventre vtiq; ad os ac labia refluet, ac tunc suauitatem illius experiri licebit: Haud displicet mihi isthæc partitio, doctrina in animo reficit, in ore delectat: sed tamen aliquid adicio: ideo tibi dulcedinem ac saporem natura contulit, vt huius dulcedinis saporisque appetentia ad eosdem deuorandos inuiteret. Non ita, inquit Salomon, sed doctrina mea prius deuoranda, & in ventrem transmittenda est, exinde verò in labia redundans suæ dulcedinis saporem efficit.

Itaque Caietanus putat id suaderi à Salomone vt auditor eas sententias, quas non satis caller, velut integras deuoret, licebit enim postea easdem ad os vocatas ruminare, & contere; ita enim præcipit Augustinus de vera innocēt. cap. 110.

Auditor, inquit, similis esse debet animantibus, quæ ab hoc, quod ruminant munda esse dicuntur, vt non pigeat cogitare, quæ in aluo cordis concipit, & cum audit, sit similis edenti, cum audita in memoriam reuocat, similis sit ruminanti. Similia habet Pseudo Chrysostr. Homil. 41. operis imperfecti. *Apud Iudæos illa animalia sunt munda, quæ reuocant cibos, & ruminant; ergo animal illud est mundum quod mundit, & tradit ventri, & de ventre reuocat, & ruminat: & homo etiam ille est spiritualis, & sanctus, qui audiens verbum trahit, & cum intellexerit, memoria quasi vtero tradit, & iterum de memoria tanquam ex vtero ad os reuocat, ruminat, & retrahit.* Hæc igitur est mens Sapientis cū ait,

si seruaeris eam in ventre tuo. i. in memoria tua, & ex memoria tanquam ex ventre, *redundabit in os, ac labia tua,* vt eandem iterum conteras, & regustes, tunc suauitatem huius doctrinæ experiri licebit. Et quidem satis ad rem sententiam istam inferit hîc Salomon: nam cū multas simul sententias iactasset, in hisque multæ perdifficiles essent, quas auditores suos peruadere omnino ac percallere haud posse constabat; monet discipulum, vt plerisque integras deuoret, & memoriæ committat, vt easdem postmodum memoria reficans ruminare, & regustare, earumque suauitatem, & dulcedinem percipere possit.

E Sed tamen si spectes ipsa nostri textus verba, metaphoram potius à fontibus petitam esse dicas, ita vt sensus sit. *Qua doctrina pulchra erit cum seruaeris eam in ventre tuo, & redundabit in labiis tuis.* i. seruata in ventre i. animo & cogitatione non ibi hærebit, sed perennem quandam scaturi-

August.

Pseudo Chrysostr.

97.

ginem in ea excitans veluti per ductus suos ad os venit, vt in alios copiose effundatur. Nihil enim est quod magis discipulum acuat ad discendum & audiendum, quam spes tradendi aliis ea quæ apte didicit, ex discipulo in doctorem euadens: & quidem doctorum ora perennes fontes imitari oportere nemo inficiabitur. Accipe Chryf. sententiam in concione 1. de Lazaro. *Quod si post nostram etiam admonitionem in eisdem vitis perseveraueritis, nec sic quidem nos desistemus apud vos, quod rectum est, consulere; quandoquidem, & aquarum vena, etiam si nullus veniat aquatum, manant famen; & fontes, quamuis hauriat nemo, tamen scatebras emittunt, & amnes, etiam si nemo bibat, nihilominus fluunt: sic oportet & istam qui concipitur, quamuis nullus auscultet, tamen doctrinam suam semper effundere.* Tantus profecto, ac tam perennis fluxus maximam utique doctrinæ affluentiam requirit, hanc ergo pollicetur auditori suo Salomon cum ait, *Redundabit in labiis tuis, verbum redundabit,* ubertatem & copiam sonat, quæ nunquam aut fitti, aut exhauriri possit.

LXX. verò aliunde similitudinem petunt. *Et si immiseris eos* (inquit) *in cor tuum edificabunt te simul in labiis tuis.* Complut. codex locum istum sic restituendum putavit, *Edificabunt te simul,* &c. Videbitur enim verbum *edifico*, in eum locum per niendum irrepsisse; alij verò codices cum simili modo in suspensionem mendii venissent, refarcierunt, *Edificabuntur simul in labiis tuis*, sed vtraque, tam hæc quam Vaticana lectio, bonum ad sensum vocari, nec non etiam cum originali textu in concordiam adduci potest. Nam verbum primitiuum, quod hic subest, est *בנין* *Chun*, quod ex germana significatione significat dirigere ad perpendicularum, aut etiam confortare & fundare, & edificii passim accommodari solet, ad eorum firmitatem notandam: & ex eo fluit *בנין* *Chon*. i. *bas*, fundamentum. Psal. 118. *Fundasti terram & permanet,* & Abac. 2. *Et qui edificat civitatem in sanguinibus, & preparat urbem in iniquitate.* Reliqui sic extremam partem reddunt, *Edificat urbem in iniquitate.* Pagninus iterum repetit verbum *edificat*: Ad sententiam veniamus. *Si immiseris eos* (supple serm. meos) *in cor tuum, edificabuntur in labiis tuis.* Quasi dicat, si hos sermon. meos veluti fundamenta quædam in animo tuo ieceris, utique super illa multa alia præclara dogmata tibi ipsi exedificare, & attollere licebit, non quidem inclinata, & indirecta, & quæ suoptè nutu ruant, sed ad perpendicularum erecta, quæ semper constantia, & firma sint. Hoc sibi volunt illa verba, *Edificabuntur in labiis tuis.* Quæ metaph. vsus est etiam Paulus 1. Corinth. 3. *Vt sapiens architect. fundamentum posui: alius autem superedificat, unusquisque autem videat quomodo superedificet,* &c. loquitur autem de doctrinâ, & Evangelio Christi, quam ipse veluti fundamentum iecerat: & (me quidem iudice) doctores alios adhortabatur, vt attentius examinarent, & ad perpendicularum exquirent eas, quas super Evangelium ab ipso prædicatum excitabant doctrinas, nec cum Evangelio congruerent. Vel, si omnes in vniuersum fideles affatur Paulus, de operibus illis sermo est, quæ super doctrinam, tanquam supra fundamentum incumbunt, vis tamen metaphoræ haud dissimilis existit.

Quod si retineas Vaticanam translationem, *Edificabunt te in labiis tuis*, sic accipe ac si dicat, *fundabunt te in tuis labiis*, nimirum id tibi afferent sermones mei, vt nihil non fundatum, ac fir-

mum labiis tuis vnquam promas: Vulgo dicemus, *ras bien fundado enodo loque dixeris*, itaque ipse homo ex eo in labiis suis fundari, aut edificari dicitur, quia fundata, atque edificij in morem ad perpendicularum directæ loquitur.

Extrema trallatio Symmachi, Aquilæ & Theodotionis sic habet, *Edificabuntur in labiis tuis*, sunt qui ad cibos similitudinem referant, (à qua non abhorret etiam verbum originale) .i. tuis in labiis condientur, ac temperabuntur, quasi dicat; hæc quæ nunc à me indiscussa & veluti cruda quodammodo excipis cum ea labiis tuis vsurpare libuerit in his condientur, & tamquam quæ audiendum voluptati inuenient. Vel aliter: *Edificabuntur in labiis tuis*, expedita & prompta erunt, ita vt cum opportunitas alicuius ex his sententiis vsurpandæ acciderit, statim succurrant, & sua quodammodo sponte in labia veniant.

XIX. *Vt sit in Domino fiducia tua: unde & ostendi eam tibi hodie.*

Vt sit in Domino, &c. Hebr. quod attinet ad prius Hemistichium, concinunt cum notis, sed extrema clausula sic restituenda est: *Scire feci tibi hodie, etiam tu, & quidem vltimis illis verbis etiam tu nihil respondet in Vulgatis.* Iansenius putat supplendum etiam, *tu scire facies, alios quemadmodum ego scire te feci.* Caiet. verò subaudiendum existimat, *etiam tu cooperare*, quasi dicat, ego quidem feci quod ad me spectat, tu identidem facito quod tua interest, dicta videlicet factis exequitor. Caiet. adhæret. Vatab. qui addit à quibusdam legi eam *Et tu*, supple audi; sed tamen hæc minora sunt. Chald. tantisper dissonat. *Vt sit in Domino fiducia & ostendam*, aut, *scire faciam tibi hodie.* lxx. *Vt fiat super Dominum spes tua, & notam tibi faciat viam tuam.* Apud Procop. *Vt notis tibi faciat vias tuas* Aquil. & Symmach. *notam tibi feci vitam.*

Locus hic iuxta Vulgatam lectionem sensum vulgarem reddit; aliqui putant priora illa verba cum superioribus illis consueunda. *Aperi cor tuum ad doctrinam meam*, hoc modo, verba mea animo tuo committe, hæc enim erigent illum in spem salutis à Deo obtinendæ: aut etiam cum illis, *Quæ pulchra erit tibi, cum seruaeris eam in ventre tuo*, quasi dicat, Cum ad eum modum doctrinæ à me, traditæ pulchritudo tibi probabitur, & ad ad eam utique capessendam, & executioni mandandam ipsa te incitauerit, in spem utique venies salutis tuæ à Deo impetrandæ. Cæterum hæc longius petuntur. Ego igitur ita reor locum istum sic contexendum, vt prior eius pars cum posteriori cohæreat. Salomon ergo alia etiam ratione auditoris gratiam, & benevolentiam promereri contendit proposita alia suæ doctrinæ utilitate. *Vt sit in Domino fiducia tua, unde & ostendi ea tibi hodie*, quæ verba sic utique pangenda sunt. *Ideo ostendi ea tibi hodie, vt sit in Domino fiducia tua* .i. alia etiam de causa inductus sum, vt hæc præcepta tibi nunc traderem, scilicet vt te in spem salutis tuæ capessendæ erigerem: nam cum hæc mea documenta præmia iustis præscribam, & pœnas improbis decernant, eorum qui recta ac secundum virtutem viuunt, illis acceptis spes acuitur, & fiducia excitatur. Ad hunc sensum vocari potest translatio Chald.

Quamuis alium etiam nobis offerre videatur

Chrysof.

98

Psal. 118.

1. Cor. 3.

99

100

101

102

non insulsum, ad quem vicissim Vulgatam lectio-
nem allicere integrum est. *Et sit in Domino fiducia
tua, & serue faciam tibi hodie*, referenda est prior
pars ad antecedentia eo modo quo supra docui,
posterior autem per se seorsim sumenda. Nihil
autem est quod auditorem docilem magis reddat,
quam comparandæ doctrinæ breuitas. Ergo vt
Salomon, qui ad beneuolentiam, & attentionem
promerendam auditoris sui superiores sententias
depromptit, iam nunc vt eundem docilem effi-
ciat, breuitatem doctrinæ capessendæ illi propo-
nit, *Et serue faciam tibi hodie*, id est, unica tantum
diei periodo, nimirum hoc ipso die, hoc est breuis-
simo temporis spatio meis præceptio, ac docu-
mentis doctum satis, & instructum te reddam; **B**
quasi dicat. Non tibi opus erit longo tempore, &
diuturna scholæ exercitatione, nam si me hodie
dicentem beneuolè exceperis, hodie etiam doctus
euades. Simili sensu donari potest tranllat. Vulga-
ta. *Vnde & ostendam tibi hodie.*

103 Translatio lxx. alium sensum exhibere videtur.
*Vt fiat super Dominum spes tua, & notam tibi fa-
ciat viam tuam*, vel, *suam*. Eadem .n. est vtriusque
lectionis sententia: quasi dicat, Hæc mea doctri-
na & instructio eò spectat, vt & ipse tua ab his re-
bus caducis ad Deum traducatur, vtique Deus ip-
se per hæc documenta, *viam tuam*, i. tuæ vitæ re-
ctè instituendæ rationem aperiat tibi vel, *viam
suam*, i. sua præcepta quæ à te serio adimpleri op-
tat, tibi insinuet. Hoc etiam ad docilitatem seu at-
tentionem captandam referri potest; est enim **C**
perinde ac si dicat, Non ego, sed Deus ipse docto-
ris munus ager, nam per ea, quæ ego dixero, ille
ipse de suis præceptis edocebit te. Luculenta est
etiam lectio Symmach. & Aquil. *notam tibi fecit
vitam*, i. vitæ bene gerendæ rationem.

**XX. Ecce descripsi eam tibi tripliciter in
cogitationibus & in scientia.**

Ecce descripsi, &c. in Primitiuis voci illi tripli-
citer subest *שלוש* *salisim*, de cuius vocis vi,
ac significatione alij alia ferunt. Fluit quidem ab
hoc themate *שלוש* *Salos*, i. tres aut ter, & quidem **D**
primò *salus*, principem sonat, aut ducem. 4. Reg.
9. *Dixitque Iehu ad Badazer ducem, & 15. Coniura-
uit autem aduersus eum Phicee filius Romelia dux
eius.* Ezech. 23. *Iuuenes forma egregia ducet & ma-
gistratus* Ex Hebræis autem quidam existimant eo
nomine significari Triarium, quem sic appella-
tione existimant, vel à corporis statura, & viribus,
vel ex eo quod triginta militibus imperaret. Se-
cundò nomen illud *salus*, mensuram aliquam, non
quidem magnam, vt aliqui existimant, sed exiguam
& perbreuem significat. Psal. 79. *Et potum dabit
nobis in lacrymis in mensura*, & Isaia 40. *Quis ap-
pendit tribus digitis molem terræ.* Tertio, alij vo-
cem hanc ad germanum illius thema reuocantes, **E**
tres aut ternos, aut tripliciter notari volunt. Hinc
nata mira quædam lectionum varietas; Vatablus,
sive Tigurinus codex sic legit: *Ecce descripsi tibi
triaris*. Rabbi Abraham. *Ecce descripsi tibi verba
principalis, aut ducalis*; Alij, *Principes, ac Ducet*.
Rabbi Leui, *verba gloriosa* Pagnin. *perfecta*. Rab-
bi Abenhezra, *tribus diebus*. Alij rursus habent,
Ecce descripsi tibi triplicata, aut triplicia. Noster
Vulgatus, *tripliciter*: sequutus videlicet lxx. qui
locum integrum sic restituerunt. *Et tu vero descri-
psit ea tibi tripliciter in consilio, & in scientia, super*

A latitudinem cordis tui, sic Vaticana: Compluten-
sis autem, & Regia translatio verba quadam
expunxit: *Tu autem exscribe tibi tripliciter in con-
silio & cogitationem*, Chaldaus: *Ecce descripsi
ea tibi in tribus vocibus in consilio, & in scientia.*

Quot capita tot sententia: Imprimis autem **105**
minimè audiendos puto illos, quotquot huic loco
lucem afferre volentes libri huius cancellos eua-
dunt, hi sunt Dionysius, Hugo, & alij eius sæculi,
qui sic exponunt: *Ecce descripsi ea tibi tripliciter*,
videlicet in tribus libris, in Prouerbiis, in Eccle-
siaste, & in Canticis; in his enim doctrinam ad
triplicem hominum statum intendit, nimirum ad
incipientes, progredientes, & perfectos.

B Item Lyranus, Rabbi Salomon, & Glossa ma-
gna Hebræorum, *tripliciter*, inquit, id est, in Le-
ge, Prophetis, & Hagiographis.

Melius illi, qui intra huius libri terminos sese **106**
coëcent: Nam cum Salomon de ea doctrina ver-
ba faciat, quam tunc ipse auditoribus suis instil-
labat, haud credibile est extra illam ad aliam eua-
gatam fuisse. Sed tamen in his, qui huic libro in-
terpretationem suam obstringunt, mira quædam
discordia est. Origenes in libro quarto Periarch.
Hieronym. in caput decimum sextum Ezech &
& Ioan. Cass. Collat. decima quarta, capite octa-
uo, *tripliciter*, inquit, propter litteram, tropolo-
giam, & allegoriam; nam Anagogiam ad allego-
riam identidem reuocant; quam expositionem
mira concordia amplectuntur omnes illi, qui de
triplici illa, aut quadruplici scripturæ edisserendæ
ratione verba faciunt. Et quidem non ineptè hic
sensus contextui aptatur. Nam cum præmississet
Salomon hæc verba in auditoris sui labijs mira
quadam affluentia redundatura, satis accommodatè
subnectit, *Scripti ea tripliciter*, nimirum ita
scripsi, vt quælibet sententia huius libri triplicem
sensum spiret, litteralem, allegoricum, & tropo-
logicum, atque ad eò vberem dicendi segetem
offerat. Ego verò huic expositioni faciè primas
do, si tamen illud *tripliciter*, non ad triplicem il-
lum sensum adalligetur, sed tripliciter perinde
sit, ac multipliciter, iuxta vulgarem scripturæ
phrasim, quæ sæpius certum numerum pro incerto,
& vago accipere solet, ita vt sensus sit. *Ecce
descripsi ea tibi tripliciter*, i. sic scripsi, vt quælibet
sententia ex his, quas in hoc libro conflaui, non
vnum tantum, sed alios atque alios intellectus capi-
at, atque ad eò fandi vberem copiam suppeditet,
sed & alias interpretationes subnectam.

C Caietanus, cui etiam hæret Rodolphus, illud
tripliciter à Salomone hinc additum existimat, vt
significaret librum istum tribus potissimum par-
tibus constare: subdit tamen Caietanus se harum
partium distributionem non satis vnquam asse-
quutum. Rodolphus audacius librum istum in
tres dissectuit partes, eius tamen sectio nihil illu-
strioris doctrinæ continet, neque ad expositionem
huius libri lucem aliquam præfert. Distribuit er-
go sic Baznus integrum opus: prima, inquit, eius
pars peruenit ad c. 10. secunda attingit cap. 22. &
excludit verba illa, *inclina aurem tuam*, &c. tertia
demum fluit ab illis verbis, *& deinceps* vsque ad
finem. Sed tamen, vt dixi, partitionis istius nullus
est vsus: posset tamen aliquis, cui forsan horum
interpretum consilium probabitur, eam huius
operis partitionem huc vocare, qua nos libri istius
omnes sententias inter tres præcipuos viros parti-
tisi sumus, Salomonem videlicet, Agur, & La-
muelem, qui ab ipsomet Salomone ad condien-
dam sententiis sapientiæ cœnam incredibili lepo-

4. Reg. 9.
& 15.
Ezech. 23.
Psal. 79.
Isa. 40.

105

106

107

re inducti sunt, vt supra in Ifagoge præscripti. Itaque sensus erit. *Ecce descripsi eam tibi tripliciter*. i. à triplici viro eruditissimo dictatum obtuli, præteritum pro futuro. i. *offeram*, quasi dicat, non mihi semper dicendum, sed post me duo alij pari eruditione præditi viri verba facturi sunt. Quod si hæc alicui non displiceant, poterit quidem isthuc euocare lectionem illam Vatab. *Ecce descripsi tibi triarios*, nec non illam, *ecce descripsi tibi Principes*, ita vt sēsus sit. *Ecce in hoc opere tres induxi principes viros, qui te de omnibus edocerent, atque adeo tantorum doctorum serūo arripienda est doctrina.* Cæterum hæc interpretatio, vt dicam etiam quod sentio, non admodum placet.

108

Beda, Strabus, & Salomius de voce ille *tripliciter*. sic decernunt. *Ecce descripsi eam tibi tripliciter*, i. per eam doctrinam, quam tibi instillavi, hæc tria cogitationes, verba, & opera informare apud me constitui. Quid autem certius quam Salomon. documenta hæc tria præstare? Ita quidem reor, sed nihilominus expositio mihi inuisa videtur, quemadmodum etiam duæ aliæ lepore carent: prior sic habet. *Ecce descripsi eam tibi tripliciter*, nimirum ad memoriam instruendam, intellectum auendum, & voluntatem incitandam: posterior est, *tripliciter*. i. acres correptiones, & verba seuera miscens; iucunda sapius ac delectabilia documenta ferens, ac demum perfectissima quædam dogmata inferens. Minora hæc sunt quam vt expendi & illustrari debeant.

Ergo Ianſen. & Vatablus ex Rabi Leui, & ex Abenezra cum lectionem illam probent. *Ecce descripsi tibi verba principalia*, aut, *ducalia*, aut, *gloriosa*. locum istum facile expediunt, putant enim Salomon. ad excitandum auditorem sic fari. *Ecce tibi non aliquas è triuuii petitas, humiles, & inglorias, sed nobiles imprimis, ac principes sententias dedi.* Cur autem Salomonis parabola Principales, Regiæ, aut Ducalēs appellari debeant, supra c. i. verſ. i. longa oratione disceptauim. Nec pigebit ad eum sensum, quem inibi adscripti, lectionem illam reuocare. *Ecce descripsi tibi triarios*, nam per similitudinem sententias quasdam digniores, & axiomata præstantiora non ineleganter triarios dicere possumus, quia veluti triarij tricenos milites, aut plures sibi subiectos & à se pendentes regunt, sic etiam illis grauioribus sententijs, aut dignioribus tanquam principijs alijs, atque alijs subiiciuntur, quæ ab his fluere, ac dependere existimantur. Quapropter si in illa interpretatione hæreamus, qua diximus, Salomonem rationem hinc afferre, propter quam traditæ ab illo sententiæ in auditorum labijs mirabili affluentia exundaturæ erant, satis aptè dicit, à se quidem triarios describi. i. sententias quasdam exarari triarios imitantes, quæ trecenas alias, aut plures regant, ita vt eas tanquam sibi subiectos milites producere, & in aciem vocare semper integrum sit. Possunt etiam alio colore hæc sententiæ *triarij* appellari propter constantem earum veritatem, quia sicut triarius trecenos circa se milites semper habet, qui cum ipso simul ac pro ipso contra aduersarios depugnant: ita etiam singulæ Salomonis parabola alias atque alias verissimas sententias sibi coherentes, & earum veritatem, & constantiam satellitio suo defendentes, ac tutantes habent.

110

Sed ad nostram lectionem redeamus, quæ cæteris præferenda est. *Ecce descripsi eam tibi tripliciter*. Pagninus quidem legit, *perfectè*, fortasse autem ea inductus ratione, quia ternarius numerus ad significandam rei alicuius absolutissimam

A perfectionem adhiberi solet: vnde dicere solemus, *ter maximus*, & apud Maronem.

O terque, quaterque beati, & Diuum Hieron. de Tertulliani nomine sic lusille ferunt, Tertull. esse, ter Tullium, quia illum absolutissimè imitatus fuit, idem etiam iudicium est de Philosophi illius nomine, quem *πρωτεύς*. i. *ter maximum*, antiquitas dixit. Ergo cum ait Salomon, *Ecce descripsi eam tibi tripliciter in cogitationibus, & in scientia*, perinde est ac si dicat. Hanc meam de honestate, ac moribus doctrinam absolutissimam, ac perfectissimam tibi addiscendam & cogitantiam tradidi, ita vt nihil præterea desiderari possit. Et quidem hæc expositio subseruit illis verbis superioris sententiæ, *vnde & ostendi illam tibi hodie*. si quidem dicamus, Salomon. ea oratione significare voluisse magno se compendio vsurum in suo auditore perdocendo: *hodie*, inquit, *illam tibi ostendi*, nimirum hoc ipso die. i. quam breuissimè. Ergo ne auditor existimaret, id quod solet, ob nimiam illam breuitatem de doctrinæ perfectione aliquid detrahendum, accommodatè subiungit, *ecce descripsi*. i. describam *eam tibi tripliciter*, &c. Quasi dicat, breuitas in causa non erit quominus absolutissimam suis omnibus numeris doctrinam hanc meam tibi perbibendam tradam. Hæc interpretatio idonea est, subiicio tamen aliam quæ in hac accommodata magis videtur.

Virg. i.
Æneid.
Hieron.

C *Ecce descripsi eam tibi tripliciter*. i. *multipliciter*, numerus certus pro incerto. Ex dictis in superiori versu constat, Salomonem, qui attentionem & beneuolentiam discipuli eatenus conciliauerat, nunc ab illis verbis, *vnde, & ostendi eam tibi hodie*, totum in eo esse, vt eundem sibi docilem præstet. Rursus docilem imprimis auditorem reddit partitio distributioque orationis: addo etiam auditoris mentem ex nimia contentione lassescere solitum cum doctor in connectendis & consuendis sententijs plurimus est: nam cum ferè nexus, nodusque non ita facile percipi soleat, dum ad illum capiendum mens adspirat, non parum laborat. Et quidem ob eam causam præcepit Plutarchus in symposiacis, vt ea quæ à sapientibus inter epulas iactantur problemata, soluta sint, & ab inuicem distracta, (vt supra in huius comment. Ifagoge præmissi) ne auditorum in conuiuio mens laboret. Salomon igitur vt docilem sibi præstet discipulum sic ait. *Ecce descripsi eam tibi tripliciter*, &c. i. multipliciter ac multifariam; non enim vnâ aliquam orationem, ex partibus inter se coherentibus pangere, aut contexere animus fuit, sed vt mos fert in conuiuialibus colloquijs, multiplices, varias, solutas, & incoherentes sententias conflare volui, quæ ob varietatem delectarent, & ob incoherentiam nimia mentis contentione non indigerent. Interim autem his verbis auditorem comparat, ad audienda ea, quæ sequuntur, ne si quispiam hæcenus aberrasset, & iam ante dictata non satis percepisset, putaret se reliquæ orationis hand compotem futurum, huic enim occurrit affirmans ea, quæ deinde dicturus est, à superioribus minimè pendere, atque aded per se separata ab auditore capi posse: & quidem isthæc expositio propterea mihi ante alias probatur, quia huius operis naturam, & constitutionem præclare exprimit. Vide ea, quæ in præcitata Ifagoge de hac thesi conflauim.

111

D Venio ad translationem lxx. ex qua reducem ad Vulgatam gradum faciam: *Et tu verbè describe ea tibi tripliciter in consilio, & scientia super latitudinem cordis tui.* Præceptum est, ac documentum,

112

quo Salomon auditori suadet, ne hæc verba perfunctoriè excipiat, ita vt quæ in aurem alteram illapsa fuerant, per aliam effluant: sed ea potius menti perfectissimè affigat atque imprimat: itaque hoc sibi vult illud, *tripliciter describe*, sic nimirum exara & incide, vt animo semper altissimè hæreant, nam vox *tripliciter*, auget significationem. Eccl. 43. *tripliciter sol exurens montes*. Hæc autem expositio suadet, vt ad Vulgatam lectionem redeam, quæ sic etiam exponi aptè potest. *Describe eam tibi tripliciter in cogitationibus, & in scientia* .i. hanc de honestate & moribus doctrinam non semel ac perfunctoriè tibi traditurus sum in hoc libro (sumitur enim præteritum pro futuro, vt iam obseruauimus) sed eandem sententiam, eademque documenta nouis schematibus conformata, nouisque pigmentis illita, interdum etiam eisdem tibi iterum atque iterum inculcare decreui, vt menti profundius infigantur. Interim autem rationem affert cur eandem sapiens sententiam vsurpet in hoc libro, & crebrò admodum in eadem materias thesesque incurrat: nimirum vt iteratis vocibus repetita doctrina melius imprimatur. Hunc autem sensum reddit paraphrasis Chald. quæ sic habet. *Ecce descripsi ea tibi tribus vicibus in consiliis, & in scientia*, tribus, inquam .i. multis, nimirum ea tibi repetitis vicibus sapius inculcaui, ne facillè elebantur.

Rursus alio sensu donari potest translatio lxx. *Tu verò describe ea tibi tripliciter in consilio & in scientia super latitudinem cordis tui*, pro verbo illo *describe*, subest in Græc. originib. ἀριεργία, quod reddere licet, *in sculpe* aut *incide*: ea enim est eius verbi vis, quod de typis aut imaginibus dicitur: & ab hac significatione Tullius libros suos philosoph. vocat ἀριεργία, Græcorum .i. eorum imagines, & exempla: vt autor est Budæus. Rursus memoriæ iterum succedant ea, quæ diximus supra ca. 3. vers. 3. ad illa verba, *circunda eas gutturi tuo describe in tabulis cordis tui*, vbi est etiam in Græcis, *super latitudinem cordis tui*, ibi enim multis hinc & inde adscriptis testimoniis, ostendimus olim in more positum fuisse, vt quæ maximè cordi erant, in tabulis, aut laminis potius aureis vel argenteis, exarata & incisa, è collo in pectus appenderentur. Rursus ibidem etiam, sed apertius infra cap. 6. v. 23. ad illa verba, *liga ea in corde tuo iugiter, & describe in tabulis cordis tui*, dum vim illius verbi *liga*, ad trutinam vocarem, animaduerti ea, quæ ad eum modum in eiusmodi laminis describebantur, non expressis & claris notis, sed obscuris, & implicitis signis exarari solita, quemadmodum hodie etiam apud nostrates exscribuntur hæc, quas Vulgo *empresas* appellamus, eumque sensum reddit oratio illa. *Liga ea in corde tuo iugiter, & describe in tabulis*, &c. .i. in subobscuras aliquas, perbreuesque notas, aut symbola coërce, & ea in laminis incide, quæ è collo appensa supra cor demitti consueuerunt. Lege ibi multa in hanc sententiam, & ab illis ad hanc translationem Septuag. statim redi. Quemadmodum ergo in illis locis Salomon, vt suam auditori doctrinam commendaret, non semel ea *in tabulis cordis* .i. in laminis illis, aut bullis supra cor pendentibus imprimere, ac insculpere iussit, ita etiam nunc in hoc loco si in translatione lxx. hæreamus, id quoque suadere videtur cum ait, *Describe ea tibi tripliciter in consilio, & in scientia super latitudinem cordis tui*, nam in duobus locis supra adscriptis, lxx. pro *tabulis cordis*, latitudinem cordis subrogarunt. Iam sese prodit vis ac significatio illius vocis *tripliciter* .i.

A non apertè, sed obscurè & inuolutè; quemadmodum enim *duplicia*, dicuntur, quæ minimè sincera sunt, & candida, sed tecta & implicita, ita etiam *triplicia* licet dicere quod Græcis per quam familiare est, apud quos passim *tertios* .i. tripliciter, idem est quod obscurè & tectè, & de astutis enunciari solet. Ergo cum Salomon ait, *describe ea tibi tripliciter*, &c. sui ipsius imitator est, qui supra scripto loco dixit, *Liga ea in corde tuo*, &c. .i. per eam, qua polles, sapientiam & intelligentiam hæc mea documenta in perbreues & obscuras notas coge, in bullis incide & insculpe, & supra cor appende, quod qua ratione intelligit, & bonum ad sensum allici debeat, in illis locis longiori oratione discussimus. An verò Vulgata Lectio ad hunc sensum vocari possit, tu videris.

XXI. *Vt ostenderem tibi firmitatem, & eloquia veritatis, respondere ex his illis, qui miserunt te.*

Vt ostenderem, &c. Heb. *Ad sciendam certitudinem eloquiorum veritatis, ad referenda eloquia veritatis mittentibus te* Vatabl. *Ad referenda eloquia veritatis his, qui ad te mittunt*. Chald. concinit cum nostra lxx. *Docet igitur te verum sermonem, & scientiam obaudire: vt respondeas sermones veritatis his, qui proponunt tibi*, sic conuertit Hieronymus in cap. 16. Ezech. hæret autem Hieron. Origenes, qui in lib. 4. Periarch. sic habet. *Vt respondeas verba veritatis his, qui proposuerunt tibi*. Et quidem ita reor lxx. interpretes in hoc loco agnouisse translationem illam Vatabl.; atque adeo ad verbum sic locum conuertendum existimasse. *Vt respondeas sermones veritatis his, qui ad te miserunt*, sed omissis verbis sensum tenuisse: nam mittere verba ad aliquem, perinde est atque illi eadem proponere. Nec abhorret hoc à textu originali, quamuis inibi legamus *לשולכעכה* *Lesolechecha*, quod sic videtur restituendum, *mittentibus te*, vel *ad mittentes te*. Tamen vt non semel obseruat Mercerus, solenne est in hoc idiomate præpositionem verbi præmittere, ita vt perinde sit *לשולכעכה* *Lesolechecha*, atque *שולכעכה* *Solechecha*. Quapropter meum de Vulgata lectione iudicium hoc est, scilicet interpretem nostrum Hebraicum (vt sæpe alias) integrum seruasse, hunc tamen Hebraicum ab expositore soluendum esse: atque adeo illa verba, *Vt respondeas ex his illis qui te miserunt* ad eum sensum esse vocanda, *Vt respondeas ex his illis qui ad te miserunt*, atque ita omnes concinunt translationes, & sententia redditur illustrior.

Non igitur audiendi meâ sententiâ sunt, qui verba isthæc vt sonant interpretantur. *Vt ostenderem tibi firmitatem, & eloquia veritatis*, .i. vt tibi traderem firmas quasdam, constantes, verasque sententias. *Vt respondeas ex his illis, qui miserunt te*, .i. vt his instructus possis semper appositè admodum occurrere, ac respondere his qui rei, aut negotij quidquam tibi commiserint, aut demandauerint: vel his qui ad aliquid peragendum te nuncium, aut legatum instituerint. Nam in legationibus obeundis, inquit, illa prudentia & peritia, quæ in hoc Salomon. libro traditur, imprimis necessaria est. Minimè, inquam, audiendi sunt isti, quia Sapientis in hoc loco alia longè & diuersa mens est.

Ergò cum iam constituerim verba illa, *Vt respondeas ex his illis qui miserunt te*, perinde accipiē-

205

214

Hieron. Orig.

215

216

216

da

da esse ac si dicant, *Et respondeas ex his illis qui miserunt ad te*, duplex sanè huius loci interpretatio reddi potest. Prior est, *Et ostenderem tibi*, &c. i. propterea hæc mea documenta tibi tripliciter descripta dedi. i. multis scilicet, ac dissimilibus sententiis, aut, si placet, obscure & inuolutè (vt supra exposui) *Et respondeas his qui miserunt ad te*. i. vti his qui ad te consulendum aut tentandum miserint aptè respondere possis. Fortasse autem adludit ad veterem morem. Erat enim apud Heb. solemne sapientum peritiam obiectis problematibus periclitari, cuius moris vestigia sunt 3. Reg. 10. Vbi de Regina Saba sic scribitur. *Regina Saba audita sapientia Salomonis venit tentare eum in enigmatibus, & docuit eam Salomon omnia verba, quæ proposuerat, non fuit sermo, qui Regem posses latere, & non respondere ei.* Item Iosephus lib. 8. Antiq. ca. 2. docet Hyramum Regem & Salomonem diu inter se super ænigmatibus & problematis disceptasse, ac demum Hyrami sapientiam Salomoni velle. *Questiones, inquit, ænigmaticeas Tyrius Rex ad Salomonem transmisit, at ille callens eiusmodi rerum nihil inexplicatum relinquebat, sed omni ratione peruincens apertissime declarabat.* Et Eccl. 47. Salomonis panegyricum texens illius in problematibus diluendis peritiam sic describit. *Terram rexit anima tua, & replesti in comparationibus ænigmatum, in cantilenis, & prouerbis, & comparationibus, & interpretationibus mirate sunt terra.* Nam cum ex omnibus terræ plagis, ac regionibus legati ad Salomonem mitterentur, qui propositis prouerbis, atque ænigmatibus illius sapientiam periculo aliquo cognoscerent: omnibus quidem tanto acumine occurrebat, vt nulli rationi eius peritia comperta non esset, omnesque sapientiam illius suspicerent. Locus igitur iuxta ea, quæ præmisimus, sic edifferendus est. *Et respondeas his qui miserunt ad te*. i. his problematibus atque documentis imbutus eam scientiæ, atque prudentiæ facultatem assequeris, per quam omnibus, qui ad te aut consulendum, aut tentandum miserint, facili negotio satisfacere queas.

Posterior autem expositio, quæ mihi accommodata magis videtur, id postulat, vt memoriâ repetamus ea, quæ in Isagoge huius commentarij longa oratione persequuti sumus: videlicet istius libri sententias multiplices, ac dissimiles ex earum numero esse, quæ in conuiujs iactari, & disceptari olim solebant. Atque ea de causa Salomon valde appositè, *sapientia conuiuium* instituit cap. 9. & totum deinde librum in conuiuio dictatum fingit, lege ibi multa de hac thesi. Ergo Sapiens inter alia emolumenta, quæ ex hoc libro percipi possunt, illud recenset, quod is, qui eiusdem documenta, & sententias tenuerit, ac percaluerit, quæ sit in conuiuio atque epulis aptè admodum ad proposita sibi problemata respondere possit. Hoc sibi vult translatio lxx. quæ sic habet. *Et respondeas sermones veritatis his, qui proponunt tibi.* Vbi nam? non alibi quidem nisi in conuiuio: ibi enim istiusmodi sermones proponi, exponique solebant. Cõstruitur autem hæc expositio per quã aptè cum superiori sententia. *Ecce descripsi eam tibi tripliciter, &c.* nimirum multis, atque inter se nullo nexu adstrictis sententiis, aut perobscuris, & implicitis problematibus. Quorsum? *Et respondeas sermones veritatis his qui proponunt tibi*. i. vti his instructus, & edoctus, ad eas, quæ in conuiujs proponi ac discuti solent, multiplices ac perobscuras sententias præclara admodum respon-

Tom. 2.

sa reddere possis. Nam vt in dicta Isagoge etiam pluribus docui, sententiæ quædam perbreues in conuiujs iactari consueuerant, solutæ & incoherentes, sapius autem obscuræ, & quæ non faciles haberent explicatus ad torquenda conuiuorum ingenia, ei nimirum adsimiles, quæ Samson in nuptialibus epulis Philistinorum aciem per septem dies expertus est. Iud. 13. *De comedente exiit cibus, & ac forti egressus est dulcedo.* Et quidem ad eum sensum vocanda est lectio Vatabli, à qua nostram minimè abhorre dicit. *Et respondeas ex his illis, qui miserunt ad te*, ita vt illud, *miserunt ad te*, perinde sit atque iactarunt, vel obiecerunt tibi, vel aliter appositè magis ad conuuium, & coniuiales sermones, de quibus hinc agi diximus, *Et respondeas ex his illis, qui miserunt ad te*, id est, vti his edoctus aptè admodum respondeas his, qui ad te inuitandum seruos suos miserint: ita enim ferebat antiquus mos, vt is qui amicos conuiuio excipere decreuerat, destinato tempore ad conuiuas accersendos seruos suos emittere soleret, sic habes supra cap. 9. in conuiuio sapientiæ. *Misit ancillas suas vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis* & in Euangelio. Matth. 22. *Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & volebant venire: & iterum misit alios seruos dicens, &c.* De hac veterum consuetudine lege Fuluium in Triclin. Romano. Ergo ait, *Et respondeas ex his, illis qui miserunt ad te*. i. vti his eruditus sententiis possis vtique in lautioribus conuiujs de propositis problematibus opportuna his responsa dare, qui ad te inuitandum seu accersendum seruos suos miserint. i. his qui te conuiuio exceperint, & inter epulas obiectis parabolis mentem tuam fortasse torquere voluerint.

XXII. Non facias violentiam pauperi, quia pauper est, neque conteras egenum in porta.

XXIII. Quia iudicabit Dominus causam eius, & configet eos, qui confixerunt animam eius.

Non facias violentiam, &c. Hebr. *Ne diripias tenuem, quia tenuis est, neque conteras afflictum in porta*, non dissentit Chald. lxx. *neque inhonores imbecillum in portis.* Symmac. priora verba sic extulit, *ne diripias pauperem.*

Sententia huius prioris versus perspicua est: prohibet Salomon ne quis pauperibus vim & iniuriam afferat, ex eo quia pauperes sunt; ita enim euenire consuevit, vt paupertas, quæ misericordiam potius extorquere deberet, auaris quidem audaciam, & animos ad ipsosmet pauperes spoliandos, & diripiendos faciat: auaritia enim sæuit in non repugnantes. *Neque conteras egenum in porta*; per portam significari subsellia, in quibus magistratus ius dicebant, iam inde supra non semel dixi. Possunt ergo hæc verba vel ad iudices referri, vel ad eos, qui lites contra pauperes mouent; & si quidem ad iudices referantur, sensus erit, ne cum pauperum audis causas, in eos nimis ferus sis, neue contra ius fasque illos opprimas, ac pessum ire velis. lxx. *Neque inhonores imbecillum in portis*, ne scilicet illum in causa honoris despicias, & gloriam eius violes: id enim magistratibus per quam familiare vitium est, vt in eiusmodi causis, in quibus honor agitur, pauperes leuissimas

ob causas violent ac dedecore afficiant, cum contra, diuitibus, etiam magna peccantibus, indulgeant. Nostra igitur Vulgata Lectio ad hunc sensum vocari debet, vt posterior pars à priori diffideat: itaque sensus est. *Neque conteras egenum in porta. i. ne illum facile leuissimis, aut nullis de causis dehonestes, id sibi vult illud conteras. i. conculces, aut pedibus obteras. Puto autem vtramque huius loci partem magistratibus accommodari debere, ita vt extrema illa vox in porta, ad prius etiam hemistichium spectet: nam cum omnis causa, quæ cum paupere disceptatur, aut ex his sit, in quibus fortunæ, aut ex his in quibus honor agitur, vtrumque complexus est Salomon: atque adeo magistratum admonet ne pauperem in causâ fortunarum facile spoliaret, neue illum in causâ honoris facile lædat, ex eo solum quia pauper est. Itaque non prohibet Sapiens pauperem spoliari, aut etiam diffamari, si illius delicta hanc sibi pœnam exposcunt, sed tunc cum nulla alia huius infamiae, aut spoliij causa subest nisi paupertas, aut imbecillitas, propterea dicit, *Ne facias violentiam pauperi, quia pauper est, &c.**

119

Quod si Salomon in hoc loco non magistratus, sed omnes in vniuersum diuites, aut potentes affatur, mutatis personis, similis omnino sententia euadit. *Ne facias violentiam pauperi, quia pauper est, &c.* ne scilicet diuitiis ac potentiâ fretustenues pauperis fortunas inuadas, ex eo quod ille paupertate sua pressus tibi obistere non valet, *Neque etiam conteras egenum in porta, ne scilicet litem illi iniustam moueas, vt illius etiam per vim bona diripias.* Hæc quàm solemnia sunt diuitibus, ac potentibus, nemo ignorat. Addo etiam tantæ deordinationis culpam à quibusdam in Dei prouidentiam reici, quod eleganter attigit Chrysostomus in homilia, *Quod nemo læditur nisi à seipso, vbi sic scribit. Quotidie videmus læditi quam plurimos & affligi; & opprimi cum omnium iniuriis humiles, & infirmos à potentibus, & fortibus, & pauperiores à ditioribus inuadi; & sicut non est possibile numerare fluctus maris, ita neque hi, qui affliguntur, & iniuriam patiuntur, possunt numero comprehendere: quibus neque leges subueniunt, neque iudicium metus, neque vlla vis alia morbum hunc ac perniciem potest cohibere. Ipsi enim iudices, qui ad hæc reprimenda constituti sunt, grauiores sæpè tempestates aduersus imbelles suscitare solent: & in tantum labes mali huius augetur, vt nonnulli infelices, & stulti in id insaniam proruperint, vt etiam diuinam pro his prouidentiam culpent.* Hæc ille. Salomon ergo, vt ab hac culpa & calumnia Dei prouidentiam vindicet, addit eos, qui hæc in pauperem admittunt, inultos & impunes minime abituros, sic enim attexit.

Chrysost.

120

Quia iudicabit Dominus causam eius, & configet eos, qui confixerunt animam eius. Hebraicè ad verbum. *Quia Dominus litigabit litem eorum, & configet animam, &c.* in Primitiuus est, קרבן Kabangh, de cuius verbi significatione non vna est interpretum sententia. Vulgatus tum hîc, tum alibi vertit, *configet*, Malach. 3. *Si affliget homo Deum? quia vos configitis me, & dixistis: in quo configitis te? In decimis, & primitiis: & infra. In penuria vos maledicti estis, & me configitis gens tota.* Cæterum alij putant germanam illius verbi vim esse rapere, aut diripere, atque adeo Salomonis locum aliter atque aliter restitunt. Rabi Ahenhezra tres illius translationes excogitauit, nimirum, *Corrumperet, aut perdet, aut capiet eos, qui corrumpunt, vel perdunt, vel rapiunt animam eius.*

Malach. 3.

A Rabi Himanuël paulo aliter, *& rapiet rapientes eos rapinâ animæ.* Chaldaus vlciscendi significationem huic verbo accommodauit, ita enim fatur, *& vlciscitur vltiones animarum eorum.* LXX. verò, ni fallor, aliter de huius thematis significatione senserunt; apud illos. n. Kabangh, perinde fuit ac *protexit, tutaui*, nam ab ea radice fluit, קרבן Kobangh. i. *galea, vel castis*, ex eo quod caput ab ictibus tueatur aut protegat. Ergo lxx. sic conuertunt, *Dominus enim iudicabit eius iudicium, & erues suam animam tutam.* Græc. ἄσπλον. Aquila concinit cum Vulgato interprete: Symm. verò sic extulit, *& torquebit eos, qui torquebant animam eius.*

B Sententia huius loci perspicua est: Salomon enim vt ostendat nullam esse in rebus humanis temeritatem, sed in omnibus Dei nutum, & prouidentiam spectari, subdit, eos, qui pauperibus vim afferunt, haud inultos futuros. *Quia iudicabit Dominus causam eius* id est, pauperis. Si superiorem versum de magistratibus accipiamus, qui de iure pauperum contra fas detrahunt, apposita est nostra lectio, id est, Iudices illi iniusti, & in pauperes seueri coram Deo tandem sistendi, & ab ipso super iniuriâ pauperi illatâ iudicandi sunt. Itaque Salomon hoc affirmat, scilicet pauperum causas ab hominum subselliis vbi plerumque contra ius fasque damnari solent, ad Dei tribunal transferri, atque ibi iudices ipsos humanos tanquam reos comparere, & puniri.

121

C Quod si superior locus ad diuites ac potentes in vniuersum spectat, qui iniustas lites aduersus pauperes mouent, accommodata est translatio originalis. *Dominus litigabit litem eius*, id est, Dominus causam illius in se suscipiet, vel (liceat sic dicere) procuratorem aget, & pauperis litem tuebitur. Nam cum pauper seipsum à diuitum iniuriâ defendere non possit, & alij etiam illius causam tueri recusent, necnon iudices muneribus, aut minis potentium corrupti, ad pauperem damnandum facile induci soleant, Deus vtique causam hanc ad se pertinere existimat, atque illam exactius examinat. Itaque si de iudicibus sermo est, illos vtique diuini iudicij seueritatem expectare iubet Salomon; si autem de his, qui lites iniustas pauperibus intendunt, pro his Deum ipsum litigatorem, & procuratorem acturum affirmat. Subdit.

122

Et configet eos, qui confixerunt animam eius. Beada atque Hugo in hoc loco imitati sunt Hieronymum, qui in cap. 3. Malachiae, cum obseruasset verbum illud Kabangh, in linguâ Syriacâ perinde esse ac *confodere, aut configere*, hanc significationem propterea se in eo loco pratulisse dicit, vt de Christi cruce locum interpretari posset. Ansam igitur hanc arripientes præmissi doctores etiam locum istum de Christi cruce interpretari conati sunt, sic enim aiunt. *Neque conteras egenum in porta, id est, ne Christum, qui pro nobis omnibus egenus factus est, in iudicio condemnes, & morti iniquissimæ adiudices, quia Dominus iudicabit causam eius.* Quid inde? *Et configet eos, qui confixerunt animam eius*, id est, illos videlicet qui eum cruce affixerint, multis calamitatibus, & ærumnis configet. Et quidem Hugo hîc prophetiam agnoscere videtur, atque verba hæc aduersus illos conuertit, qui mortem Christo intulerunt. Hæc tamen per accommodationem dicta sunt. Cæterum, si ita libeat, hanc etiam de Christi cruce expositionem ad pauperum iniurias transferre integrum est. Succedat igitur memoriæ id.

123

quod sæpè aliàs diximus, Christum Dominum A
non modò in pauperibus beneficiis affici, sed
etiam lædi ac violari, eadem enim ratio est doni ac
damni, atque idèò Christus verba illa communia
protulit. *Quod uni ex minimis meis fecistis, mi-
hi fecistis*, siue illud beneficium sit, siue nocumen-
tum, & damnum; & idèò in Euangelio ait, *Esu-
riui, & non dedistis mihi manducare, &c.* Salomon
igitur sic ait. *Ne conteras egenum in portâ*, ne sci-
licet Christum (qui, quemadmodum in paupe-
re muneratur, ita etiam læditur) in iudicio spo-
lies, aut quacunque aliâ ratione iniustè defraus-
des: hæc enim omnia damna Christus subire eo-
gitur. Quid inde? *Dominus iudicabit causam eius*,
ipsius enim Christi causa agitur, atque adèò li-
benter à Parente suscipitur: *Et configet eos, qui* B
confixerunt animam eius, id est, eos qui pauperibus
imposturam, fraudem, & vim facientes, ipsum
rursus Christum cruci affixerunt, ipse etiam in
crucem ager, hoc est, ærumnas, calamitates, &
supplicia hoc scelestè digna subire coget. Ad
hanc sententiam videntur spectare verba Hie-
ronymi in cap. 3. Malachie, vbi ad illa verba, *si*
affiget homo Deum, quia vos configitis me, &c. sic
scribit, *Hoc quod diximus באיבן חייבאנג, Lin-
gua Syrorum, & Chaldaeorum interpretatur, si affi-
get: unde, & nos ante annos plurimos ita vertimus*
*magis ad mysterium Dominica passionis, in qua ho-
mines crucifixerunt Deum, quam ad decimas, &*
primitias (quibus visitatur in carcere, & agrotus
suscipitur, & esuriens sitiensque cibum accipit, &
potatur) scripta referentis. Quærat prudens lector
quomodo nostra interpretatio cum his congruat quæ
sequuntur, in decimis, & primitiis; & videat an
possimus hæc dicere; Vt me affigeretis cruci, ut scele-
leratas manus inijceretis Deo vestro multarum antè
rerum meditatione fecistis, subtrahendo decimas, &
primitias, non dico Sacerdotibus, & Levitis, sed mi-
hi, qui eas per Moysen iussi dare: nam quidquid ex
his Sacerdotibus non donatur, mihi utique substra-
hitur. Ad eundem modum in hoc Salomonis loco
accipi possunt illa verba, *& configet eos, qui confi-*
xerunt animam eius, i. illos, qui pauperi vim affe-
rentes ipsummet Christum clavis iterum quodam-
modò confoderunt, & cruci affixerunt, Deus
è cruce similiter suspendet.

Sed illud adhuc declaratione indiget, quoniam
scilicet modo is, qui pauperem spoliatur aut de-
honestat, Deum rursus crucifigere dicatur? Oc-
currerit aliquis, & dicet, quia pauper bonis suis
defraudatus morti adigitur, hanc verò pauperis
mortem Christus Dominus suam putat. Alius
autem dicat id ex peccati natura euenire; Omnis
enim qui peccatum aliquod admittit, rursus
Christum in semetipso crucifigit, teste Paulo.
Meliùs Augustinus; Quia Christus in cruce ex-
tremæ paupertatis iniurias expertus est, nam sub
dio, nudus, siti enectus, & fame, in cruce dece-
sit; hæc verò sunt omnes paupertatis iniuriæ, do-
mo, vestibus, cibo, ac potu carere. Ergo quia
diues pauperem bonis suis defraudans illum ad
omnes istiusmodi paupertatis ærumnas compellit,
idèò Christum in ipso rursus crucifigere di-
citur: quia nimirum illas omnes iniurias, & mo-
lestias in paupere experiri denuo quodammodo
Christus cogitur, quas in cruce demum obiens
expertus est. Ad hæc cum Salomon dicit, *configet*
eos, &c. de cruce etiam id accipi debet, vt priora
posterioribus respondeant; quasi dicat, eos
etiam in crucem ager, nimirum eodem modo af-
ficiet, atque etiam ad inopiam similem compel-

let, id est, absque domo, nudos, fame, sitique ene-
ctos emori coget, sic enim crimen ac pœna inter
se congruent. Demum circa illa verba, *quia confi-*
xerunt animam eius, obserua aliquid in gra-
tiam pauperum: qui enim eos diripit, ac bonis
suis quoquomodo priuat, non corpus, sed (quod
acerbius est, Christi animam cruci affigit: est
enim hic spiritualis cruciatus, atque adèò ad ip-
sam Christi animam pertinens: animi autem crux
longè grauior est quam corporis. Sed quamuis
hæc per accommodationem non insulsè ad hunc
locum commentari queant, tamen si ad litteram
spectemus, alia est verborum sententia.

Configet eos, qui confixerunt animam eius. In-
terpretes alij nihil peculiaris sententiæ huic ver-
bo subesse existimant, sed, *configet eos*, perinde
esse arbitrantur atque illos ærumnis, & calami-
tibus confodiet. Cæterum (ni fallor) ver-
bum, *configet*, tam hic, quam etiam Malachie
tertio, idem est quod decipiet, seu imposturam
faciet. Hæc fuit mens lxx. qui verba Malachie
sic extulerunt. *Si supplantat homo Deum, quis*
vos supplantat istis me, & dixistis, in quo supplan-
tauimus te? &c. apud Hispanos etiam vulgo di-
cimus, *clauar una persona*, hoc est illam dolo aut
fraudibus capere. Dicit autem quispiam me-
taphoram delumptam fuisse ab illis belluis, qua-
rum bales ferro armari solent; si tamen clauis
altius ad internam vngulam peruadant, earum
pedes eliduntur ad cursum: hoc autem ad do-
los referri potest, quia clauis illi, qui pedem ar-
mare, & instruere exteriùs videntur, illum
potius fauciant. Et quidem ab hac metaphora
ductum videtur verbum supplantatio, quamuis
hoc verbum aliqui etiam à bellico stratagemate
petitum fuisse autumant, quando equorum
plantæ ferreis etiam aculeis sub terram missis
pertundi, & ad cursum hebetari solent, quod
aptum etiam est ad fraudes notandas. Ad rem,
configet, inquit, *eos qui confixerunt animam eius*, id
est, in eos, qui per dolos ac fraudes pauperem
spoliarunt, fraudes dolosque conuertet, ita vt
quemadmodum ipsi pauperem virum, ac te-
nuem, qui partis iam bonis, licet exiguis, ad
alia & alia labore & industria sua paranda mo-
ueri poterat, illis suffuratis supplantarunt: ita
etiam ipsos ad ampliores fortunas properantes
detractis his, quæ prius contulerant velut ada-
ctis clavis continebit, ac sistet. Neque abhor-
ret ab hac nostra expositione Isidori Clarij iu-
dicium, qui verbum hoc *configet*, appositè ad
ea, quæ diximus sic exponit, *& configet eos*, &c.
id est, eos immisissis clavis defiget ne vterius ad
censum augendum contendant, sed potius par-
ta consumant, *quia confixerunt animam pau-*
peris: anima, inquit, hic pro spiritu est; hoc
sensu, *Quia si quos pauper aluerat spiritus vt*
per industriam, & laborem fortunas suas ali-
quando se aucturum speraret, hos quidem di-
ues ille partis iam bonis ipsum iterum, atque
iterum defraudans elidit, atque opprimit; nul-
lis enim laboribus, ac nulla industria putat se
in diuitem euadere posse, quem toties diuitum
imposturæ conquestis iam fortunis vacuum red-
diderunt.

Quod si id non placet, sensus erit sincerior
ad hunc modum, *Configet eos, qui confixerunt*
animam eius. Verbum *Configet* plagam significat
ad interna peruadentem, quasi dicat, illum san-
nè non aliquo supplicio afficiet ex his, quæ
externa sunt, & externa tantum bona attingit.

Hierony.

124

Hebr. 6.

125

126

gunt, atque adeò leuius feruntur, sed plagam illi inmittet internam, quæ animam illius, ac viscera penitus lauciet; quasi dicat, *le herira en lo uiuo*, quia nimirum ipse simili modo pauperi plagam intulit satis internam, & ad animam vsque permeantem, cuius non modò fortunas omnes diripuit, sed etiam honorem violauit.

127

Quod si alias lectiones ad libram vocemus, inde fortasse splendoris aliquid huic loco accedet. Illa quidem satis vulgaris apud Hebr. *rapier animam rapientum eos*, vel, vt Himanuel restituit, *rapier rapientes eos, rapina anima*, sensus autem est dilucidus, id est, ab his, qui bona, & fortunas pauperibus per fraudem abstulerunt, Deus ipse non modo opes, ac copias, sed animam ipsam, hoc est vitam, & spiritum eripiet, & quasi furto auferet. Et quidem hic fandi modus (ni fallor) significat miserimum mortis genus, quod Deus his, qui pauperes fraudulenter opprimunt, inmittere solet, vt sicut ipsi fortunas pauperum, ita vicissim Deus animam eorum effunderet, ita videlicet decernens; vt de improuio, imparatos, & inopinantes illos mors inuadat, tunc enim mors obituusque tanquam fur accedere dicendus est, cum imparatum hominem appetit. Quemadmodum de die Domini, seu iudicii commonet Paulus secundum ad Thessal. quinto. *Quia dies Domini, sicut fur in nocte ita ueniet; cum enim dixerit pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in uero habenti, & non effugient*, & Petrus secundæ cano. capite tertio, *Adueniet autem dies Domini ut fur, in quo cæli magno impetu transibunt*, &c.

2. Ad Thess. 5.

3. Pet. 3.

128

Denique translatio lxx. etsi ab omnibus longe abire videatur, tamen si attentius inspicatur, Vilgata lectioni proximè hæret. *Dominus enim iudicabit eius iudicium, & eruet tuam animam tuam*: supra quidem huius lectionis originem obseruauimus, dum vim illius uerbi קָבַח *kibach* expendere; sensus autem sic conformandus, & cum superiori uersu consuendus est. *Non facias violentiam pauperi qui pauper est*, &c. (alloquitur magistratum ac iudicem; si enim ita cum eo egris, omnemque vim aut iniuriam ab illo prohibueris, tunc cum Dominus supremus rerum omnium censor, iudicium & sententiam, quæ in causa pauperis à te lata est, examine suo liberauerit, tuam animam ab omni discrimine liberabis. Quasi dicat, si animam tuam tutam, sartam, testamque esse vis, ne quid in pauperem contra ius & fas committas; qui enim pauperem in iudicio lædit, vitam suam, & salutem in præsentissimum discrimen adducit. Si quid enim in fortunas aut honorem illius peccatur, non fortunarum tantum, sed ipsius animæ iactura luitur. In Græcis est: *καὶ πῶς οὐκ ἐπιτίμω, ἰσχυρῶς*. Quæ uerba sic aliqui extulerunt. *Et animam tuam in asylo pones*. Dicebatur olim *Asylum*, locus, in quem sese recipientes rei tuti erant, atque inde ad pœnam extrahi non poterant, quia immunitate gaudent nostro sæculo templa. Cæterum id per leges sancitum semper, & decretum fuit, ne fures in asyulis aut templis securi forent, sed inde etiam ad supplicium abduci possent. Ait ergo Salomon, *Et animam tuam in asylo pones*, etiam si alia admiseris delicta, si tamen pauperum fortunas per furtum non abstuleris, licebit tibi ad Dei misericordiam, tanquam ad asyllum confugere, à qua nemo ad pœnam extrahi potest: si uero pauperem bonis suis fraudaueris, non ita; nam furibus aditus ad asyllum non patet. Vel aliter aliqui extrema illa

A uerba ad pauperem ipsum intendi uolunt. *Et eruet tuam animam tuam*, hoc sensu, *Dominus iudicabit eius iudicium*, id est, Dominus causam pauperis in se recipiet, illumque ab omni iniuria uendicabit; deinde uero pauperem affatus, ait, *tu, o pauper, qui hæc à diuite, vel ab iniquo iudice pateris, & si fortunas tuas euerit & perire uideris ne propterea plus æquo doleas, nam erues animam tuam tutam*, id est, inter has fortunarum iacturas, animam tuam salus minimè periclitabitur. Quasi dicat, diues ille opes iniusto lucro pariens animam perdit, tu uero fortunas amittens animam seruas, atque adeò longè deterior est illius conditio; nec tantum animam tuam ab interitu seruas, sed etiam illam in asylo pones. Quonam modo? ad paupertatem tuam redactus; paupertas enim homini pro asylo est. Chrysol. in homil. de recipiendo Severiano. *Paupertas*, inquit, *tutum est asyllum, portus tranquillus, perpetua securitas, delicta periculorum expertes, uoluptas sincera, uita turbationum nescia, uita fluctuam ignara*, &c. pauper igitur ad suam paupertatem redactus, in asylo, in portu, & in perpetua securitate ueriat, atque adeò aptè in illum quadrant illa uerba, *Et erues tuam animam tutam*. Quomodo autem paupertas asyllum sit, alibi diximus.

Chrysol.

C **XXIV.** *Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum uiro furioso.*

XXV. *Ne forte discas semitas eius, & sumas scandalum anime tue.*

Noli esse amicum, &c. Heb. *Ne associaris Domino nasi*, & cum uiro exardescensiarum ne congregiaris. Chald. *et cum uiro iracundo ne ingrediaris*. LXX. *neque cum amico iracundo cohabitares*. Per actum, seu angustum nasum iram notari sæpe aliàs diximus.

129

Sententia huius prioris carminis est luculenta: docet Salomon prudentiæ non in nimiam partem esse amicorum delectum habere, imprimique ab illius familiaritate abstinendum, qui facillè ira corripitur; nam inter amicos alij in alios non pauca peccant, atque adeò si quis est ad iram pronus, passim exardescit. Hominem ergo ad irascendum facilem appellat Salomon, *Dominum nasi*. Heb. *בַּחְבָּלֶיךָ* *bachhalaph*, sic aliqui ad uerbum extulerunt, sed non placet, quia *Dominum esse iræ*, aut *nasi*, perinde est atque in eam potestatem habere. illam coercere, & temperare, nisi dicamus *Dominum iræ*, dici eum, qui cum Dominus alioqui sit, ad iram pronus est, eum nimirum, qui cum dominij autoritate iram copulat: in potentioribus enim iracundia esse solet, quia autoritas & dignitas iram acuit. Regia uero translatio habet. *Ne associaris cum autore nasi*, aut, *iræ*: & quidem biliosum hominem autorem iræ appellare licet, cum quia ipse dissidiis, & contentionibus causam, ut plurimum, dare solet, tum etiã quia sapius cum nulla subest iracundiæ causa, ipse nihilominus læuit atque adeò ipse sibi iræ suæ autor est. Rursus alij vim uocis Hebraicè eruentes sic locum restituendū putant. *Ne associaris cum marito*, aut *coniuge nasi*, aut, *iræ*. Et sanè non insulsè uir ad iras propensus, *maritus iræ* appellatur, quia iram ueluti coniugem sibi copulatam, & coherentem habet, eamque quoquo uersum circumfert. Comparatur autem appositè iustissimò

D

E

di hominis biliosi ira vxori, siue quia fœminarum ad irascendum leue ingenium est, *Non est enim ira super iram mulieris*; siue quia vxores domesticarum turbarum irarumque autores sunt: siue etiam quia sicut vxor deserui ac repudiari non potest, ita etiam iracundi conceptam semel iram vix nunquam deponunt. Et quidem mihi ita videtur in priori loco per hominem iracundum eum notari, qui conceptam semel iram diutius apud se seruat, & coquit, atque eum propter iræ diuturnitatem, *coningem ira* appellari. In posteriori autem loco per virum furiosum eum innui, qui ad irascendum facilis est, qui aptè dicitur, *vir ex-candescens*, in numero multitudinis, quia sæpe admodum ab ira corripitur: vterque enim ad familiarem vsum minimè idoneus est. Nam qui iram diutius seruat, semel læsus in gratiâ deinceps non redit. Cùm verò inter amicos etiam nonnullæ simultatum causæ exoriri soleant, hinc est, vt qui conceptam iram serò ponit, ad amicitia fœdera ineptus sit. Ad eundem modum qui passim ob leues iniurias ira incitatur ad societate copulandam aptus non est, quia per eiusmodi repetitas iras fit, vt nunquam animi inter se prorsus cohæreant, nec gratia coalescat. Rationes autem, ob quas istiusmodi amici à viro prudenti vitandi sunt, attexit his verbis. *Ne forte discas semitas eius, & sumas scandalum anime tue.* Hæbr. & *capias laqueum anime tue.* Vox primitiua, *laqueum* & *scandalum* sonat. lxx. & *accipias laqueos anime tue.* Chald. & *inuenias laqueum anime tue.*

Duas afferit rationes, propter quas ab hominis iracundi vfu & amicitia abstinere oportet. Altera est. *Ne forte discas semitas eius*, homo irâ incitatus illum, in quem læuit, ad similem iram concitare solet, imò nihil magis bilem mouet quàm hostis ira. Propterea Basilius, vt huic malo occurrat, in homilia de irâ sic consulit. *Noli ergo malam referre gratiam, neq; mali mutui restitutor esse. Tu autem contra facis, qui velut vndam fluentem illius iram in cordi penetrabilia suscipiens, ventros imitari contra flatibus aduersis resistentes.* Hoc est commune damnum, quod sæpius ex aduersariorum irâ nobis euenire solet. Subdit verò Basilius. *Noli tuo aduersario pro magistro vti, nec fieri veluti speculum irati velis, illius formam in te ipso ostendens.* Hæc ille, qui dum oppositum suadet id, quod aliàs euenire solet apertè indicat, ait enim, *Noli tuo aduersario pro magistro vti.* Sic enim sæpius contingit, vt is qui alium in se incitatum conspexit, ab eodem motus omnes, verba, & impetus velut discipulus à præceptore suo condiscat; propterea Salomon ait: *Ne forte discas semitas eius.* Quasi dicat, abstine ab homine iracundo, ne forte illo pro magistro utaris. Rursus addit. *Nec fieri veluti speculum irati velis*, nam ita fermè contingit, vt qui alium in se iratum experitur, omnes illius gestus & motus, speculi ad instar, in se exprimat. Vnde Gregor. Nazianz. in iambico de Ira, cùm dixisset homini irato speculum obijciendum esse, vt vultus sui deformitatem contemplari possit.

Præstaret (inquit) feruidis ira graui, Speculum, vt videntes dedecus. & probrum suum.

Huiusce morbi quidpiam hinc remitterent.

Deinde subdit.

Quin hoc statutum est, nempe violator tuus.

In quo ipse tete, si vocas, cernas licet.

Id enim hominum ingenium est, vt is qui alterum contra se futere vidit, quadam naturæ de-

prauatæ lege illius in se vultum excipiat, gestusque omnes adumbret. Meritò ergo Salomon docet vitandum esse furentium consortium homini prudenti, & cordato, ne illi suam in illum formam, & imaginem transferant. Quia sicut speculum formam contrariam, & ex aduerso positam sponte excipit, haud dispari ratione, ac propensione, homo sui contrarij, aduersarijque iram in semetipso exprimit.

Et ne sumas scandalum anime tue. Hæc est posterior ratio, propter quam Salomon ab vfu hominis iracundi abstinere iubet, nequis scilicet sibi ipsi scandalum aliquando obijciat ad ruinam animæ. Quidam putant hinc sermonem haberi de ruina culpæ, ita vt sensus sit, ne ad similem iram concitatus in parem culpam incidas; Ego quidem de vitæ potius discrimine accipiendum puto hoc modo. *Ne sumas scandalum, vel laqueum anime tue*, ne scilicet vitam tuam in manifestum discrimen voces; nam hæc est iræ immanitas, & læuitia, vt nunquã non vitæ insidias moliat. Nam, vt ait Basilius, prima quæque iracundi cogitatio nisi rationis fræno cohibeatur, eo fertur, vt ille pereat, à quo læsus est, & sæpe leues ira in homicidia tandem desinant. Sed per quos gradus huc euadat, docet Basilius in ea homilia de ira. *Primo, inquit, iaciuntur contumelia inter iratos, & sic durant donec contumelia, sicuti sagitte, deficiant, deinde omni contumelia per linguam consumpta ad manus venit, & pugnam: ira namque certamen excitat, certamen vero conuictum, conuictum verbera, hæc vulnera, ex quibus & mortes sæpe sequuntur.* Audiendus etiam Nazianzenus in præfatio iambico.

Faceat ira, cautio ad eadem hoc erit, Sic namque reputes ira sermonem parit, Itusque sermo, vulnera ictus afferunt, Eadem quod autem vulnera accersant liquet: Sic ira cadis horrida certa est parens.

Adde etiam Autorem operis imperfecti Hom. 12. Matth. qui simili modo iram homicidij matrem appellauit. *Quoniam ergo sicut ira mater est homicidij, sic concupiscentia mater est adulterij, mater, inquam, est homicidij, quia homicidium semper concipit, aliquando enititur.* Quidquid autem inter iratos iniuriarum ac conuictorum inferitur, id certè partum istum ciet, ac stimulat. Meritò ergo Salomon consortio hominis iracundi abhorreere iubet propter cædis periculum, quia quemadmodum in grauidis fœminis ea quæ subita sunt abortum mouere solent, videlicet fragor subitus, aut subita obnunciatio, &c. ita etiam nescio qua ratione in amicorū discordiis magnopere timendum est; nam cùm in his omnes irarū causæ subitæ sint, & præter spem, (nemo enim ab amico se lædendum putat) verendum sanè est ne isthæc homicidij parens ira, subita partum causa stimulante, conceptam cædem per abortum enitatur. Hinc factum est, vt non semel amici amicos, fratres item fratres, filique parentes ob subitas causas, veluti abortiente ira, inuasent, ac neci dederint. De primis fratribus sic habes. Sap. 10. *Ab hac ut recessit iniustus, per iram homicidij fraternitas deperit.* Propterea Philosophus fratrum, amicorumque discordias imprimis graues & periculosas esse decernit; periculi autem huius causam in subitum illius motum confert.

Quid plura? Chrysostomus Homil. 16. in Mat. iram homicidij radicem appellauit. *Radix, inquit, homicidij iracundia est. Qui igitur radicem abscindit, multò faciliù ramos ipsos poterit amputare, imò nec germinare quidem illos patietur.* Ne ergo ho-

132

Basil.

Naz.

133
Imperfect.Sap. 10.
Aristot.

Chrysost.

130

Naz.

131

Eras.

micidij germen ex ea radice pullulet, suadet Salomon ab iracundi hominis consortio abstinere. Nam constat inter amicos, & fratres iram, cum semel cepit, altius radices agere. Hinc est illud Threuri apud Erasmus in Apophthegmat. *Amicorum & cognatorum inimicitia eo maiores quo fuerint prius necessitudine inier se arctiores, & Hieronimus apud Stobæum. Odium, quod inter amicos fratresque excreuit, difficile admodum extirpatur. Arbor illa difficilius reuclitur, quæ altiores radices misit, & illa quæ radicem suarum fibras altius defixit, vberius, atque copiosius germinare solet. Si ergo ira, odiumque inter amicos subcrefcens difficile admodum conuclitur, profundam utique radicem habeat necesse est; quapropter cum proprium huius radicis germen homicidium sit, ex Chrysostomo istiusmodi germen ex tam profunda radice non potest non citius, atque (vt ita dicam) lætius pullulare. Atque adeo merito Salomon ab iracundis amicis abstinendum esse docet, ne ira inter ipsos nata ad eadem vsque defequat, & ne sumas scandalum anime tuæ.*

XXVI. *Noli esse cum his, qui defigunt manus suas, & qui vades se offerunt pro debitis.*

XXVII. *Si enim non habes unde restituas, quid causæ est, vt tollat operimentum de cubili tuo?*

134

Noli esse &c. Hebr. *Ne sis cum percutiētibus volam in fideiuentibus pro debitis.* lxx. *Ne dederis te in fideiusionem, reueritus faciem.* Chald. *ne pepigeris manum tuam in fideiusionib⁹.* Vatab. *Noli esse cum his qui stipulata manu fideiuent.*

Quid sit defigere manus, quid percutere, aut pangere, supra c. 6. vi. exposui, vbi de ritu, & forma stipulationis longum sermonem texui, atque adeo quæ ibi dixi, in hunc locum transferenda sunt. Quibus positus sententia huius prioris verus est luculenta. *Noli* (inquit) *esse cum his, qui defigunt manus suas*, noli scilicet cum his numerari, & eorum moribus assuescere, qui manum suam illi carpendam & premendam tradunt, cui fidem suam adstrictam volunt; hinc enim erat fideiusionis & stipulationis ritus, aut solemnitas, de quâ ibi multa contulimus, *Noli* (inquam) *esse cum his qui vades se offerunt pro debitis.* Peculiaris est hic translatio lxx. *Ne dederis te in fideiusionem, reueritus faciem.* Priora illa verba, *Ne dederis te in fideiusionem*, integram originalis lectionis sententiam cohibent, vt ex dictis constat, illud verò, *ne dederis te*, temeritatem quorundam inculcat, qui cum neque gratia, neque necessitudo aliqua, neque accepta beneficia id postulent, aliquando etiam non rogati sese sponsores dant, nullo adhibito consilio: atque ea est etiam nostræ lectionis energia, *qui vades se offerunt pro debitis*, i. sese temerè impendunt. Posteriora tamen illa verba, *reueritus faciem*, non respondent originibus, sed addita videntur à lxx. ad assignandam causam, quæ multos in sponsores impellit, hæc est, *faciem alicuius potentioris reuereri*, sæpe n. obsequium, reuerentia, aut etiam metus erga præcipuos viros sponsores extorquet: vel aliter, *reueritus faciem*, i. veritus conuersionem rerum; nam quidam codices habent *reueritus* i. facies in numero mul-

A titudinis, quasi dicat, rerum non semper vna facies est, & qui hodie copiosus & affluens videtur, paulo post reflante fortuna in angustias recidit, acque adeo prudens, & cordatus homo istiusmodi rerum facies reueritus, ab sponsoibus abstinere debet. subnectit causam.

Si enim non habes unde restituas, quid causæ est vt tollat operimentum de cubili tuo? Hebr. *Vt qui tollat cubile tuum de subterte.* Vatab. *Lectus tuus de subuste auferetur.* Chaldæus concinit. lxx. *tollent stratum tuum, quod sub costis tuis.* Omnia in idem recidunt. In quibusdam codicibus Vulgatis olim erat, *Si enim non habet unde restituat* scilicet principalis debitor, nam eo deficiente succedit sponso. Cæterum retinenda est præscripta lectio, & sensus sic instituendus. *Si non habes unde restituas*, si nimirum tibi satis bonorum aliunde non suppeditet ad dissoluendum debitum ex sponso contractum, *quid causæ est vt tollat*, &c. i. nihil prohibebit quominus lectus, in quo dormis, à te iure suffragante auferatur. Hæc verba duplicem ad sensum vocari possunt; aut enim bonorum omnium spoliationem significant, nam lectus ex iure antiquo non venit in hypotheca bonorum generali, leg. 1. Cod. *Quæ res pignori obligari possunt*, atque adeo vltimo loco à debitore tollitur, cum reliqua bona exhausta sunt. In lege etiam Exod. 22. & Deuteronom. 24. cauetur, vt si quando creditor lecti aut cubilis indumenta pignoris loco abstulerit à debitore, ea ante solis occasum restituat, sic enim habes. *Si pignus à proximo tuo acceperis vestimentum, ante solis occasum reddes ei. Ipsum enim est solum, quo operitur indumentum carnis eius, nec habet aliud in quo dormiat. Si clamauerit ad me, exaudiam eum, quia misericors sum.* Ex dictis constat lecti atque cubilis spoliolum vltimo loco fieri, atque adeo ad significandam bonorum omnium spoliationem rectè additum à Salomone, *Quid causæ est, vt tollat operimentum de cubili tuo?* Vel aliter, hæc verba magnam perturbationem significant, quam sponso fideiussori afferre solet, cum debitor soluendo non est; hæc enim somnum illi, & quietem adimere conuenit. Vnde ad sponsorem sic Salomon cap. 6. ver. 4. *Discurrere, festina, suscita amicum tuum, ne dederis somnum oculis tuis, neque dormitent palpebre tuæ.* Itaque verba illa, *vt tollat operimentum de cubili tuo*, vel, vt habent origines, *lectum tuum de subuste*, vel secundum lxx. *stratum quod sub costis tuis*, sic accipi possunt ac si dicat tantas curas, & animi turbas tibi immittet, vt neq; mollius in lecto decumbere; aut dulcem somnum carpere permittat.

E Ad extremum verba ista in sensu allegorico de Prælati ac Magistratibus accipi posse docent Beda, Hugo, Dion Ians. & alij. Quomodo autem Prælati pro subditis spondeant, ac fidem faciant, vide supra loco citato: interim autem accipe venusta verba, quibus Beda hunc locum illustrauit. *Noli*, inquit, *esse cum his qui, cum essent liberi, ac sibi vacantes, defigunt manus in curas salutis maiorum, spondentes se rationem pro animabus eorum reddituros: si enim ille, pro quo spondidisti, non habet bona opera quibus te liberum, ac securum reddat tuæ sponsois, quæ tibi utilitas est, vt in die iudicii pro eius anima iudicaris, amittasque habitum iustitiæ, quo indutus esse videbaris, ac nudus ab ornamento virtutum existere comproberis; qui quod, Domino teste, pollicitus eras, implere nequiveris. Hoc autem dictum est, non quod curam regendarum animarum cum tibi regulariter imposta fuerit, sus-*

135

Exod. 22.

Deut. 24.

136

Beda.

capere non debeas, sed ne passim nullo iubente, doctoris tibi, ac presulis officium temerarius usurpes. Lege plura apud Hugonem.

XXVII. Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui.

337 **N**e transgrediaris, &c. Hebr. ne retro agas terminum seculi, quem fecerunt patres tui. Pagninus. Ne transferas. Vatab. Ne moueas loco perennes terminos. Chald. Ne mutes terminum, qui a seculo est. lxx. Noli transfere terminos aternos, quos posuerunt patres tui. Caiet. Ne adiungas terminos. Omnia in idem recidunt.

Salonius. Antiqui interpretes, in quibus Beda, Salonius, Hugo, Dionysius & alij eiusdem notæ, hæc verba ad allegoriam transferunt, neque alium præterea sensum illis subesse volunt. Itaque sic exponunt. Ne terminos fidei, aut morum, quos Catholici doctores, ac Patres defixerunt, transilite velis alit docendo, aut operando. Ex his ergo Salonius sic scribit. *Terminos antiquos dicit, terminos veritatis, & fidei, quos statuerunt ab initio Catholici doctores: hoc ergo præcepit, ut veritatem Catholica doctrina nemo aliter suscipiat, quam à Patribus est tradita; siue hoc præcipit, ut eloquia sanctorum scripturarum nemo aliter interpretetur, &c.* Hugo verò non solum doctrinam, sed etiam mores includit; & verba hæc ad monachos conuertit, qui veterum suorum patrum terminos transgressi ædificant sibi ingentia palatia, & ex Bernardo, eosdem insinuat, qui cum in quodam monasterio ingentem cuiusdam ædificij molem excitare vidisset, sic monachos affatus dicitur. *Sic recessistis à viis patrum vestrorum?* ac denique sic absoluit Hugo; *ideo autem bonum est non transgredi terminos antiquos, quia intralimites est securitas, & in marchis est guerra.*

338 Cæterum reliqui interpretes ad vnum verba hæc de agrorum limitibus exponunt hoc modo. *Ne transgrediaris terminos antiquos, &c.* id est, ne per vim aut incuriam limites agrorum, quibus patres olim fundos suos ab alienis dirimi voluerunt, transilias, aut loco moueas, partem alieni agri occupando; id enim nimis iniustum est: id ipsum præcipit Moyses. Deuter. 19. *Non assumes, & transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in possessione tua, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in terra, quam acceperis possidendam.* Quanta verò olim esset religio in terminis aut transferendis, aut loco suo mouendis nemo ignorat. Romani quidem ne quis terminos violare auderet eisdem numen inesse voluerunt, sic enim

Ouid. Ouid. 2. Fastorum.
*Termine, siue lapis, siue es defossus in agro
 Stipes ab antiquis, tu quoque numen habes.
 Tu populos vrbesque, & regna ingentia finis:
 Omnis erit sine te, litigiosus ager.
 Nulla tibi ambitio est, nullo corrumpere auro,
 Legitima seruas credita rura fide.
 Termine post illud leuitas tibi libera non est,
 Qua positus fueris in statione mane.
 Et seu vomeribus, seu tu pulsabere rastris
 Clamato, tuus est hic ager, ille tuus.*

339 Hactenus poëta, qui Termini immobilitatem eleganter cecinit, ex quo etiam constat huic Termino tantumdem ab antiquis Romanis delatum fuisse, vt illi mense Februarii Terminalia festa persoluerent. Rursus vt veteres prædictam ter-

A minorum constantiam, & immobilitatem innuerent, id certè commentum sunt quod tradit Augustinus de ciuitate libr. 4. cap. 23. vbi sic scribit. *Cum Rex Tarquinius Capitolium edificare vellet, cumque locum, qui dignior esset, ab alienis diis cerneret preoccupatum, non audens aliquid contra eorum facere arbitrium credensque illos tanto numini, suoque principi sponte cessuros; per augurium quaesuit, vtrum Iouis locum concedere vellent. Annuerunt omnes præter Martem, Terminum, ac Iuuentam.* Quorsum hæc commentitia, & inania? sanè hoc commento veteres Romani id innuere voluerunt; militis, quem Mars adumbrat, gloriæ & religionem in eo ponendam esse, vt in statione sua immotus & constans hostem excipiat. Termini etiam numen in eo esse, vt immobilis sit a deo, vt ne Iouis quidem gratia è loco suo resiliat. Et idem est de Iuuentute, quæ suos etiam fines habet, atque adeò nec à suo loco extrahi, nec ad vltiorem ætatem perferri potest. Primus autem Numa Terminum inter Deos retulit, & legem illam de terminis non mouendis edidit.

*Qui secus faxit, & terminum exarsit,
 Ipse, & boues sacri sunt.*

B Sic tradit Crinitus de honesta disciplina libr. 8. cap. 15. illa autem verba sacri sunt, hanc vim habent vt significant cuiuslibet in vitam & fortunas eius licere, qui terminum violasset. Hæc Numa; Sed Romulus ante constituerat, vt qui vicini terminum vsurpasset, à quo pars agelli per fraudem accepta fuisset, totum agrum viurpantis in multa locum acciperet, & ad eum iuste pertineret. Mitto alias pœnas, quæ postea volentibus sæculis in limitum violatores leges statuerunt, quas eruditè collegit Petrus Gregorius in Syntag. iuris libr. 8. c. 13. de termino moto. Adde etiam inter Hebræos præcipuam olim terminorum rationem habitam fuisse; nam cum in his omnis agrorum venditio, vel potius locatio septennium non excederet, atque eo elapso fundi ad antiquos possessores redirent, sic cauetur Leuit. 25. *Terra non vendetur in perpetuum, quia mea est, & vos advena & coloni mei estis, unde cuncta regio possessionis vestra sub redemptionis conditione vendetur.* Postquam autem subiecit fundorum redimendorum rationem, sic denique attexit. *Quod si non inuenit manus eius, vt reddat pretium, habebit emptor quod emerat vsq; ad annum iubileum; in ipso enim omnis venditio redibit ad Dominum, & ad possessorem pristinum.* Hinc erat, vt magna apud eos de limitibus metandis, & antiquis terminis conseruandis & restituendis esset cura, ne quis suæ familiaris possessionibus fraudaretur.

C Ergo Salomon Iudæos affatus id serio præcipit, ne quis defixos ab antiquis terminos, & limites in alienas possessiones irrumpens transgrediat aut è loco suo transferat, quos Deus lege sua perpetuos, & immobiles esse iussit, vt agri per tribus & familias ab initio distributi, & dissecti, ab his ad alios nunquam irreuocabiliter migrarent. Hoc enim ad pacem tuendam, litisque remouendas plurimum interessè constat. Quò spectauit

Virgil. *Limes agro positus, litem vt discerneret aruis.*

D Et quidem tanti habitum apud antiquos agrorum limites ac metas non violare, vt inter alia iusti hominis encomia id quoque summæ laudi ducendum esse censuerit Eliphaz Themanites, qui Job. cap. 5. sic ait. *Cum lapidibus regionum partem tuam, & bestia agri pacifica erunt tibi.* Nam quamuis alij illa verba sic edisserant; Nemo vnquam fun-

Aug.

Crinitus,
140

Pet. Greg.

Leuit. 25.

141

Virgil.

142

Job. 5.

dorum tuorum, aut villarum terminos transfiliet, aut è loco suo impellet, sed tuas tibi possessiones inuiolatas relinquet; tamen sensus mihi aliter conformandus videtur. *Cum lapidibus regionum patrum tuum*, id est, pro tuo in iustitiam & æquitatem studio nunquam agrorum terminos violabis, vt tuos fundos amplifices; atque huius æquitatis merito id obtinebis, vt aliorum res non lædens, tuas etiam illæfas serues, propterea subdit, & *bestiæ agri pacificæ erunt tibi*, id est, aruorum segetes non attingentur.

143

Sed licet hæc expositio germana mihi videatur, tamen si quispiam sit qui hæc per allegoriam à Salomone dictata malit, non reluctabor, dummodo hæc illius verba hunc ad sensum vocentur. *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui*. Suadet quidem, vt sua quisque, & maiorum suorum forte contentus sit, nec ad ampliorem censum, aut diuitias adspiret quàm parentes eius, aui, & atau per multa retro sæcula obtinuerunt: ita vt, quemadmodum in agris termini sunt à maioribus definiti, quos prætergredi non licet; ita etiam eos sibi quisque in honore & fortunis terminos ab ipsa natura defixos putet, quos maiores ipsius constituerunt, adeo vt maiora & ampliora meditari, aut moliri, nefas ducat. Huc transtulit Arnouldus verba illa Christi Domini Matthæi 10. *Non est discipulus super magistrum, nec seruus supra Dominum suum* (quibus ipse addit) *nec filius super patrem suum* (ac deinde subnectit eodem filo) *sufficit discipulo vt sit sicut magister eius, & seruo sicut Dominus eius, & filio sicut pater eius*. Nam cum filius, ex Philosopho, quædam pars, aut membrum sub parente. tanquam sub capite, sit, operæpretium est vt membrum cum capite non subiectione tantum, sed etiam magnitudine cohæreat, alioqui deformitas erit: & quidem quemadmodum haud dispar turpitudine est si membrum à capite, vel ob nimiam magnitudinem, vel ob nimiam paruitatem dissentiat; sic etiam æqualis deformitas est siue filius à parentum suorum gloria & conditione deficiat, siue eandem plus æquo superet. Hæc autem dicta sunt ad cohibendos, non ad opprimendos filiorum spiritus, quos aliquando parentum suorum conditione relicta ad digniorem fortunam adspirare fas est ac decet.

XXIV. *Vidisti virum velocem in opere suo? coram Regibus stabit, nec erit ante ignobiles.*

144

Vidisti virum, Heb. *Ad facies Regum statuetur, & non ad facies tenebrosorum*. Chald. *Non stabit coram pauperibus*. lxx. *Peruidentem virum & acutum in operibus suis oportet Regibus assistere, & non assistere viris socordibus*. Theodot. *Viris tenebrosis*.

Sententia horum verborum est satis dilucida. *Virum velocem in opere suo*, appellat virum sedulum, qui in pertractandis, transigendisque negotiis dexteritatem habet. Hic ergo *coram Regibus stabit*, id est, Reges ac Dynastæ eum sibi proximè adiungent, opera illius vtentur, & ad maioris momenti res adhibebunt. Sic passim interpretes, ipsa tamen verborum series digniorem sensum nobis offert. *Vidisti*, inquit, *virum velocem in opere suo*, id est, si quando virum aliquem in suis ipsius negotiis operosum ac industrium con-

spicatus fueris, hunc certè iam tunc obserua, ac digito destina, videbisque illum paulò post à priuatis suis negotijs ad publica traduci, & Reges ac Principes opera illius vti. Nihil enim est, quod aliquem ad publicos magistratus gerendos idoneum magis esse demonstret, quam priuatæ ac domesticæ rei bona, & sollicita administratio. Audi Chrysostomum Homil. 10. in primam ad Timot. ad illa verba. *Domui suæ bene præpositum*. Hoc, inquit, & *externæ sapientiæ auctores aiunt, vt qui rem suam ritè administrauerit, rei quoque publica conuenienter possit contrèctare negotia; est enim Ecclesia veluti domus quædam, & sicuti in domo vxor est, filij ac serui, omniumque curæ ac regimen incumbit viro; ita etiam ferme & in Ecclesia videas; nihil est ibi aliud quàm filij, & vxores, & serui; nam si administrationis habeat sociam Ecclesiæ (aut Reip.) rector, habet & domi vir vxorem consortem curarum suarum, &c.* Vocat autem externæ sapientiæ authores Chrysostomus Aristotelem, qui lib. 1. Polit. cap. 1. & deinceps multa in hanc sententiam confert, & Plutarchum qui in suis etiam Politicis de hac thesi non pauca ferit.

Chrysof.

B


Sed etiam in consilium vocemus translationem lxx. quæ sic habet. *Peruidentem virum, & acutum in operibus suis, oportet Regibus assistere, & non assistere socordibus*. Hæc translatio mihi suadet locum istum non tam ad priuatos à Salomone intendi, vt eorum diligentiam, & industriam exauat, quàm ad Principes ipsos, vti ipsos edoceat quosnam maximè ad magistratus gerendos deligere, & ad publicam gubernationem sibi adiungere debeant. Nam perinde est ac si dicat, virum in domestica re gerenda prouidentem atque gnatum, si quis est, illum Princeps ad Reipublicæ clauum tractandum & impellendum deligere debet. Itaque præclaram quandam notam, & documentum Regibus insinuat Salomon, quod ipsos in magistratuuum delectu habendo obseruare imprimis oportet; an scilicet optimi æconomii sint, nam ex optimis æconomicis euadunt optimi politici. *Si quis enim* (Apostoli verba sunt) *domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesia Dei diligentiam habebit?*

145

D

Denique illa verba, *nec erit ante ignobiles*. Heb. *non erit ante tenebrosos, vel obscuros*, ita intelligenda sunt; eiusmodi homo, qui in gerenda domestica administratione sollicitus & industrius est, haud sinendus est domi hærare, & in tenebris delitescere, quinimò ad lucem vocandus, vt magistratus optimos capeffat. Eodem sensu donanda est translatio lxx. *Et non assistere viris socordibus*. Hic scilicet domesticæ rei diligens curator inter socordes minimè dimittendus est, quasi dicat. *A vn bombe como este nose hade dexar estar ocioso sino emplearle*. Nam qui domui suæ tantummodo curandæ totus vacat quodammodo otiosam, & sedentariam vitam agit, cum possit publicis negotijs industriam & curam impendere. Ita etiam accipio Vulgatæ verba, *Non erit ante ignobiles*, id est, non erit inter priuatos, hos enim ignobiles appellat.

146



9

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

1111

No. A
22-50